DE PAPÆ ET CONCILII, SIVE ECCLESIÆ Auctoritate,

B. IOANNIS A' CAPISTRANO
è Minorum Obseruantium familia,
Concionatoris celeberrimi,

Opus nunc primùm excusum.

EIVSDEM
SPECVLVM CLERICORVM
&
DEFENSORIVM TERTII ORDINIS D. Francisci.

ADIECTIS INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,
Apud Antonium Ferrarium. M D LXXX.



Ecce Capistrani *parua sub imagine vultus,*
Qui mentem pingat, nullibi pictor erit.
Forma parum signat, libri maiora loquuntur,
Quos is diuino condidit ingenio.

Antonij Amicij ad Librum.

Qvis te, docte Liber, vel subsannare cachinno
Audeat, aut sæuo rodere dente queat?
Cum grauiter referes decus, & sublimia sceptra
Pontificis Summi, Concilijque simul:
Quicquid, id est, possit Romana Ecclesia Christi,
Quam nullus verbis commaculare valet.
Cum te Gregorivs *foueat, seruetq́; fouendo*
Inclytus, ille ingens Vrbis & Orbis apex.
Eia ergo tanto comitate, Libelle, Monarcha,
Perlustra Eoas, Occiduasque plagas.

SANCTISSIMO PATRI GREGORIO XIII. Pont. Opt. Max.

DVM sæpe mecum, BEATISSIME ac SANCTISSIME PATER, non modò omnia in hominum gratiam, sed ipsum quoque hominem hominis causa creatum, illumq́ue præcipue à DEO Opt. Max. ad suæ Maiestatis cultum & contemplationem sibi similem factum esse considero: mearum partium esse censeo non solùm huius ętatis hominibus vtilitatem afferre, verùm etiam posteritati prodesse, Deoq́; vniuersorum gubernatori sapientissimo, atque omnium sęculorum Principi debitum cultum tribuere. Quod sanè omni ratione consequi nitor, sed ea præsertim, qua magnis meis laboribus tot annis inuigilo, vt quorundam piorum sanctorumq́ue hominum do-

ctrina præstantium scripta, quæ occulta, iniuria temporum latuere, è tenebris proferam atque in lucem producam. Itaque cum inter cętera Opus hoc DE PAPAE & CONCILII, SIVE ECCLESIAE AVCTORITATE, ad manus meas peruenisset, tum ob Operis præstantiam, tum ob Auctoris excellentem doctrinam, sanctitatem & auctoritatem, typis illud mandare decreui. Hic namq; Auctor, magnus ille IOANNES A CAPISTRANO est, e Minorum Obseruantium familia, & mea Aprutina prouincia oriundus, Vir religiosissimus, doctissimus, mirabilium operum, diuinorumq; miraculorum effector & viuens & fato functus: cuius ego memoriã à puerilibus annis, vt licuit, summo semper honore ac pietate prosequutus sum. Ne igitur absque ope alicuius doctissimi & præstantissimi Viri in lucem prodiret, summopere cauendum fuit, quominus falsò reprehendi a detractoribus nostrorum temporum, recentioribusque hæreticis possit (eamque ob causam, hanc rationem iniui) sed vt potius magnum videntes propugnatorem aufugiant & abstineant. Tibi igitur, GREGORI Pontifex Opt. Max. tanquàm extra omnem aleam sanctissimo Iuris vtriusque consultissimo, & in huiusmodi Operibus dijudicandis

primas

primas absque controuersia obtinenti, Opus hoc, nunc primùm typis excusum, optimo iure offero, dico & consecro: Tibique mittés, tuæ commendans fidei, supplici affectu oro, vt tua inuictissima potestate foueas, protegas, tuearis. Quis enim commodius, aut oportunius id efficere potest? Cum quæcunque ad Pontificiam dignitatem, Summum Apostolatum, atque coruscam huius tremendi fastigij Maiestatem attinét, ea Tibi, Pontifici Romano, primo, summo, ac vnico præfecto, quoque nullus maior est, ascribi debeant, qui pastor & pater vniuersalis es, Dux omnium Christianorum, Dei filij Vicarius, Petri Apostolorum Principis verus successor, totius Orbis Dominus, à Deo missus & electus Sacerdos Maximus & Pontifex Summus. Iccirco tua sancta benedictione, verè bonus & comis, laudes approbesque meum sincerum animum, qualiscunque sit: vt Opus ipsum de tanta re, idest Ecclesia Romana, magna aliarum omnium matre, & Apostolica sede, quæ cardo & caput à Domino & nõ ab alio est cõstituta, & domus Dei vocatur, Sanctitatis Tuae Augustissimo, sacrosanctissimoque nomine ac titulo circunferatur & illustretur. Quod Opus egregiũ Tua Sanctitas solita humanitate accipere, excelsoque

animo

animo intueri haud grauetur, vt vniuerso Orbi pateat illud Auctorisque sui beatam memoriam, non minus tibi charam fore, quàm Antecessoribus tuis, qui illud in celeberrima illa Vaticana Bibliotheca, inter reliqua clarissimorũ hominum monumenta asseruauere. Quiq; tui Antecessores, Martinus V. scilicet, Eugen. IIII. Nicolaus V. & Calist. III. in eadem illa Augustissima Sede constituti, in qua tua Te virtus & diuinā benignitas collocauit, hunc pijssimum Virum, feruentissimè, ac solertissimè in causa fidei agentem, multis maximisque honoribus affecerunt, atque varijs muneribus decorauerunt: quod in ijs, quæ contra Fratricellorum, Boemorum, Græcorumque hæreses dixit, fecit atque conscripsit, multarum peregrinationum itineribus, laboribus & periculis susceptis, frigora, niues, glacies, ventos, difficiliaque complura paruifaciendo, liquidò patet. Inquisitor generalis hæreticorum in toto Orbe constitutus est, atq; Prędicator Crucis contra Crucis hostes, cruentissimos Turcas. Qui Cruce signatus & ipse in illa obsidione Albę Regalis, licet ętate grauis, iam septuagesimũ amplius annũ agens, circumuolantibus missisque vndiq; sagittis, iaculis, varijs bellorum telis, stridentibusq; æneis tormentis in Christianorum

norum necem excussis, non æstu, non solis ardore, non siti & inedia, non somno, continuis, celerrimisque discursibus Christianæ Reipub. fidei Catholicæ vnquàm defuit. Cuius studio & vehementissimis, efficacissimisque cōcionibus collectus satis magnus Cruce signatorum exercitus est, non Hungarorum tantùm, sed Germanorum, Polonorumque simul: Cuius inquam, auctoritate, virtute, ac sanctitate in nominis IESV exclamatione gloriosa victoria parta fuit. Verum quid Te pluribus morer, Summe ac potentissime Sacerdos, cum huius magni Viri laudibus recensendis impar sim? Ego verò assiduè æternum, summumque Principem, DEVM Opt. Max. perennibus votis perpetuisque precibus, supplex precabor, licèt peccatorum onere pressus, vt religiosissimam Sanctitatem tuam, quæ in terris militantium Ecclesiam regit & Christianæ Reipublicæ habenas moderatur, gregi suo diu incolumem seruet, & summi Sacerdotis Melchisedech annos illi præstet, dirigendo, conseruando & protegendo, ad defensionem & exaltationem Sanctæ suæ Ecclesiæ Romanæ, cū totius Orbis beneficio, quem totū tuæ curæ commisit. Ita Domine IESV CHRISTE, fiat. Vale Beatissime, & Sanctissime Pater, Christia-

næ

næ Reipublicę columen, alme Præsul, atque Princeps Opt. Max. cuius Sacratissimos pedes mente & animo, cum corpore longè distans nequeam, humi prostratus, summissè humillimeque deosculor. Venetijs, Idibus Iulij. M D LXXX.

SANCTITATIS TVAE

Seruus humillimus

Antonius Amicius.

R*EVERENDISSIMO in Chriſto Patri, & Domino, Domino A. miſeratione diuina, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo Hoſtienſi digniſſimo, Cardinali Bononienſi vulgariter nuncupato, licèt Illuſtriſſima ciuitas Venetorum de nobili & Magnifica proſapia de Corarijs decorauerit origine naturali, ſuo ſingulariſſimo Domino, benefactoriq́; præcipuo & continuo protectori.*

Frater Io. de Capiſtrano Ordinis Minorum minimus & indignus, tuus quaſi vermiculus, præ cunctis inutilis ſeruulus & Orator, cum recommendatione ſeipſum & Chriſto frui cum lætitia ſempiterna, & vtriuſque hominis ſoſpitate ad æternam gloriam capeſſendam.

GRANDE mihi onus impoſitum, & importabile pondus, poſtquàm à te receſſi conſiderans, ſuperueniente noctis quiete ſtramẽti ſilentio mea mente reuoluens, quid miſer, inquam, quid ignorantiſſime præſumpſiſti hûmeros ſubmittere machinæ tam grauoſæ, quaſi Magdalo ſuper rupem excelſam edito, magno ſumptu & inæſtimabili conſtructo pretio, ſanguine videlicèt Saluatoris? & (vt verum fatear) hæc mea peruigil & aculea cogitatio, adeo meum animum conturbauit ac ſtimuloſa infeſtatione perterruit, quòd pro excuſatione potius quàm pro executione promiſſi operis decreueram inſudare, os claudere, labia non mouere, calamo ſilentium imperare, & à tali propoſito totaliter reſilire. Cuius enim Cæſareus animus non formidet, ponere os ad cælum, & de poteſtate Summi Præſulis diſputare? & ſi Ioan. Baptiſta, quo (teſtimonio veritatis) inter natos mulierum non ſurrexit maior, timuit tangere ſanctum Chriſti verticem: quanto magis ego putridus vermiculus contremiſco alta myſteria noſtræ fidei contemplari, & in tam arduo problemate diſputando, de poteſtate videlicet paſtorali, ſiue paſtoris & gregis (vt ita dixerim) aliquid balbutire, & non potius ſilentio pertranſire, quàm præſumere terminare? Noui enim ſcriptum eſſe, Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Quod non ſolùm tactu ma-

nuali,sed etiam uerbali creditur esse scriptum, iuxta id, quod Eusebius Papa statuit dicens: Oues, quæ suo pastori commissæ sunt, eum nec repræhendere, nisi a fide exorbitauerit: nec vllatenus accusare possunt, quia facta pastorũ oris gladio ferienda non sunt, quamquàm repræhendenda rectè videantur. 2. q. 7. c. oues. Sed quia scriptum est, Dominus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos & reducit, quasi nunc à mortuis reuiuiscens. Et de baratro mortis eductus a Domino, ut vestra Reuerentia bene nouit, respirare tentans ad meridianam auram hauriendam de fontibus Saluatoris tanquàm pullus coruorum, os aperiam ad rorem cælicum degustandum, vt qui labia Isaiæ Prophetæ calculo mundauit ignito, & linguam subiugalis asinæ Balaam dedit esse disertam, dignetur è cælis sapientiam infundere veritatis mentibus fidelium deuotorum ad defendendum suam causam, quia sua res agitur & tractatur: vt sua veritate cognita per mortale genus hominum fiat vnum Ouile & vnus Pastor in vniuerso terrarum orbe ad diuini nominis gloriam exaltandam, & suis electis tam Angelicis, quàm humanis spiritibus spiritualibusque corporibus erogandam. Et quoniam me cogitis uiolentia charitatis uestris iussionibus obedire, cum familiari quadam & humana benignitate, compulsus vestro quodammodo lacte spiritualis uberis educatus ab infantia trigenaria susceptionis habitus regularis, & emissæ professionis uoti tanquàm triplicis obseruandi vestris imperialibus uerbis, tanquàm strictissimis mihi præceptis obsistere non præsumam, cogitans mihi magis incumbere cum mei derisione parere, etiam si digito noster cunctorum irrisione vulgari, quàm pertinax & proteruus uestræ reuerentiali obedientiæ contrairæ, cum non dubitem me inter ignem & ensem huius operis studio coarctari; & multos in me æmulos excitare apud Deum formidine nulla concutiar, qui ad intentionem magis respicit, quàm ad opus, cum non intendam nisi sincera, recta & solida consciẽtia (iuxta sanctorum Patrum ac præcedentium Doctorum traditiones & dogmata) perquirere veritatem, nulla mentis passione commotus, nulla formidine pœnæ, nulla spe præmij, nisi cœlestis, nulla affectione priuata, non odio, non amore cuiusquàm,

nisi

nisi quantum diuina charitas, & proximi dilectio me compellit pro gloria Redemptoris & catholicæ sponsæ Christi; quod iniungitis indagare, quãtum meæ pusillitatis uires efflagitant, & ruditas ingenii valuerit attingere palpitando, ex quo tanto tuam benignissimam humanitatem, atque feruidam charitatẽ audacius ad defensionem huius Opusculi cæterorumque Tractatuum & Sermonum ac Scriptorum quorumcunque meorum strictius alligabo, quanto me promptiorem noueritis ad parendum vestrorum studiorum imperio mandatorum. Me tamen hæc & omnia per me scripta, dictata uel signata, prædicata uel notata, seu quomodolibet enarrata, & nunc & semper, prout sum pluries aliàs, & locis quàmpluribus protestatus, omni protinus erronea assertione depulsa, omnique præiudicio veritatis euulso Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, cuius caput, Summum Pontificem esse confiteor in præsenti Eugenium Papam IIII. quapropter & ipsi principaliter & Sacrosanctæ Sinodo, ubilibet in Spiritu sancto legit mè congregatę, & tibi tanquàm singularissimo defensori, nec non & Generali Ministro & vniuerso Minorum Ordini, cęterisque legentibus, vel auscultantibus qui buscunque humiliter recommitto, ut approbanda approbent, reprobanda reprobent, corrigenda corrigant, eradenda eradant, supplenda & emendanda suppleant & emendent, defectusque quos nouerint, paterna dignentur clementia tolerare, quia ira & conturbatio in se & in aliis impediunt charitatẽ uulnere spirituali. Et si quid dixerim, quod non singulis satisfaciat, uel sit verbum cuiusquàm piarum aut deliciosarum aurium offensiuum, non facilè indignentur, nec molesta infestatione musculi perturbentur, respuentes aurea poma inter sordidas glebas immixta, uel spurcas immunditias stomachantes, enatantia tanquàm pisces: neque enim ipse Dominus Iesus Christus efficienter omnibus satisfecit, licet sufficienter voluerit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem pergere ueritatis. 1. Timot. 2. c. sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit, Domine, quis credit auditui nostro? ergo fides ex auditu est, auditus autem per verbum Christi. Sed nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, &

Submissio correctionis.

...mes orbis terræ verba eorum. Non mea sunt hæc, sed Doctoris gentium ad Rom. 10, nec dedignentur altæ capacitatis ingenia sublimia, ad tam paruulas meditationes oculos inclinare, quia & Aquila tā perspicacis intuitus, super excelsa conuolans, altissimaque montium cacumina pertranscendens, prędam prospiciens è longinquo, ad pusillam quantū libet escam sibi utilem descendit, & in paruo lapide precioso zafiro, carbunculo, uel smaragdo magnas virtutes, excellentesque proprietates, arduas & eximias, altissimus inseruit excolendas, & profunda suæ sapientię mysteria perscrutanda, nonnunquam sapientibus & prudentibus huius sæculi denegauit, pusillis & humilibus in suo incomprehēsibili diuino lumine simpliciter confidentibus reuelando veracissimo testimonio eiusdem Domini Saluatoris, Matt. 11. De quo, sicut olim in carne passibili cum hominibus conuersante aliqui dicebant, quia bonus est: aliqui verò non, sed seducit turbas, Ioan. 7. ita & nunc patet expresè, quòd aliqui eum laudant, aliqui uerò blasphemāt: sicut etiam de Paulo, vase electionis, cęterisque Apostolis, nec non & de Hieronymo, & Ambrosio, cęterisque Doctoribus: nec non & de Petro, Syluestro, Gregorio, cęterisq; Pastoribus murmuratur, & his & aliis Sanctis nonnunquàm detrahitur obloquēdo. Quantò magis igitur mihi grauissimo peccatori & ignorantissimę creaturæ præsumenti talia perscrutari, plurimos iudices adhibere non dubito, vt si quid dixerim vel scripserim vni gratum: alius econuerso, cui non erit sermo gratuitus, lacerandum iudicet ignibusque tradendum. Sed qui veritatis est auctor, veritatem ipse defendat & protegat vsquequaque cęcę æmulationis tenebras effugando, quę mentes hominū obnubilat, se ipsos amātium & non quę Iesu Christi, sed quę sua sunt quęrentium, ne possint cernere verum.

Oratio ad Deum pro concordia Ecclesiæ capitis & membrorum.

Nunc ergo, Christe sanctorum decus Angelorum, Deus Deorū, Deus creator vniuersi, Redemptor noster, auctor rectorque atque protector, ostende nobis lucem tuę serenissimę veritatis, & mentes nostras lumine tuę fulgentissimę claritatis illustra. Respice Domine de excelso Throno tuę præcelsissimæ maiestatis, emitte lucem tuam, & ueritatem tuam, accende lumen sensibus, infunde amorem cordibus,

aspice

aſpice in nos & miſerere noſtri Domine, ne deſpicias gemitus pauperum tuorum. Exaudi uoces ad te clamantium. Veni Domine & noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ, & quã tibi ſponſam tuo precioſiſſimo ſanguine comparaſti, non derelinquas exanimen, non errare permittas, non euagari per deuia, nõ lutoſis temporalib. inutiliter implicari. Emitte Spiritum ſanctũ tuũ de excelſo ſolio gloriæ tuæ, vt nobiſcũ ſit, nobiſcũ permaneat, in nobis habitet, operetur & agat, in vnum congreget, noſtros actus dirigat & informet, pacemque donet protinus, noſque concordet dulcius in amore, vt ſimus vnum in te Domine, ſicut & tu cum Patre & Spiritu ſancto vnus Deus, vnus Dominus per cuncta ſecula regnas, noſque tecum facias pariter conregnare, ad laudem & gloriam tui ſanctiſſimi nominis glorioſi, qui ſemper es laudabilis & benedictus in ſæcula ſæculorum.

Amen.

Ed

Ex Aeneæ Syluij, Pij II. eius nominis Pontificis Maximi, Historia.

IOANNEM hunc Capistranum, cum Legati Frederici Cæsaris, plurimorum verbis commendatum accepissent (quem uirum, doctum, & apostolicę vitæ sectatorem, rumor asserebat) literas Nicolai Pontificis ad eum impetrant, quibus in Austriam illi iter mandatur, ibi ut ex arbitrio Cæsaris monasteria Minorum oberrantia reformet, pacemque populis prædicet, & viam uitæ in ueritate doceat. Quas literas mox Legati ad Ioānem misere. Ipsi ex urbe redeuntes Senis, Florentiæ, Bononiæ, Ferrariæ, Venetiisque cum Principibus, ac Magistratibus vrbium, de transitu Cæsaris transegerunt, nec quenquam aduersum inuenere, uniuersi honorem, aditum, commeatumque Cæsari lætis animis promisere. Per idem tempus Ioannes de Capistrano ex Apostolica iussione Teuthoniam ingressus est, ac per Carinthiam & Stiriam venit in Austriā, cui sacerdotes & plebes cum Sanctorum reliquijs obuiauerunt, eumque veluti Apostolicæ sedis Legatum, ut ueritatis prædicatorem, vt magnum aliquem Prophetam, vt Dei nuncium susceperunt, & quasi vel Petrus, uel Paulus, uel alius Apostolorum illac iter faceret, omnes accolæ montium descendere, Ioanni occurrere, vestimentorum eius fimbrias auidè contigere, ægrotos & malè habentes ante pedes eius attulere, è quibus plerosque sanitati reddidit. Moratus est autem in Noua ciuitate dies aliquot, uiam Domini prædicans, mortalesq; omnes ad pœnitentiam vocans. Interea magna miraculorum fama Viennam oppleuit, aduenisse Cæsaream (sic enim Nouam ciuitatem nonnulli uocitant) sanctum virum, ut Dei Apostolum, qui morbos pellat, qui uiam Dei in ueritate doceat, qui pecuniam spernat, honores fugiat, abstinentia viuat. Concurrunt tumultuantes ad eum plebes, nec se tam diu victuras putant, donec visere hominem queant. Maiores natu & Principes ciuitatum ad eum leguntur, qui eum Viennam adducant: timebant enim ne uel retro Italiam rediret, uel in Hungariā alio itinere (posthabita Vienna) proficisceretur, quam rem sibi iacturæ magnæ probrique loco ducebant. Inuitatus autem Ioannes Viennam petit, tantus vndique populi motus fit, tantus concursus, ut nulla capax multitudinis platea inueniatur, quocunque transitus illi est, uiri ac mulieres impetum faciunt, premere alter alterum intueri satagentes virum, lachrimas lætitiæ deuotionisque mittere, leuare ad cœlum manus, benedicere venienti, laudare mittentem, tangere, osculari, qui prope sunt uestimenta, ueluti cęlo missum & Angelum Dei respicere. Apud Minores deinde sui ordinis (non suæ uitæ) fratres exceptus est.

Ibi

Ibi cibaria sibi, suisque comitibus publicitùs ministrata sunt. Vitam in huinc modum apud Viennenses ducere visus est, uestitus dormire, ante lucem surgere, Matutinum, Laudes, Primam, Tertiam orare, diuina exinde celebrare, his peractis sermonem ad populum Latinè pronunciare: post hæc Interpres quæ dicta sunt ab eo (quantum capax esset) exponere populo: tres autem amplius horæ labi priusquàm fiat interpretatio, loco sublimi apud Carmelitas in foro, ut inde sermocinaretur, extructo: nam capi alibi populi multitudo non potuit. finito sermone ad Cœnobium sui ordinis reuerti, ac Sexta, & Nona completis infirmos visere, diu apud eos morari, manus omnibus imponere, biretum Sancti Bernardini & cruorem, quem illi mortuo e naribus fluxisse ferunt, singulis ægrotantibus admouere, quos raró infra quingentos fuisse constat, precari supplex pro omnibus, exinde cænare, deinũ his qui se accedũt audientiam præbere, mox vesperas dicere, hisque completis ad ægrotos reuerti, atque cum his vsque ad noctem se exercere, tumque demum Completorio & aliis dilectis precibus expletis corpus quieti dare, minimum esse quod somno indulsit, ad reuisendos sacræ Scripturæ codices pauxillum furari tẽporis Sic homo quasi cœlestem vitam in terris agere, immaculatam, absque sorde, absque peccato: ausim dicere absque peccato, quamuis nonnulli gloriosum hominem iactatoremque sui ex rumoribus hominum accepisse mercedem dicerent, quibus placere magis quàm Deo studeret. Sed sunt iniqui iudices, qui non in meliusquæ occulta sunt interpretantur, quando quæ patent omnia bona vident. Cur virum calumniemur, qui longam vitam in paupertate vixit? Qui multos annos docendo plebes assumpsit? Qui abstinentia in laboribus, in humilitate perseuerans, ac opera uerbis æquans? Qui nihil huius mundi appetiuit? Qui nulli fuit iniurius, sed sæculum hoc suis cultoribus ipse reliquit? Parua fuerit merces in tantis laboribus humana laus, stultus est qui propter rumusculos hominum suum corpus affligit, suumq; genium fraudat. Ego sanctum & iustum hominem, qui calcauit auaritiam, libidinem subegit, honores sæculi fugit, qui contra iniuriam atq; irã patientiam obiecit, qui fouendis pauperibus studium se præbuit, qui nullum superbiæ fomitem ostendit, sola fiducia futurorum teneri arbitror, retributionemque thesauri cælestis expectare, ac cum Paulo dicere, Gloria nostra hęc est testimonium conscientiæ nostrę, & de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illum diem iustus iudex Indicauit autem hoc perpetua hominis lætitia, quem nemo mœstum vidit, sed uultu semper eodem, ut de Socrate tradit antiquitas. Sciebat enim mortali culpa se liberum, bonis operibus intentum, expectabat dissolui, & esse cum Christo. Quod si gloriam mundi quæreret, sciret Deo se non esse acceptum, videreturque sæpè tristior conscientiæ stimulis actus. Nam qui laudes sectantur humanas ex alieno pendentes, arbitror, sæpe decepti mœrent. Soli sunt serui

Dei,

Dei, qui perpetua quiete & Domini tranquillitate fruuntur. Qualem esse Ioannem minimè dubitauerim, quem pusillum corpore Viennæ vidimus, ætate senecta, annos (ut ipse aiebat) quinque & sexaginta habentem, siccum, aridum, exhaustum, sola cute neruisq; & ossibus compactum, lętum tamen, & in labore fortem, sine intermissione singulis diebus prædicantem, altas atque profundas materias absoluentem, doctis & rudibus satisfacientem auribus, mentes demulcentem, affectus quò volebat impellentem, ad cuius sermonem dietim viginti, & triginta hominum millia confluebant: maioriq; ipsum attentione, quãuis non intelligerent, quàm Interpretem audiebant, cum mos illi esset totum sermonem Latinis verbis pronunciare, deinde locum interpretanti facere. At hic postquàm nouum sui ordinis Cœnobium erexit, in Morauiam profectus est, multosque Hussitarum ab errore reuocauit. Hunc & Cæsar cupidè audiuit, multisque sermonibus, eius interfuit, ac uestimentis eum sacerdotalibus donatum dimisit.

Blondus Flauius, Foroliuiensis, de Italia illustrata, Regione XII.

INTERQVE ea, Capistranum duo millia passuum ab eodem fluuio est semotum. Quod oppidum viro nunc ornatur celeberrimo, Ioanne Capistraneo, Seraphici Francisci ordinis, quem decorat alumno, miraculis & quidem frequentibus, quod post Apostolorum tempora rarum, ac propè inauditum fuit, in uita coruscante.

Ioannes Tritemius, Abbas Spanheimensis, de Scriptoribus Ecclesiasticis.

IOANNES de Capistrano, Aprutij oppido, non longè ab Aquila vrbe, ordinis Minorum fratrum, Sancti Bernardini olim discipulus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in iure canonico egregiè doctus, ingenio excellens, & clarus eloquio, uita quoq; & religiosa conuersatione deuotus, diuini uerbi prædicator celeberrimus, qui multos uerbo, & exemplo ab iniquitate conuertit, scripsit quædam non paruæ vtilitatis opuscula, de quibus ad me pauca peruenerunt.

De cupiditate, lib. tres. Incipit, Nolite vobis thesaurizare.
Contra Hussitas, lib. vnum.
Sermones varios, lib. vnum.
Epistolas nonnullas, & quædam alia.

Claruit sub Federico Imper. III. anno Domini 1456. & non sine opinione sanctitatis.

Hæc de Beato Ioanne adnotasse sufficiat, tametsi de vita & gestis eius non paruus liber, typis excusus, in manibus habeatur, Nicolao à Fara, Hieronymo Utinensi, & Christophoro Varisiensi, authoribus, e Minorum obseruantium familia, atque Beati Patris comitibus.

B. IOAN-

B. IOANNIS A CAPISTRANO, e Minorum Obseruantium familia,

TRACTATVS DE PAPÆ ET CONCILII, SIVE ECCLESIÆ AVCTORITATE.

Pars prima primæ partis principalis de Papæ institutione.

SANCTISSIMI *Domini nostri*, IESV CHRISTI, *totiusque sanctissimæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritussancti præsidio suppliciter inuocato, gloriosissimæq́; Virginis, matris Dei, Mariæ, & Beatorum Apostolorum, Petri & Pauli, Beati Hieronymi, & Beati Francisci, quibus defensionē huius operis, & aliorum, apud Deum, Beatam Virginem, & præfatos Beatos Apostolos singularissimè recommitto, vt Hieronymus hæresum extirpator micanti lumine radijsque fulgentibus diuinę sapientiæ sibi cœlitus effluentis protectionem suscipiat veritatis, sicut olim suscepit pro suis deuotis filijs & amicis, Eusebio, Cyrillo, atque Syluano, mirandis prodigijs, prodigiosisque miraculis demonstratis cum stragibus, & supplicijs hostium veritatis: Franciscus autem suas deuotas lachrimas repræsentans, & stigmata sibi diuinitus condonata; pias ac supplices preces porrigat apud* CHRISTVM, *vt veritatem suæ fidei tueatur, errores amputet, & discordias atque scismata, ac vnionem & pacem misericorditer largiatur, Amen.* *Inuocatio diuini præsidij.*

PRo subiecta igitur materia dicendorum, illud Ieremiæ 1. verbum occurrit, quod sibi à Domino dictū est, *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes*: Magna hic patet auctoritas sacerdoti collata, nec cuilibet, sed Ieremiæ tantùm hoc legitur, esse prædictum: sicut non cuilibet, sed Petro tantùm dictum est à Domino, Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiā meam, *Thema.*

& portę Inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis, Matth. 16. & de vtraque auctoritate supradicta fit allegatio in c. solitæ, extra de maior. & obed. & 19. dist. c. sic omnes sanctiones. dicit Agatho Papa omnibus episcopis, Sic omnes sanctiones apostolicæ sedis accipiendæ sunt, tanquam ipsius Dei, voce Petri firmatæ, & in c. sequenti, ex capitulis Caroli Imperatoris scribitur, In memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam Ecclesiam, & apostolicam sedem, &c. & in d. c. solitæ, super verbo, quodcunque, dicit Glos. Qui dixit omnia, nihil excepit. 19. dist. c. si Romanorum, & ff. de off. præsid. l. 3. & Innocent. III. in d. c. solitæ, dicit, nihil excipiens, qui dixit, quodcunque ligaueris, &c.

Thematis & Tractatus diuisio. In prædictis itaque sacris verbis tria mihi principaliter considero perscrutanda, videlicet primum est summi Pontificis ingressus vel institutio, ibi, *Ecce constitui te hodie*. Secundum est summi Pontificis progressus, siue profectio, ibi, *Super gentes & regna, vt ædifices & plantes*. Tertium est summi Pontificis egressus, siue defectio, ibi, *Vt euellas & destruas & disperdas & dissipes*.

Tria principaliter in toto opere. Pro primo quærendum est de institutione, siue electione Papæ. Pro secundo quærendum est de potestate, vel auctoritate Papæ. Pro tertio quærendum est de defectibilitate, & damnositate Papæ, videlicet quando est defectuosus, negligens, inutilis, vel aliter criminosus, quid agendum? Sunt enim verba prædicta magni ponderis, & diligenti examinatione condigna. *Ecce*, inquit, *constitui te hodie*. quasi dicat, Non te ingessisti, quia nemo sibi sumit honorem, sed qui vocatus fuerit à Deo tanquam Aarō, vt dicit Apostolus ad Hebr. 5. & 8. q. 1. in scripturis. nam qui se ingerit, repellendus est, non confirmandus, extra de elect. c. qualiter. Sequitur, *Super gentes*. i. laicos & inferiores. *Et super regna*. idest super Principes & superiores, vt in c. ad apostolicę, §. nos itaque, de sent. & re iud. lib. 6. nam & Moyses audiuit à Domino, Ecce constitui te dominū Pharaonis, sic & Papa est dominus Imperatoris & regum vniuersæ terræ, iuxta not. in c. per venerabilem, §. rationibus, & §. sunt autem, extra qui fil. sint legit. & in c. nouit, extra de iudic. cū similib. Sequitur in themate, *Et euellas*. scilicet vitia & peccata. *Et destruas*. scilicet hæreses & scismata.

vocatus à Deo.

Moyses constitutus fuit dominus Pharaonis, et Papa Imperatoris, Exo. 7.

ta. *Et disperdas.* scilicet infideles. *Et dissipes,* scilicet omnem machinam iniquorum, & veritatis lumini rebellium & obstinatorum. extra de hæretic. c. excommunicamus. 2. & in c. fœlicis, de pœnis, lib. 6. & in c. siquis suadente, de pœnis, in Clement. Sequitur, *Et ædifices.* scilicet fideles confirmando. *Et plantes.* scilicet infideles conuertendo, &c. vt infra dicemus.

Quo ad primū tria quæruntur, videlicet primum est de institutione Petri. scilicet quando fuit à Domino institutus. Secundum est de electione Papæ, ad quos spectat. Tertium est, à quo Papa debeat consecrari. *Tria q̄sita primæ partis*

Quo ad primum, scilicet quando Petrus à Domino fuit institutus Papa, siue Vicarius. Et videtur aliquibus quòd tunc, quando dixit ei Iesus in prima vocatione, Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Io. 1. Dicūt enim quod Petrus Simon est vocabulum, quod Latinè interpretatur caput. Petrus igitur dictus est Cephas, eo quòd in capite Apostolorum sit cōstitutus, vt dicit Papias. Petrus enim à petra nomen accepit. i. a Christo. Petra enim Græce, Latinè firmitas interpretatur. Ex quo Christus dictus est petra, petra autem erat Christus, dicit Apost. 1. ad Cor. 10. à tali igitur petra dictus est Petrus, quasi firmatus super firmitatem Christi, qui est principale fundamentum & firmum principium Ecclesiæ suæ, vt dicit Apostolus 1. ad Corin. 3. ibi, fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Alij dicunt, quòd tunc eum Dominus instituit, quando interrogauit discipulos suos, Matth. 16. dicens, Quem dicunt homines esse filium hominis. & cum illi responderent, alij Io. Baptistam, &c. dicit illis Iesus, vos autem quem me esse dicitis? Respōdens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. vt supra. Et sic arguunt quòd tunc eum instituit, quando dixit, Et quodcunque ligaueris, & quodcunque solueris, &c. Super prædictis namque verbis non leues Doctores variè sensere. Dicit enim sanctus Maximus in quodā sermone discutiens illud, super hanc petram. i. super te firmum & solidum sicut petrā. ædificabo Ecclesiam meam. Communicauit enim ei Christus nomen suum, vt sicut Christus dicitur petra, ita & Pe- *Petrus quando fuit institutus à Christo.* *Petri, & Petræ.*

trus dicatur hic petra, ac per hoc & Eccleſiæ fundamentum. Auguſtinus autem in quodam ſermone dicit, Petrum itaque fundamentum Eccleſiæ Dn̄s nominauit, & ideo dignè hoc fundamentum colit Eccleſia; ſupra quod eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit. In libro autem Retractationum videtur ſe corrigere dicens, Dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quòd in illo tanquam in petra ædificata ſit Eccleſia, ſed ſcio me ſæpiſſimè ſic expoſuiſſe, quod à Domino dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. ideſt ſuper hanc petram, quā confeſſus eſt Petrus dicens, Tu es Chriſtus fil. Dei viui, ac ſi Petrus ab hac petra appellatus figuret perſonam Eccleſiæ, quæ ſuper hanc petram ædificatur. Non enim dictum eſt illi, Tu es petra, ſed tu es Petrus: petra autem erat Chriſtus, quem confeſſus Simon, ſicut ei tota confitetur Eccleſia, dictus eſt Petrus. Harum autem duarum ſententiarum, quæ ſit probabilior, eligat Lector, hæc Auguſtinus. Chriſoſtomus dicit, ſuper hanc petram, ideſt in hac fide, & confeſſione tua, ædificabo Eccleſiam meam. Hoc etiā ſentit tex. Decre. 21. diſt. c. 1. poſt medium. in verſ. ſimiliter vero. ibi, qui ſcilicet Chriſtus, duodecim Apoſtolos, tanquam maiores ſacerdotes, & ſeptuaginta duos diſcipulos, quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum verò quaſi in ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ omnibus & pro omnibus claues regni cælorum tribuit, & à ſe petra, Petri ſibi nomen impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt, & vt ipſe cæteros confirmaret ſubiunxit dicens, Simon, ecce ſathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, Luc. 22. Dici poteſt vtraque probabilis ſententia, quæ tales habet auctores: ſed vt ad concordiam reducantur, quæ diſcordare videntur, oportet intelligere petram Chriſtum Eccleſiæ primariū fundamētum, & ſummū lapidem angularem, ſicut Pet. dicit in ſua Cano. 1. Pet. 2. c. cum dicit, Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, ꝓbatū, electū, precioſum, & qui crediderit in eū, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli & lapis offenſionis & petra ſcandali ijs, qui offendūt verbo, nec credunt in quo & poſiti ſunt. & ſic patet quòd Chriſtus eſt fundamentum omnium fundamentorum. Petrus autē

non

non primarium, sed secundarium fundamentum dici potest super primario collocatum. nam & omnes Apostoli & alij perfecti dici possunt quodam modo fundamenta, sicut intelligitur verbũ Psalmistæ, cum dicit, Fundamenta eius in montibus sanctis diligit Dñs, portas Sion &c. Sion interpretatur specula, denotat Ecclesiam Christi, quæ in montibus sanctis, scilicet in fide & doctrina Apostolorum Christi supra petram Christum fundata est principaliter, & super articulos fidei ab Apostolis ordinatos secundario. Vnde subdit, Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Psal. 86. Hinc & Apostolus dicit 1. Timoth. 3. Ecclesia Dei viui columna & firmamentum veritatis. Et Bonifacius VIII. in c. fundamenta, de elect. lib. 6. dicit, Fundaměta militantis Ecclesiæ in montib. sanctis propheta rememorans. Per montes Apostolos & prędicatores patenter insinuat, quibus tota huiusmodi ædificii fabrica confidenter innititur, qui firmę bases Ecclesiæ super fundamento, præter quod nemo aliud ponere potest, quod est Christus Iesus, veluti summo angulari lapide solidantur vt veritas, quæ antea legis & prophetarum præconio vehebatur per apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fine orb. ter. verba eorum. Psal. 18. & infra, Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, vt ęterni templi structura Deo ædificante constructa, mirabili munere gratiæ Dei in Petri consisteret firmitate. Et sic patet quòd petram vocat, firmitatě fidei in Petro. ad quod etiam facit 50. dist. c. fidelior. ibi cum dicit, Vt qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui se interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis Ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dñs, Tu es Petrus, &c. Petra enim dicitur eo quòd primus in nationibus, scilicet gentibus fidei fundamentum posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemque contineat. Verba sunt Ambrosij in Omeli. lib. 1. Transgressi sumus aliqualiter, sed cũ reuerentia & supportatione, & ad propositum redeamus. Dicunt & tertij & hi melius, quòd neutro prædictorum locorum Petrus institutus fuit Papa, siue pastor Ecclesię, quia nec eum ante passionem Christus instituit, sed post resurrectionem die illo, quo Petrus dixit consocijs, Vado piscari. Dicunt ei, venimus & nos tecum. & infra, Ascendit Simon

Petrus,

Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. & infra, Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis, diligis me plus his? dicit ei, etiam Domine, tu scis quia amo te. dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis, diligis me? ait illi, etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei tertiò, Simō Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me? Et dicit ei, Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei, pasce oues meas. Amē, amen dico tibi, cū esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quò tu non vis. hęc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum. hæc omnia Io. vlt. vbi notandum, quòd sicut Petrus tribus vicibus Christum negauit, prout clarè patet Matt. 26. in fine: ita tribus vicibus interrogatur à Domino post suam resurrectionem, an eum diligat, licet etiam aliis misterijs, vt statim dicemus. Et sicut Petrus Christum negauit paratum ad crucem pro salute multorū, ita & Petrus inuitatur à Christo, cautusque redditur, vt crucem perferat cum finali supplicio. quasi diceret, sicut me crucifixum pro te negasti, ita pro me pendens in cruce me confiteberis ad salutem. Sed videndum est, quare bis dixit, pasce agnos meos, & semel dixit, pasce oues meas? Respondetur breuiter, eo quòd tribus statibus hominum præficiebatur, ad regimen saluandorum, qui sunt, videlicet primus incipientium dicitur. Secundus proficiētium. Tertius perfectorum. Primi, scilicet incipientes tanquā agni nouelli lacte indigent verbi Dei, quibus dicebat Apostolus. 1. ad Corint. 3. Et ego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. quasi dicat, incipientes potius blāditiis ducere, quam vinculis trahere conuenit ad salutem. Secundi scilicet proficientes, tanquam agni infra annum, solidioris cibi capaces existunt, & fortiores sunt ad augumentum virtutum. Secundo contradicit Apostolus ad Heb. 5. Etenim cū deberetis magistri esse propter tēpus rursus indigetis, vt vos doceamini quæ sunt elementa exordij sermonum Dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo: omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est. Et sic patet quòd tales

Christ' quare trib. vicib dixit Petro, pasce.

Saluandorum status tres.

les arguit, eo quòd potius deficiunt, quàm proficere curent. Tertij scilicet perfecti, sunt quasi oues fœcundæ, fructus multiplices afferentes, lacte, lana, caseo, ac gemellis fętibus inundantes, de quibus etiã idem Apostolus ait ad Hebr. 5. Perfectorum autẽ est solidus cibus eorum, qui pro consuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni ac mali. Et sequitur in 6. c. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem ad perfectionem feramur nõ rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis &c. Hi ergo (vt dicebam) lac afferunt solatij spiritualis, de quib. prima Pet. 2. scribitur, Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum & simulationes & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dñs. Lanam habent bonorum operum & laborum, de quibus sub metaphora fortis mulieris scribitur Prouerb. vlt. Quęsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. & in fine dicitur, Date ei de fructu manuum sua rum, & laudent eam in portis opera eius. Caseum habent humanæ considerationis humiliter memoratæ à principio finem ex petentis in Dñm, sic Iob 10. scribitur, Tædet animam meam vitæ meæ, & infra, Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti, pel. & c. ve. m. o. & n. c. m. vi. & m. t. m. & vi. t. cu. sp. m. Gemellos habẽt fœtus ex acquisitione spiritualium filiorum, quos ad spiritualem frugem conuertentes gremio matris inserunt Ecclesiæ militantis ad percipiendam regni cœlestis patriam hæreditariæ promissionis. Ex quo spiritualiter capiẽdo Cãticorum 4. scribitur, Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus & sterilis non est inter eas. Quæ verba de perfectorum fructu sumi mistica intelligentia nemo sanæ mentis hæsitat, sicut & Ioannes Euangelista de se ipso testatur 3. Cantica dicens, Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. & Apostolus ad Galat. 4. scribit, Filioli mei, quos iterũ partu rio. Et 1. ad Corint. 4. Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos legitimos moneo. Et infra, Nam Christo Iesu per euãgelium ego vos genui. Certum est enim quòd nec Ioannes, nec Paulus, carnales filios generarunt.

Similiter

Similiter etiam dicimus per alia verba, triplicem esse saluandorum statum, videlicet coniugum, continentium & virginum. Coniugati & continentes tanquam agni ducendi sunt. Virgines autem, non dico infantes sed adulti, vel adultę, non minus gratia quàm ętate, tanquam oues sunt reputandi. De quibus tribus statibus ad Hieronymum cōtra Iouinianum, prolixius dispu tantem sufficiat remisisse. Nec tædeat perscrutari quid alij sanctiores peritioresque nobis super hoc passu senserint indagandū. Teophil. enim dicit, finito prandio commistionem ouium mundi Petro commendat, non alii. Augustinus verò in sermone Paschali dicit, Confitenti autem Petro amorem suum, oues suas commendauit. Vnde sequitur, dicit ei, Pasce agnos meos, tanquā non esset vbi ostenderet Petrus amorem suum in Christum, nisi esset pastor fidelis sub principe omniū pastorum. & infra, Cum dixit, pasce oues meas, quasi dicat, sit amoris officium pascere Dominicum gregem, sicut fuit timoris iudicium negare pastorem. Alchuinus dicit, pascere autem oues, est credētes in Christo, ne fide deficiant, confortare, terrena subsidia, si necesse est, subditis prouidere, & exempla virtutum cum verbo prædicationis impēdere, aduersariis obsistere, errantes subditos corrigere. Idem Theophil. dicit. Potest autem quis assignare differentiam inter agnos & oues: agni sunt, qui introducuntur: oues verò perfecti. Chriso stomus autem dicit, quod enim maximè omnium tribuit nobis eam, quæ deseritur, est beneuolentia, est proximorum procuratio. Præteriens autem Dñs alios, Petro de talibus loquitur. Eximius enim Apostolorum erat Petrus, & os discipulorum, & vertex collegij. vnde & negatione deleta committit ei prælationem fratrum, & negationem quidem ei non exprobrat, sed dicit, si diligis me pręsiste fratribus, & feruentem amorem, quem per omnia demon strasti, nunc ostende; & animam, quam dixisti positurum te esse pro me, hanc da pro ouibus meis. Tertiò etiam interrogat, & terriò iniungit eadem, ostendens quantum appretiat prælationē pro priarum ouium. & quoniam hoc est maximè eius amoris signū. Si verò dixerit quis, Qualiter igitur Iacobus thronum assumpsit Hierosolymorum, illud vtique dicā, quoniam Petrum orbis terrarum intronizat magistrum. & infra, Qui enim in cæna non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationem cōmisit, huic & pręposistura fratrū credita est: & non solū non cōmittit alteri inter

roga-

rogare, quæ ad ipsum pertinent, sed de reliquo ipse pro aliis magistrum interrogat. Quia igitur magna ei prædixerat Dn̄s, & orbem tarrarum commiserat, & martyrium prenunciauerat, & amorem protestatus fuerat, ampliorem volens & Ioãnem communicatorem accipere dixit, hic autem quid? quasi dicat; Non ne eadẽ nobiscũ veniet uia? Et infra, Quia verò debebat orbis terrarũ procurationem accipere, nec oportebat eos de reliquo sibi inuicẽ esse coniunctos, quod præesset orbi terrarum, propterea Dn̄s dicit secũdum literam Grecam, Sic eum uolo manere donec veniã; quid ad te? tu me sequere. Quasi dicat, opus tibi commissum attende & perfice. hunc verò si voluero sic manere, quid ad te? Et idem Theophil. super verbo, sequere me, dicit, in hoc, quod dicit Dominus Petro, sequere me, cunctorum fidelium prælaturam ei instituit. Simul autem & sequi intelligas hic imitationem in cunctis & verbis & operibus. ostendit etiam affectionem ad ipsum, quia qui nobis astrictiores sunt, hos sequi nos volumus, Et idem Theophil. in verbo, donec veniam, dicit, hoc est dum hunc volens dirigam ad predicandum. Te nanque nunc dirigo ad orbis pontificatum, & in hoc sequere me, ipse verò maneat sic, donec & eum educam sicut te. Aiunt enim aliqui hunc Apostolum vsque ad Vespasiani tempus, cum Hierusalem capienda erat, in locis illis conuersatum.

Orbis terrarum cura Petro commissa.

Archidiaconus ẽt 8. q. 1. c. in scripturis, in verbo, amas me? dicit, vt hoc melius intelligas, sciendum est quod dixit Dominus Petro, Simon Ioannis, diligis me plus his? interrogabat Iesus, quod sciebat, sed innuit vt corde credamus, & ore confiteamur. Cordẽ. n. creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, ad Rom. 10. Et ait Petrus, etiam Domine, tu scis quia amo te. quod non est sic distinguẽdũ, etiam Domine, vt scilicet aliis plus diligere se dixisset: hoc enim nesciebat, sed abundat in idiomate Hebræo. Tacens igitur quod ignorabat, respondit quod sciebat. Vel ita, Domine amo te, & etiam tu scis quia amo te. quasi dicat, te ipsum testem inuoco, quia amo te. dicit enim Iesus, Pasce agnos meos. quasi dicat, exhibitio operis sit probatio dilectionis. Cũq; quesisset secundò id ipsum, & idem respõdisset Petrus, idem subdit, Pasce agnos meos: post verò tertiam responsionem subdidit, pasce oues meas. quasi pasce docendo, pasce operando, pasce monendo, idest corrigendo. Vel sic, Pasce, hoc est imperatiuum. 25. q.

1.c.diuinis.Pascere est alere, nutrire, substinere, pabulare, secundum Papiam. Et nota, quod beato Petro ter dictum est, Pasce. Vnde dic, Pasce, idest fide illumina. Pasce, idest charitate inflamma. Pasce, idest spe corrobora. Oues significant populos fideles innocentiæ fructus dantes, secundum Papiam. Hæc Archid.in d.c.in scripturis.aptius tamen dicit 6.q.1.c.imitare.vbi referuntur verba Ambrosii dicentis, Imitare Petrum tertiò dicentem, Domine tu scis, quia amo te, etenim quia tertio negauerat, tertiò confitetur: sed negauit in nocte, confitetur in die.dicit Archid. & nota quod Petrus ideo tertiò confitetur, & tertiò interrogatur de dilectione Dei, & tertio præcipitur, vt pascat oues, siue agnos, quia gregem commissum fidem Trinitatis debebat docere. Vel quia pascere debebat tria genera hominum, scilicet coniugatos, continentes & virgines, siue prælatos. Vel quia pascere debebat gregē sibi commissum corde ore & opere, idest voluntate, prędicatione & exemplo. Vel ideo tertiò cōfitetur, quia tertiò negauerat, vt sic trina confessio dilueret peccatum trinæ negationis, vt dicitur de pœnit. dist. 1. §.his auctoritatibus.

A longa visus sum interpositione transgressus, sed quid immoramur in tantis? Beati Gregorii patet auctoritas, qui in Homilia quadam Dominicæ resurrectionis eloquitur de Principe Apostolorum dicens, Considerādum est nobis cur omnipotens Deus quem cunctæ Ecclesiæ pręferre disposuerat, ancillæ vocem perti mescere, & se ipsum negare permisit. Quod nimirum magnæ actū pietatis dispensatione cognoscimus, vt is qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaq; ostendit eū sibi, & tunc præposuit cæteris, vt ex sua infirmitate cognosceret quam misericorditer alienam infirmitatem toleraret. tex.est in Decre. 50.dist.considerandum.post quod capitulum statim subinfertur auctoritas Ambrosii in Homil.lib. 1.dicentis, Fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. tanquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui se in terrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei stabilitate firmaret, aliàs fundaret. Gratianus verò postquàm multa de lapsi reparatione discusserat subinfert, Sed exēplo beati Petri, qui post quàm trinæ negationis maculas cōfessione diluit amoris, non so-

lum

lum in gradu sui apostolatus remansit, verum etiam in pastorem totius Ecclesiæ à Christo institui meruit. 50. dist. §. sed exemplo.

Satis clarè considero fore monstratum auctoritatibus antefatis Petrum institutum, non ante passionem, sed post resurrectionem, nedum Romanæ vrbis, sed ēt totius orbis principem & Pastorem, summumque Pōtificem vniuersi. Sed si meæ curiositati decet ascribi, non hæc mihi sufficiunt, sed curiosius perscrutabor, quid de sacerdotibus alijs, quandove fuerint à Dño instituti, quando conficiendi potestas, quandove fuerit auctoritas absoluendi collata, an ante passionem, an post resurrectionem, &c. De cæteris Apostolis dico, quòd tunc fuerunt instituti sacerdotes à Dño, quando in nocte cœnæ, postquam Dñs suum sciſſimum corpus & sanguinem cōsecrauerat, dixit eis, Hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. qui solus inter alios Euangelistas prædicta verba descripsit post consecrationem corporis a Dñō fore dicta. Sed Apostolus Paulus clarius protestatur, & post consecrationem corporis, & etiam post consecrationem sanguinis à Dño repetita, vt ipse idem scribit sibi à Dño reuelatum. 1. ad Corinth. xi. dicens, Ego enim accepi à Dño quod & tradidi vobis q. Dñs noster Iesus Christus in qua noc. tra. ac. p. & gratias agens fregit & d. ac. & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. similiter & calicem postquam cœnauit dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Vnde Archid. 75. dist. quòd die Dominico, in verbo, scriptura, vbi agitur de impositione manuum facta per Apostolos super Paulum & Barnabam, de quo Actu. 13. historia continetur, quęrit vtrum præter impositionem manuum aliam ordinis solennitatem circa eos celebrauerint? Et dicit, quòd incertum est, nec de ordinatione Apostolorum aliquid legitur. vel quòd Dñs imposuit eis manus: subdens, sed potuit Apostolis sufficere pro ordinatione, quod dictū ē eis à Dño, hoc facite in meam commemoratione. de consecr. dist. 2. in Christo semel, in fine. vbi de hoc dicit glo. dicunt quidam, quòd per hæc verba Dñs Apostolos ordinauit. Dicit etiam Archid. in d. c. quòd die, quòd multi in primitiua Ecclesia sine hac solennitate ordinationis ad sacerdotium promoti sunt, etiam multi laici sine diaconio promoti sunt ad sacerdotium, etiam aliis ordinib.

Apostoli qñ fuerint instituti sacerdotes.

 præter-

prætermissis. Dominus Io. And. in c. præsbiter, de sacram. itera. in nouel. in verbo, manus. dicit, In ordinatione sacerdotis plures sunt actus, videlicet tenere manus super caput, dare illi calicem, dare patenam, vngere manus & similia, & quilibet actus suam habet solennitatem: vnde vno omisso, debet suppleri, licèt non propter hoc iterentur actus expediti. Vnde dicunt aliqui, quòd in ordinatione præsbiteri, per dationem calicis pleni cum patena cõfertur ordinato potestas principalis quo ad principalem actũ cõfectionis eucharistiæ, & per impositionem manuum Episcopi sub certa verborum forma, videlicet, accipite spiritum sanctum, &c. vt patet expresè 24. q. 1. c. loquitur Dñs: circa princ. ibi, accipite spiritum sanctum, &c. Confertur potestas sacerdoti quo ad actum secundarium, qui est absoluere & ligare: nam & has potestates Dñs diuisim contulit Apostolis: nam ante passionem contulit primã, scilicet conficiendi, cùm dixit, Hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. c. & post resurrectionem contulit secundam, scilicet ligandi & soluendi, cum insufflauit & dixit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c. Per impositionem verò manuum aliorum sacerdotum designatur quædam gratiæ plenitudo. Vnde si desit traditio calicis cum forma verborum, non imprimitur caracter, nec est sacerdos: si verò fiat primum, sed desit secundum, sacerdos est quo ad potestatem conficiendi, sed non potest absoluere vel ligare, nisi facta suppletione. Si verò desit manuum impositio aliorum sacerdotum, licèt sit supplendum, tamen primum poterit & secundum. Hoc etiã tenet Innoc. ibidem, & Host. & Tho. vt infra dicemus in secundo fol. seq. Petro autem in specie dedit auctoritatem summi pontificatus post resurrectionem, cum dixit Ioan. 21. Pasce oues meas. Dominus Franciscus de Zabarel. Cardinalis Florentinus, in d. c. præsbiter. in 10. quęst. referens supradicta per supradictos Doctores, videlicet Innocentium, Hostien. & Ioan. And. in fi. dicit, Dic verius quòd quicquid de prædictis desit, non potest ministrare, nisi fiat suppletio, vt supra, eo. c. 1. vbi de hoc in primo contrario. ibi enim dicit Franciscus, Refert tamẽ Innoc. alios dicere quòd manus impositio non est de substantia ordinis, & quòd potest celebrare etiam non facta suppletione. Et in fi. dicit primum verius, s. quòd non potest celebrare, nisi fiat suppletio, etiam subdiaconus in officio subdiaconatus. Et in seq. oppositione, in fi. subdit

Quid si quid deest in ordinatione.

dicens,

dicens, Dic nō expedire in his insistere, cum certum sit hoc, quòd subdiaconatus est sacer ordo, vt in d.c. miramur, de ser. non ord. & sic debet fieri impositio consecratoria, ergo &c.

Non miremini, si dum vnū quærimus, aliud discutimus, quia etiam de pertinentibus agimus, vt reperiamus quod principaliter quærebamus, videlicet de institutione Petri & aliorum, vt supra. pro quo etiam declarando habemus etiam glos. not. 21. dist. c. in nouo testamento. in verbo, tu es Petrus. Dicit glos. videtur ergo quòd per hæc verba, Tu es Petrus, &c. datus fuit Petro pontificatus, & ita ante passionem, quia ante ei fuit dictum, & ita videtur ei contradicere. 50. dist. considerandum. & c. fidelior. Nam ibi dicitur, quòd post resurrectionem fuit creatus per illa uerba, si diligis me, &c. vt extra de elect. c. significasti, quod etiam hic innuitur, cum dicit, Tibi dabo claues, &c. hoc enim est promittere, non dare. Verba sunt glos. ibid. vbi etiam alia glo. super verbo, consortio, ex eo quòd tex. dicit, cæteri verò Apostoli cum eodem, scilicet Petro, pari consortio honorem & potestatem acceperūt, ipsumque principem eorum esse voluerūt, qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi euangelium prædicauerūt. dicit igitur glo. in d. verbo, consortio, arg. quòd omnis Episcopus sit par Apostolo quantum ad ordinem & rationē consecrationis. 24 q. 1. loquitur, in princ. Petrus tamen maior fuit alijs in administratione, vt 2. q. 7. puto. potest enim aliquis esse maior alio in ordine, minor tamen in administratione, vt Archipresbiter maior Archidiacono, vt 25. dist. perlectis. De Apostolis, quando fuerint consecrati, non legimus: dicunt tamen quidam quod in cœna, quando dictum est eis, Hoc facite in meam commemorationem, de consec. dist. 2. in Christo, in fi. Alii dicunt, quando dictum est eis, Ite, babtizate omnes, &c. de consec. dist. 4. proprie. De Paulo & Barnaba habemus 75. dist. quòd die Dominico. & de Iacobo, 76. dist. porro. verba sunt glos. predictæ, ubi supra. Archid. in d.c. in nouo testamento. dum ab eo quærerem declarari, in maiorem hæsitationem me introduxisse conspexi. dicit enim in princ. d.c. in nouo, hic incipit secunda pars huius distinctionis in qua probatur, quòd Romana Ecclesia sit caput ab ipso Dño principaliter instituta, secundariò à Conciliis, secundum Io. de F. Vel potest sic continuari, supra c. prox. facta est mentio de sacerdote, nunc ostendit quis in nouo testamento fuit primus sacerdos

Petrus maior cæteris in administratione.

post

post Christum. & dicit quod Petrus. si velit intelligere quod Petrus fuerit primus prioritate temporis, hoc in nouo testamento minimè reperitur: Credimus enim omnes Apostolos simul sacerdotes effectos, cum quibus & Iudam, vt infra dicemus. Si autem velit intelligere de prioritate, siue primitate dignitatis administrationis, ergo sequitur quod Petrus obtinuit principatum, & hoc puto ipsum voluisse intelligere, cum dicit, & in hoc c. & seq. interserit de præcelsitudine tantum Ecclesiæ. Sic etiam me magis conturbaret, cum dicit, quod initium sacerdotii primus Aaron fuit. hic enim in lege sacerdotale nomen accepit, qui prius iubente Dño victimas obtulit. Nam si velit hoc intelligere, quãtum ad tẽpus, cum reuerentia non ita fuit. primò. n. secundum authenticas sacras scripturas de Melchisedech sacerdotio legimus, Gene. 14. ibi enim habemus, quod postquàm reuersus est Abraham à cæde Chodor Laomor & Regum, qui cum eo erant: at non Melchisedech Rex salem proferens, panem & vinum. erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, et ait, Benedictus Abraham &c. de quo sacerdore longum sermonem cõtexuit Apostolus Paulus ad Heb. 7. & infra tãgemus. Nam in obseruatione temporũ (prout ex sacris possumus haurire scripturis) primus, qui Dño sacrificium obtulit acceptabile, fuit Abel: Gen. 4. Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ, munera Dño: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorũ. & respexit Dñs ad Abel, & ad munera eius: ad Cain verò, & ad munera eius, non respexit. propter hoc igitur dixi, sacrificium acceptabile, quia sacrificium Cain non fuit acceptabile Dño, eo quod malignus erat & cupidus & malè finiuit, &c.

De prioritate temporis, & dignitatis.

Primus verò, qui inuocauit nomen Dñi, fuit Enos, filius Seth, qui fuit tertius filius Adæ. Gen. 4. in fi. ibi, Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos. iste cœpit inuocare nomen Dñi.

Primus, qui erexit altare Dño fuit Noe, Gen. 8. ędificauit autẽ Noe altare Dño, & tollens de cunctis pecorib. & volucrib. mundi, obtulit holocaustum super altare, odoratusque est Dñs odore suauitatis.

Primus, qui ædificauit tabernaculũ Dño fuit Moyses, Exod. 25. & 26. & seq. Ipse enim etiã fuit sacerdos magnus & summus, iuxta illud psal: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius, psal. 98. hoc etiam dicit glos. 22.

dist.

dist. c. sacrosancta. ibi cũ tex. dicit circa fin. Moyses & Aaron in sacerdotib. eius. dicit glo. licèt Moyses & Aaron primi & summi dicti sint, tamen Moyses fuit maior Aaron in administratione, sed non quò ad consecrationem sacerdotalem. in hoc enim ambo pares fuerunt, Moyses tamen hostias non offerebat, sed vota offerebat populi vt 36. dist. si quis vult. & 88. dist. decreuit. Item in hoc maior erat Moyses quàm Aaron, quia instruebat eum, & redarguebat eum, tanquam minorem, vt de pœnit. dist. 3. inter hæc. verba sunt glo. in fine, cuius dicit Archid. Adde, nam in hoc dicitur quis minor alio, 2. q. 7. Paulus Petrum repræhendit. vbi subditur, hoc non de officio ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitę, & sanctitate conuersationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat. Dici enim potest quòd Paulus fuerit par Petro in sanctitate, minor in auctoritate, maior verò in capacitate. Primum probat Ambros. 2. q. 7. beati Petrus & Paulus. ibi cum dicit, puto enim illos æquales esse meritis. Secundum probat Clemens 80. dist. in illis, in fi. cum dicit, Quoniam nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio, sed vnus præfuit omnibus. Tertium probat ipsemet Paulus ad Galat. 2. cum dicit, Cum autem venisset Cæphas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia repræhensibilis erat. quod etiam refertur 8. dist. c. qui contempta, vbi referuntur verba August. in lib. de bapti. paruulorum, qui arguit sequentes consuetudinem in præiudicium veritatis subdens, Reuelatione igitur facta veritatis cedat consuetudo veritati, quia & Petrus qui circuncidebat, cessit Paulo veritatem prędicanti. Compatior Lectoribus, ne prolixitate sermonis tædio prægrauentur: Compatior econuerso, ne mihi contingat illud Oratij,

Moyses fuit maior Aaron.

Petrus & Paulus in quo fuerunt pares, & in quo dispares.

Dum breuis esse laboro, Obscurus fio.

Stemus igitur simul, laboremus & simul, vt veritatem capere valeamus, quam nobis ostendet Dominus Iesus Christus, qui via, veritas & vita describitur Io. xiiij. & ad se venientes labore vel onere fatigatos refecturum se spondet, & requiem donaturũ, Matth. xi. Et si ipse Deus pro nobis, quis contra nos? ad Rom. 8. Dicamus igitur ad propositum, vt dicunt Theologi in 4. sent. dist. 17. vbi Riccard. art. 2. q. 1. in responsione, & Thom. in 4. sent. dist. 18. expressè declarant, quòd nec Petro, cum dixit Dñs Quodcunque ligaueris, & quodcunque solueris, Matth. 26. Nec

Theologorũ determinatio de potestate conficiendi & absoluendi.

aliis Apostolis, cum dixit eis, Quæcunque ligaueritis, & quæcunque solueritis, Matth. 18. tradita fuit auctoritas conficiendi, vel ligandi & soluēdi, sed tunc demum omnes simul & pariter facti sunt sacerdotes Apostoli, cum dixit Dn̄s, Hoc facite in meam cōmemorationem, Luc. 22. non tamen tunc tradidit eis auctoritatem ligandi & soluendi, sed conficiendi tantummodo. Post resurrectionē verò, cum insufflauit, & dixit, Accipite spiritum sanctū, quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorum retinueritis retenta sunt, Ioan. 20. Tunc tradidit eis auctoritatem ligandi & soluendi, nam in prællegatis locis loquebatur per verbum futuri temporis dicens, erit ligatum, & erit solutum: & erunt ligata, & erunt soluta, &c. Post resurrectionem verò locutus est per verbum temporis præsentis cum dixit, Remittuntur eis, & retenta sunt, &c. Petrum autem tunc summum sacerdotem instituit, cum dixit, Pasce agnos, & oues, vt supra, licèt aliqui non sic bene intellexerint, & ita tenent communiter Theologi, vbi supra, quibus in hoc passu magis est adhęrendum. Aliqui etiam moderni Doctores Iuris Canonici prædicta referunt & tractant in c. vno, de reliq. & ven. Sanct. lib. 6. Potest etiam alludere veritati, vt dicatur, quòd primò fuerit à Dn̄o nominatus & postulatus, cum dixit ei Iesus, Tu es Simō, filius Iona, tu vocaberis Cephas, Ioan. 1. Secundò, quòd fuerit electus, cum dixit Dominus, Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Matth. 16. Tertiò fuit confirmatus & consecratus, cum dixit Ioan. vlt. pasce agnos meos, &c. Hoc etiam sentiebat Tang. in c. significasti, extra de elect. vbi etiam D. Ioan. And. refert in glo. super verbo, Pasce oues meas, vbi glos. dicit, per hæc verba elegit eum Dominus in prælatum. Dicit Ioan. And. & non per illa, Tu es Petrus, &c. cum Christus illa verba dixerit ante passionem, & prælatio data fuerit post resurrectionem, 50. dist. considerandum. vbi de hoc. & 21. dist. in nouo, in prima glo. dixit hic Tang. ꝙ per illa verba, Tibi dabo claues, &c. fuit electus, & per illa, Pasce oues, &c. fuit confirmatus. verba sunt Ioā. And. ibid. sic etiam possumus interpretari trinam interrogationē Domini, cum trina Petri responsione. Vt dicamus quòd pro prima significaretur postulatio, siue nominatio, Pro secunda electio. Pro tertia confirmatio. In quolibet enim prædictorum actuū requiritur consensus postulati, electi & confirmati, licèt ab initio dulciter cogi possit, vt fiat de nolente volens, 23. q. 4. displicet.

Sed

Sed si perseueraret in voluntate, non esset cogendus, 74. distin. vbi ista didicisti. vbi gl. in fi. in verbo, inuitum, allegat pro, & cõtra, & in fine soluit, quòd semper ab initio debet esse inuitus. de quo 8. q. 1. in scripturis. & ibi etiam glos. Et prædicta sufficiant quò ad primum primæ partis, videlicet de institutione Petri, & aliorum Apostolorum, tam quò ad sacerdotium, & pontificatũ, quàm quò ad auctoritatẽ clauiũ, &c. Sed quia maioris importantiæ pro occurrentibus temporib. hodiernis, vel modernis, sequentia sunt meritò reputanda, ad vlteriora procedens veniam ad secundam primæ partis principalis, videlicet ad quos spectat electio Papæ, & qualiter eligi debeat, &c.

PARS SECVNDA primæ partis principalis

De Papæ electione.

DE electione igitur summi Pontificis perscrutantes, dicimus quod principaliter secundum quatuor volumina iuris Canonici sit prouisum, licet etiam quinto loco in Constantien. decreto vniuersalis Concilii nonnulla tractentur, vt in fine dicemus. Sed prius sciendum, quid in præcedentib. iurib. decidatur. *De electione Papę.*

Primò igitur in Decretis, 23. dist. c. in nomine Domini. vbi Nicolaus Papa statuit, quod electio Romani Pontificis in primis à Cardinalibus Episcopis tractaretur, & mox x. Cardinales adhibeant, sicque reliquus Clerus & populus ad consensum nouæ electionis accedant: nimirum præcauẽtes, ne uenalitatis morbus aliqua occasione subrepat & religiosissimi viri præduces in promouenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Quæ verba Doctores communiter intelligunt de Cardinalib. tantummodo, qui sunt de collegio sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vt infra clarius demonstrabimus.

Secundò in Decretal. Alex. III. in c. licet, extra de elect. statuit, vt si Cardinales eligentes discordauerint, ille absque vlla exceptione, ab vniuersali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à dua

bus partibus electus fuerit & receptus: aliter autē electus, vel receptus, etiā hi qui aliter elegerint, vel receperint; excommunicationi subiaceant. & cū Dathan & Abyron accipiant portionē, quos terra viuos absorbuit, &c.

Tertiò Bonifacius VIII. in 6. li. Decre. aliud refert de electione summi Pontificis statutum Gregorij X. in generali concilio Lugdunensi, in c. Vbi periculum, de elect. lib. 6. vbi multa prædecessorum constitutionibus superaddens sacro approbante concilio statuit, vt si Romanum Pontificem mori contigerit in ciuitate, in qua cum sua curia residebat, Cardinales qui fuerint in ciuitate ipsa præsentes, absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur, quibus elapsis, siue absentes venerint, siue non, ex tunc qui sunt præsentes in conclaui recludantur. Vnde nullus exire præsumat, donec Romanæ Ecclesiæ fuerit de pastore prouisum, secundum formam traditam in d. c. licet. & contra electum à duabus partibus nulla obstat exceptio, & sic nec actio, vt dicit Ioannes And. in d. c. vbi periculum, in glo. super verbo, decem diebus. dicit tamē in d. c. in gl. super verbo, idoneo. quòd Cardinales tenentur idoneum eligere, licèt dicamus quòd nulla exceptio admittitur contra electum à duabus partibus, supra eo. licet. & subdit, Quid ergo si laicum illiteratum, & vxoratum eligant? de hoc vide 79. dist. c. si quis pecunia. ibi enim dicit glos. sed pone quòd aliquis accuset Cardinales, q simoniacè elegerūt Papam. Hoc enim licitè potest fieri, vt infra. c. prox. nunquid si probata fuit simonia, Papa deponetur? non, arg. 2. q. 6. interrogatum. ff. de adult. l. denunciasse. Sed quid, si cum vxor tua crederetur mortua, eligaris in Papam, & consecreris, & vxor tua te repetit, an reddendus es ei, vel tu neges eam vxorem tuam esse, apud quem cognoscetur, cum Papa iudicari non possit, nisi de hæresi? Respondeo, si reuocetur in dubium, non est cogendus stare iudicio alicuius, imò excipere potest, Dominus est, qui me iudicat, 9. q. 3. aliorum. si autem certum est, tenetur ei reddere debitum, nisi mulier adduci possit ad continentiam obseruandam, vel abrenunciabit Papatui & satisfaciet. vbi Archid. dicit, hoc fortè verum est, si ea ignorante creatus fuerit: alias videtur compellenda, vt conuertatur, arg. 33. q. 5. qui vxorem. & extra de cōuers. coniugat. c. sanè, secundum Ioan. de Fauentia. Et adde, quòd de hac materia not. 18. q. 2. quam sit. in gl. si tamen, &c. de hoc etiā;

satis.

ſatis not. Hug. 27. q. 2. Agathoſa. Dicit etiam Archid. 79. diſtin. c. ſiquis Apoſtolicæ. vbi dicit Nic. Papa, Si quis Apoſtolicæ ſedi ſine concordi & electione canonica Cardinalium eiuſdem Eccleſiæ ac deinde ſequētium clericorum religioſorum intronizatur, non papa, vel Apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur. vbi Archid. dicit in gl. 1. quæ dicit quòd ſi eſt electus à duabus partibus a modo nulla admittitur contra ipſum exceptio, nec de vitio eligentium, vel electi, quia non eſſet coram quo iudice exceptiones illæ proponerētur. vnde ſi tertia pars vellet probare electionem eſſe ſimoniacam, non audietur, vt extra de elect. licet. Qui tamen ſic eligunt, peccant, & electio talis vitioſa eſt. Dicit Archid. adde dicebat Vinc. quòd poſtquam tanquam idoneus à duabus partib. eligitur, tertia nihil poteſt ei obijcere, vt in d. c. licet. oneratur. n. in eo, quòd oportet ad minus duas partes in eum conſentire, & fit recōpenſatio eius, quòd ei nihil poteſt obijci, niſi de hæreſi. 40. diſt. ſi Papa. Alij contra ſecundum Vinc. vt infra proxime dicam. Et ſequitur in eadem glo. ibi, exceptio. adde dicit Hug. quod dicit decretal. licet. ſic eſt intelligēdum, ſ. ſi idoneus, & canonicè eligatur. Si tñ aliàs fiat, non poterit repelli, niſi pro hæreſi, vel alio crimine notorio, ſecundum Hug. qui ita not. infra eo. ſi tranſitus. quod de alio crimine quàm de hæreſi dicitur, non videtur verum propter id, quod ſequitur, de his autem plenius infra dicemus.

Quartò Clemens V. vltra ꝓgrediens in c. ne Romani de elec. in clement. ſtatuit quòd cœtus Cardinaliū ſede vacante iuriſdictionem papalem non exercet, niſi in quantum permittit Concilium Lugdunenſe, nec id, vel eius partem alterare poteſt. Et infra determinat, quòd ſi Romano non electo Pontifice Cardinales omnes ſimul, vel ſucceſſiuè, quod abſit, exire contigerit conclaue deputatum eiſdem: hi, ad quos pertinet quàm citò commodè poterunt, reintrare compellant. Et ſubdit quòd nullus ex Cardinalibus cuiuſlibet excōmunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti prætextu, à dicta valeat electione repelli iurib. aliis circa electionem eandem hactenus editis, plenè in ſuo robore duraturis. vbi dicit Ioan. Andr. quòd per illum §. approbatur quod no. Ioan. 79. diſt. c. 1. vbi dixit, de vitio eligentium obijci non poſſe. & prorogat opinionem Compoſt. ſupra eo. licet, qui dixit contra electionem factam per duas partes excipi non poſſe excommunicationem, vel ſuſpenſionem eligentium, & ſi ſit notoria.

Contra eligentē papam non obſtat exceptio excommunication.

Nec obſtat ſcd̃m, cum dicitur ꝙ peccant alii cōicando talib. faciunt enim hoc auctoritate illius iuris, quod omnem exceptionem remouet. allegat. ff. de riuis, l. Seruius, § ſi quis riuum. Item ſecundum ipſum in caſu neceſſitatis licitè communicatur excōmunicato, ſed maior neceſſitas carentia Vicarii Ieſu Chriſti non poſſet haberi, 22. diſt. omnis. 2. q. 6. ad Romanam. & facit de hæret. prçſidentes, lib. 6. Hic approbatur hæc opinio, etiam quo ad actum electionis faciendæ. Io. And.

An Papa poſſit ſtatuĕ ꝙ ſibi liceat eligere.

Circa prædicta quæritur, an Papa poſſit facere conſtitutionem, per quam ſibi liceat eligere ſucceſſorem? Glo. Io. 79. diſt. ſi tranſitus. ſuper verbo, non poſſit, allegat pro contrario. 8. q. 1. Epiſcopo. 1. Ad quod tamen reſpondet, quòd aliud eſt de ſui ſucceſſoris electione cum fratribus deliberare, quia poſſet fieri quod hic permittitur. Et aliud eſt ex teſtamento quaſi dignitatis ſuæ hæredem ſubſtituere, quod ibi penitus prohibetur, quia nec Papæ licet, quia hoc nec Moiſes potuit. 8. q. 1 Moyſes. Neque eſt trahendum ad conſequentiam factum Petri, Clementem ſibi ſubſtituentis, quia ad eius vmbram curabantur infirmi. verba ſunt glo. Ad de vt habetur Actu. 5. vbi poſtquàm ad verbum Petri mortuus eſt Ananias, & vxor eius Saphira, quia fraudauerunt de pretio agri, ſubditur quòd ad vmbram Petri curabantur infirmi. Poteſt igitur Papa conſtitutionem facere de eligendo ſucceſſorem, vt in prædictis iurib. & 63. diſt. Adrianus. Et quod dicitur de conſenſu Cardinalium, quorum eſt eligere, vt dicit Archid. & Paulus. ad quod facit 8. q. 1. §. item exemplo, & c. ſi Petrus. vbi dicit gl. quòd poſt Petrum Clemens fuit ſtatim Apoſtolicus, intelligens quòd Petrus ſibi Clementem ſucceſſorem inſtituit, vt dicitur in tex. ſubdit gloſ. videns autem Clemens quòd hoc eſſet pernicioſum exēplum, quòd aliquis ſibi eligeret ſucceſſorem, renūciauit Papatui, & tunc electus fuit Linus, quo mortuo electus fuit Cletus; quo etiam mortuo, denuo fuit Clemens electus. Et ſic Clemens, ſecundum vnam computationem fuit ſecundus, ſecundum aliam fuit quartus. Vnde verſus,

Diſputat hic mundus, quartus, fueritùe ſecundus.

Et quòd fiat talis conſtitutio de conſenſu Cardinalium, vt ſupra, credo verum de honeſtate, non tamen de neceſſitate per ea, quæ not. in cap. ſignificaſti, extra de elect. & in cap. ex geſtis, de cleric. non reſid. hoc etiam tenet Dominus Ioan. de Imola in d.

c. ne

c. ne Romani, in prima quæst.

Circa id, quod supra dictum est, quòd contra Cardinales eligentes non potest opponi exceptio excommunicationis, vel suspẽsionis, quæro, an possit opponi exceptio simoniæ, vel hæresis? Dic quòd simoniæ nõ potest opponi, etiam si sit notoria, 1. q. 1. si quis. Nam & simoniacus est excommunicatus. 1. q. 1. per Ambros. & patet hodie expressè per extrauag. Martini & Eugenii. Nam tempore Martini vna fuit facta Cõstantiæ, alia fuit facta Mãtuæ, quæ grauior est, & incipit, damnabile scelus. Eugenius autem fecit aliam Romæ, quæ incipit, cũ detestabile scelus. Sed in hoc nõ insistam, quia de talibus loqui nefas est, & non simoniacis, sed simoniam arguentibus pro crimine reputetur. In membranis arguitur, & in plateis iubilat & exultat. Vanum est igitur in talibus occupari, & in vanum laborare, insipientia iudicatur: nam frustra niti, & nihil aliud præter odium quærere, summa dementia est, quid enim libros occupat quicquid de ea noscitur esse digestum. Quippe si eraderetur è libris, forsan delectabiliora proferrem, patientiam habe in me, si stomachi dolore, stomachanti voce demugio, quasi leo rugiens in silua, febribus infestatus, & ora pro me ne dolor accrescat, & mugitus sit terribilior insonandus: nam si pueri tacebunt, lapides clamabunt ad superos, vt descendant & iudicent lepram Giezi, & magi Simonis ambitiosam hæresim extirpandam. Dicit enim Archid. 79. dist. c. si quis pecunia, in glos. 1. quæ dicit, videtur per princip. huius c. quòd Papa de simonia accusari possit, quia non est Apostolicus, sed apostaticus, & quia simonia hæresis est, 1. q. 1. eos qui. & c. fertur, cum liqueat, & per primum c. huius distinct. quod non concedo. & loquitur hic de eo, qui per simoniam electus est ab illis, qui non habebant potestatem eligendi, non à Cardinalib. Simonia autem largè dicitur hæresis, non secundum quòd Papa, vel alius potest accusari de hæresi, cum scilicet errat aliquis in articulis fidei, sed antequã eligatur Papa exceptione cuiuslibet criminis poterit repelli. Dicit igitur Archid. in d. glo. ibi, quod non concedo Adde, & bene, secundum Laur. nam simonia in curia locum nõ habet, sicut nec ambitus. ff. ad l. Iul. de ambitu l. 1. sed Goffredus qui ita not. extra de simon. c. 1. & not. glo. 82. dist. c. presbiter, in glo. quæ incipit, & ita. vbi sequitur, & ita potest dare denarium pro ieiunio, quod est speciale: neque enim simoniam committit, quia cum Deo intelligitur

An contra Cardinales in electione Papæ possit opponi exceptio simoniæ.

An papa possit accusari de simonia.

gitur contrahere, sic nec lex Iulia de ambitu locũ habet in Roma na ciuitate. Sed certe ista glossa licèt satisfaciat nobis ad solatiũ, non tamen facit ad propositũ quæstionis: nã redimere peccatum ex denario vel ieiunio licitissimum est, iuxta illud Dan. 4. cap. Peccata tua eleemosinis redime, & iniquitates tuas miserationib. pauperum: propter hæc tamen non infertur quod licite possit fieri simonia, quæ dicitur studiosa cupiditas vendendi, vel emendi aliquid spirituale vel spirituali annexum, vt dicunt Doct. in rub. de simon. Nec valet argumentatio à similitudine ambitus, eum illud sit lege cautum, & à iure permissum, & quod fit lege permittente, pœnam non meretur. ff. de reg. iur. l. qui aucto. Sed de simonia patet totum oppositum, nam cõtra ipsam omnia iura clamant. Vnde glos. in c. sicut is, 1. q. 6. dicit quòd aliud est in dignitatibus sæcularibus quam in ecclesiasticis: nam & militia sæcularis emi potest, ff. de action. emp. l. creditor. §. interuentu. semper. n. nocet in ordinibus & ecclesiasticis dignitatibus datio pecuniæ, vt in c. nobis, extra de simon. nisi cum data est ab aduersario his, qui erant illum, vel alios electuri, vt in c. & si quæstiones, extra de simon. Verissimum est tamen, quod nec contra eligentes, nec contra electum aliqua exceptio opponi potest, nec de simonia, nec de alio crimine, dummodo à duabus partibus sit electus, vt supra dictum est. Glos. tamen in c. licet, extra de elect. videtur velle quòd exceptio de hæresi taliter electo possit opponi, cum dicit, & sic nulla exceptio potest sibi opponi, nisi de hæresi. 40. dist. si Papa. super quam glos. dicit D. Io. And. quòd de hæresi potest conuinci duobus testibus, licet in depositione Cardinalium maior numerus requiratur. de hóc 2. q. 4. præsul. Et hæresis non includit hic simoniam. de hoc. 79. dist. si quis pecunia. eligentes tamen Papam simoniacè inde accusari possent, & puniri. 79. dist. si transitus. Et in eadem glos. dum allegat c. si Papa. dicit Io. And. licet & in aliis peccare possit, vt not. ead. dist. c. 1. Sed secundum Innoc. & Cõpost. de hæresi agi potest contra Papam, vt ibi, & vide quod dicam infra, de hæretic. in fidei, lib. 6. Sed non potest excipi, vt hic. idem videtur sensisse Ala. & Vincent. dicunt. n. istum onerari in numero duarum partium, & releuari in omni exceptione excludenda. Goff. & Philip. contra, quia cui damus actionem, damus exceptionem, &c. Primum teneas, nec obstat ratio Goff. quæ non habet locum in possessoriis

An contra electum Papam possit opponi de hæresi.

riis, etiam adipiscendæ, de quo uide regul. qui ad agendum lib. 6. hæc Io. And.

Dominus Franciscus de Zabarel. in d. c. licet, arguit contra responsionem Io. in eo, quod dicit, vide reg. qui ad agendum, de reg. iur. lib. 6. vbi colligitur, cui damus actionem, & c. quam regulam Io. dicit non habere locum in possessoriis, etiam adipiscendę. Francis. dicit quod ibi potius not. contrarium, s. quod licet illa regula non habeat locum in possessoriis recuperandæ, in quibus non obstat exceptio dominij, tamen in possessoriis adipiscendæ & retinendæ sic, in quibus obstat exceptio dominij, vt not. ibi Dyn. & hoc facit pro prima opinione, s. vt possit excipi. Tamen Io. de Lignano tenet cum Innoc. quia Papa ex electione consequitur plenum ius. Nam statim quod est canonice electus potest scribere pontificatum, de quo in data 6. libri, & 23. dist. in nomine Domini. ergo non potest excipi, de accus. super his. quod videtur verius. & pro hoc facit. de appel. constitutis. 2. Et ad reg. qui ad agendum, responde vt not. Innoc. de exces. prælat. c. inter dilectos, & dico in d. c. constitutis. Hæc Franc. de Zabarel. Dic quod Innoc. in d. c. inter dilectos, respondet ad d. regu. quod habet locum, quando ad idem agitur & excipitur: nam quando actio competit ad vindictam, exceptio autem pro defensione iuris, nõ habet locum prædicta regula. & sic electo in Papã etiam exceptio de hæresi non potest opponi, licet de hæresi possit accusari, & hæc est communis opinio Doctorum.

Restat nunc scire, quid in Constantiensi Concilio fuerit ordinatum? Et dicendum, quod in extrauaganti, quæ incipit, frequens, in §. si verò, quod absit, versic. quod si forte, quantum ad nostrum spectat intentum, s. de electione Papæ, sic scribitur, Quòd si forte electionem Romani Pontif. per metum, qui caderet in constantem virum, seu per impressionem, de cætero fieri contingat, ipsam nullius decernimus efficaciæ, vel momenti, nec posse per sequentem consensum, etiam metu prædicto cessante, ratificari, vel approbari. Non tamen liceat Cardinalib. ad aliam electionem procedere, nisi ille sic electus fortè renunciet, vel decedat, donec per generale Concilium de electione illa fuerit iudicatum: & si procedatur, nulla sit electio ipso iure. Sintque sic secundo eligentes & electus, si se papatui ingesserit, omni dignitate, honore, & statu, etiam Cardinalatus, & pontificali, ipso iu- *Decretum Constantiense.*

re

re priuati, & inhabiles de cætero ad easdem & etiam ad Papalē. Nec aliquis eidem secūdo electo vt Papæ sub pœna fautoriæ scismatis obediat quoquomodo, & eo casu Concilium de electione Papæ prouideat illa vice. Sed liceat, imò & teneantur electores omnes, aut saltem maior pars ipsorum, quamcito sine periculo personarum poterunt, etiam si periculum omnium bonorum immineret, se transferre ad locum tutum, & metum prædictum allegare coram Notariis publicis & notabilibus personis ac multitudine populi, in loco insigni, ita tamen quod allegantes metum huiusmodi habeant in ipsius metus allegatione exprimere speciem & qualitatem dicti metus, & iurare solenniter, quòd metus taliter allegatus est verus, & quod credunt seipsum posse probare, & quod per malitiam vel calumniam huiusmodi metum non proponunt, nec vltra proximum futurum Concilium vllo modo possit differri allegatio dicti metus. Teneantur insuper, postquam se transtulerint, & metum allegauerint modo prædicto, prouocare sic electum ad Concilium. quod Concilium, si vltra annum pendeat, à die prouocationis huiusmodi intelligatur ad annum, vt supra, ipso iure terminus breuiatus, & nihilominus teneatur electus ipse sub prædictis pœnis, & Cardinales prouocantes sub pęna amissionis Cardinalatus, et omnium beneficiorum suorum, quam ipso facto incurrant, infra mensem à die prouocationis Concilium ipsum, vt supra dicitur indicere & publicare, & quamcitius poterunt intimare, ac Cardinales ipsi, cæterique electores ad locum Concilij tempore conuenienti personaliter se transferre, & vsque ad finem causæ expectare. Teneantur quoque pręlati & cæteri, vt supra, ad conuocationem Cardinalium tantum, si forsan sic electus cōuocatus cessaret accedere, qui sic electus in Concilio ipso non præsideat.
Quinimo sit à termino initiandi Concilii ipso iure ab omni administratione Papatus suspensus, nec sibi a quoquā, sub pœna fautoriæ scismatis quomodolibet obediatur. Quod si infra annum ante diem indicti Concilij supradicti casus, vel quod plures se gerant pro Papa, vel quod vnus per metum, seu impressionem eligatur, censeātur ipso iure tam gerentes se pro Papa, quam electus per metum seu impressionem & Cardinales ad dictum Concilium prouocati teneanturq; in ipso Cōcilio comparere personaliter, causam exponere, & iudicium Concilii expectare. Sed si di-

ctis casibus occurrentibus contingat fortè casus aliquis, quo necessarium sit locum Concilij mutari, & obsidionis, vel guerrę, aut pestis, vel similis, teneantur nihilominus tam omnes supradicti, quàm omnes prælati, cæterique, qui ad Cõcilium ire tenentur, ad locum proximiorem, vt præmittitur, qui sit habilis ad Cõcilium conuenire. Possitque maior pars prælatorum, qui infra mensem ad locum certum declinauerint, illum sibi & aliis pro loco Concilij deputare, ad quem cæteri venire teneantur. Et alia quàmplurima in prædicto decreto continentur, de quibus etiam infra tangemus.

PARS TERTIA primæ partis principalis

De Papæ consecratione.

AD tertium igitur primæ partis principalis, videlicet de consecratione Papæ, à quo scilicet debeat consecrari. Et respondet breuiter, quòd ab Episcopis Cardinalib. & de more est hodie, quòd consecretur ab Episcopo Hostiensi Cardinali, qui in hoc vicem obtinet Metropolitani, licèt etiam alii Episcopi Cardinales Metropolitanorum vicem obtineant. Vnde sine præiudicio honoris & dignitatis Domini Hostiensis etiam alii Episcopi Cardinales possunt Papam consecrare, si Papa vult ab alio quàm ab Hostiensi cõsecrari, secundum quòd patet in decreto Nicol. Papæ 23. dist. in nomine Domini, circa mediũ. ibi, Cardinales verò Episcopi procuIdubio Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum antistitẽ ad Apostolici culminis apicem prouehant. vbi Glo. dicit super verbo, Metropolitani vice funguntur. non tamen sunt maiores Papa, quia consecrant ipsum, quia suffraganei consecrãt Metropolitanum, & tamen sunt minores, 66. distin. cap. primo. Nam, vt dicit tex. in d. c. in nomine Domini, ante medium, sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur Ecclesijs: atque ideo super se Metropolitanũ habere non potest. vbi Archi. dicit in verbo, facultates. Dicunt quidam, quod non habet potestatẽ

A quo Papa debet consecrari.

Sedes Apostolica præsidet vniuersis Ecclesiis.

Ante coronationem Papa vtitur media bulla. disponendi spiritualia, nisi postquàm ordines & insignia recepe-rit, quod fit specialiter in coronatione. & hæc potest esse causa quare Papa ante coronationem tantùm media bulla vtitur, videlicet cum capitibus Apostolorum duntaxat, sine nomine proprio licèt statim post electionem & immantationem nomen suum designet. Sed tu dic quòd de facto plura ad spiritualem iurisdictionem spectantia ante coronationem exercet, prout not. in Specul. rub. de rescrip præsent. §. ratione causæ, vers. Item quod obtentum est. Hæc Archid.

Si autem quæratur, vbi debeat Papa consecrari. Respondetur quòd si fieri potest, cósecrari debet in sua Ecclesia. s. in sancto Ioanne, vel sancto Petro, vbi intendit facere residentiam in vrbe Romana: quod si non possit commode fieri propter aliquod legitimum impedimentum, in quacunque alia Ecclesia, etiam extra vrbem poterit consecrari, vt patet in tex. dicti c. in nomine Domini, circa medium. ibi, quod si prauorum atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura & sincera atque gratuita in vrbe fieri non possit electio. & infra, Planè postquàm electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is, qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut verus Papa auctoritatem obtineat regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod beatissimum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognouimus. Vbi dicit quædam glossula, quòd si non ptest commodè in sua Ecclesia consecrari, idem fiat quod de electione, hoc est quòd sicut eligitur extra vrbem, ita extra vrbem consecretur. Et Archid. dicit super illo verbo, ad Apostolici culminis apicem prouehant apicem, idest consecrationem Episcopalem, vel si consecratus est Episcopus, apicem vocat intronizationem vel immantationem, vel quandam benedictionem & solennitatem orationis, & fortè vnctionis, quæ adhibetur Episcopo, cum efficitur Papa, sicut adhibetur presbitero cum efficitur Abbas. 12. q. 2. alienationes. 69. distin. quoniam multos. extra de æta. & qualit. cum contingat. nam post Episcopatum nullus est ordo: sicut post presbiteralem nullus est ordo, nisi Episcopalis. Hu. Hæc Archid. & sic videtur sentire cũ aliis Canonistis, quòd Episcopatus sit ordo, cuius tamen contrarium Theologi profitentur. Potest tamen

Vbi debet Papa consecrari.

vtro-

vtrorumque sententia comprobari. Nam si sumatur ordo secũdum quòd est sacramentum, sic omnis ordo ad Eucharistiam ordinatur. Vnde cum Episcopus non habeat quoad sacramentum Eucharistiæ maiorem potestatem cõficiendi quàm sacerdos, hoc modo potest dici quòd Episcopatus non sit ordo. alio modo consideratur ordo secundum quòd est officium quoddam respectu quarumcunque sacrarum actionum, & sic cum Episcopus habeat potestatem in hierarchicis actionibus respectu corporis mistici super sacerdotem, & hoc modo Episcopatus dicitur ordo. Et ita loquuntur iura dicentia, ꝙ Episcopus non potest committere ea, quæ sunt Episcopalis ordinis, nisi Episcopo, extra de con sec. Eccles. vel altar. c. aqua. & sic pro vtroque modo sumi potest diffinitio Magistri Sent. in 4. dist. 14. cum dicit, quòd ordo sanè dici potest, signaculum quoddam esse, idest sacrum quiddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium. Et infra, Sunt & alia quædam non ordinum, sed dignitatum, vel officiorũ nomina, dignitatis simul & officii nomen est Episcopus. Dominus Io. And. in procemio vj. libri, super verbo, Episcopus, dicit quòd nouem sunt ordines in Ecclesia. 21. dist. cleros. & 23. dist. Episcopus, &c. seq. & infra dicit, & est contra Theologos, qui dicunt solum esse septem ordines. dicunt enim quòd Episcopalis & presbiteratus non sunt ordines pro eo quòd certum officium circa confectionem Eucharistiæ non est in illis ordinibus deputatum. Nos Iuristæ contra per iura prædicta. & propterea dicit ꝙ Papa vocat se Episcopum, non à dignitate, sed ab ordine. Archid. verò 93. dist. diacones. in glo. super verbo, primis ordinibus. quæ dicit, idest maioribus Episcopali, scilicet & presbiterali, & ita Episcopatus est ordo. 84. dist. cum in præterito. Dicit Archid. adde secundum Hug. dicit Hug. de hoc nullus dubitat nisi cæcus & inordinatus, cum specialis ordinatio in Episcopum habeatur post sacerdotium, sed Ba. contra. Ego autem satis miror, quòd Hug. adeo se contra Theologos indistinctè laxauerit, & quasi totus exacerbatus irruerit. Cæcus ergo (suo iudicio) & inordinatus extitit beatus Thomas de Aquino, qui ita sensit, vt supra distinxi, in 4. sent. distin. 24. vbi etiam & alii Theologi. Cæcus etiam videtur esse Gregorius IX. in c. vno, in fi. extra de scrut. in ord. fac. qui dicit interrogationem non in consecratione Pontificis, sed in ordinatione diaconi, vel presbiteri faciamus. Sic & Innoc. III.

Episcopatus an sit ordo, differentia est inter Theologos et Canonistas.

in c. vno, de sacra vnct. ad fi. dicit, Monemus igitur, vt illum in ordinandis presbiteris & consecrandis Episcopis morem serues & facias obseruari, quem Apostolica sedes obseruat. Nam ponendo differentiam inter consecrationem Episcoporum & ordinationem presbiterorum videtur sentire, quòd Episcopatus non sit ordo, sed officium. Episcopus enim Græcè, superintēdens dicitur Latinè curam, scilicet subditorum gerens, nomen est operis, non honoris. Inde dixit Apostolus, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 1. ad Timot. 3. vbi dicit Gregorius, Si desiderat prodesse, & non præesse. secus est ergo si præesse & nō prodesse desiderat, de quibus dicit Apostolus, Omnes quę sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, ad Philip. 2. & Iere. 6. A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum & curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes, pax, pax, & non erat pax: confusi sunt, quoniam abominationem fecerunt, quin potius confusione non sunt cōfusi, & erubescere nescierunt, quā ob rem cadent inter ruentes in tempore visitationis suæ corruēt, dicit Dominus. Ergo qui habet aures audiēdi, audiat. Modestius enim in hoc locutus est Dominus Io. And. in procœ. vj. lib. in Nouella, in glo. 3. dicit enim de Theologis intelligens, Fatentur. n. quòd Episcopo competit certum officium circa misticum corp' Christi, quod est Ecclesia, circa quod exercet certas speciales actiones, quæ inferioribus non competunt, sicut conferre sacramētum confirmationis & ordinis, & alia de quibus 25. dist. perlectis, vers. ad Episcopum. & 68. distin. quamuis. & habet etiam interdictionem, de qua de offic. ordin. conquerente. Dicunt autem caracterem solum imprimi in his ordinibus, qui relationem habent ad verum corpus Christi, non ad misticum. & pro eis, quòd presbiteratus non sit ordo, faciat 77. dist. illud 93. dist. à subdiacono. De Episcopatu bene facit de scruti. c. vno, in fi. de sac. vnct. c. vno, ad fi in quibus dicitur Episcopos consecrari, presbiteros ordinari, vnde olim præsbiteri præficiebāt ex se vnum, quē Episcopum nominabant, 93. dist. legimus. vers. quod autem, & 95. dist. c. quod olim contra. De Psalmista patet de ętate & qualit. cum cōtingat, vbi dixi de hoc. De Episcopo vide multa iura in Decr. quoties, de purgat. canon. in gl. 2. in fi. ibi enim dicit de hoc. 32. dist. c. 1. & in procem. vj. lib. in princ.

Ad partem, quòd Episcopatus sit ordo, faciunt multa iura, scilicet 23. dist. c. 2. & c. Episcopus cum ordinatur. 54. distin. si seruus. 2. cui concordat. C. de Episc. & cler. auth. Episcopalis ordo. 64. dist. c. 1. & 2. 65. dist. non debet, & c. seq. & c. placuit, & c. fi. 66. dist. porrò. 75. dist. c. 1. 80. dist. Episcopi, & c. fi. 84. dist. cum in præterito. 89. dist. c. fin. 93. dist. diacones, ad idem de renunc. ca. post translationem, ad fi. de temp. ord. si archiepiscopus, & c. nec Episcopi, de conuers. coniug. sanè, de presbit. non bapt. c. vlt. vers. præterea, de cõsec. Eccl. vel alt. aqua. Adduci posset Decr. 2. de cle. pcus.

In prædicto autẽ procem. vj. lib. idẽ Ioan. And. in Nouel. soluit dicens, si concedatur quòd ipsi, scilicet Theologi dicunt, caracterem ordinis solum relationem habere ad verum corpus Christi, & cõfectionem Eucharistiæ, dicetur Episcopatus ordo largè, non propriè quo ad caracterem. sed cum videamus ex ordine presbiterali competere aliqua, quæ respiciunt corpus misticum sicut baptizare, pœnitentias dare, & in extremis inungere, non video quare in Episcopo ex respicientibus ipsum corpus misticum negetur imprimi caracter, potissimè cum ipse solus sit imprimens caracterem ordinis saltem sacri. Vnde non iuuat, si dicas caracterem habet ordinis, quem confert, quia illius virtute non cõfert: tamẽ si huic dicto resistatur, dicemus quòd Papa ideo se vocat Episcopum, quia quò ad regimen corporis mistici circa spirituales & sacramentales actiones non est gradus super Episcopum. quicquid enim quo ad talẽ actum hierarchiæ potest Papa, potest Episcopus, & sic quo ad id sunt æquales. Hinc est, quòd Hostiensis episcopus Papam consecrat, vt dixi supra de priuil. antiqua, in princ. Vnde Hierony. tractans de septem gradibus ad Rusticum Narbon. ponit Episcopum pro septimo, vide quod ibi dixi in tit. hæc Ioan. And. qui de eo, quod dictum est de Domino Hostiense, dicit in præalleg. c. antiqua, in princ. in verbo, approbãte, eo ipso quòd nullus contradicit, approbare videtur 31. dist. Nicena. ff. mand. si remunerandi. §. 2. Et in verbo, primum, dicit; In Consistorio Papæ si superueniat, vel inter sedes patriarchales, vel vbi Hostiensis non est. dicit enim quòd Hostiensis in Concilijs primus sedet post Papam ex priuilegio Hostiens. Ecclesiæ. Nec mirum, quia Papam consecrat, Imperatorem inungit, & est palliatus. hæc Ioan. Andr.

Hostiensis Episcopus cõsecrat Papam.

Hostiensis obtinet primum locum penes Papã: & quid de alijs.

Et nota, quòd tam ipse, quàm Hostiens. volunt intelligere per

prædicta

prædicta, quòd præsente Domino Hostiense episcopo Cardinali, Patriarcha Constantinopolitanus non obtineat primum locum penes Papam, sed Hostiensis. tex. autem in d. c. antiqua, vult quòd post Romanum pontificem Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Anthiochena tertium, & Hierolosymitana quartum locum obtineant, seruata cuilibet propria dignitate, & sic etiam vult tex. 22. dist. c. renouantes, & c. seq. In quibus iuribus non fit aliqua mentio de Domino Hostiense, qui communiter dicitur priuilegiatus, & cæt.

Ordo quid sit ad intelligendum an episcopatus sit ordo.

Ad differentiam autem quæ est inter Theologos & Canonistas, videlicet vtrum Episcopatus sit ordo, tria breuiter sunt attendenda, si auscultare non tædet, videlicet primò, quid est ordo sacramentaliter intelligendo. Secundò, quot sunt ordines prædicto modo. Tertiò, si ordo est sacramentum.

Quo ad primum dicunt aliqui quòd sacramentum ordinis est potestas spiritualis ad aliquem actum exequendum in ecclesiastica hierarchia, & per consequẽs secundum ordinem diuersitatum ad tales actus in Ecclesia essent distincti ordines. & isto modo epatus est ordo, cum habeat speciales actus in Ecclesia, vt potestas confitendi, consecrandi Ecclesias & sacerdotes & similia. Sed prædicta diffinitio videtur inferre quod sub ordine sacerdotali non sit aliquis ordo in Ecclesia, quod est contra omnes. Probatio consequentiæ, quia nullam potestatem specialem, loquendo de potestate spirituali simpliciter habet diaconus, vel subdiaconus: quia licet possit aliquid facere congruè diaconus, vel sub diaconus, quod non faceret congruè laycus, tamen si laycus attentaret illud facere, simpliciter faceret. Ex pdicta autem diffinitione sequeretur etiam, quod sacerdotij essent duo ordines, quia sacerdoti competit duplex potestas spiritualis. s. conficiendi Eucharistiam, & absoluendi pænitentem, quæ non sunt vna potestas, sed duæ, quia vna fuit prior altera, cum primam. s. conficiendi, contulerit Christus in cœna. secundam, scilicet absoluendi contulerit post resurrectionem, vt supra iam patuit. Ex quo Doctor subtilis, Magister Io. Scotus i 4. Sent. dist. 24. dicit quod ordo accipitur dupliciter, videlicet communiter & propriè. loquendo autem communiter dicit August. 19. de Ciuitate Dei. ca. 13. quod ordo est parium, dispariumque rerum sua cuique loco tribuens dispositio. & isto modo accipimus communiter ordinem entium

in

in vniuerso, sicut dicit Philosophus 12. Metaphisices. Isto etiam modo accipitur ordo in Politiis bene dispositis, vbi personarum, parium & imparium congrua dispositio dicitur esse ordo ipsius politiæ. Alio modo accipitur ordo propriè, vt est gradus eminentiæ, & tunc datur talis descriptio, Ordo est gradus eminens in Ecclesia disponens de congruo ad aliquem actum ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiæ, pertinentem.

Ad secundũ, videlicet quot sunt ordines. Respondetur quod de hoc variæ sunt sentẽtiæ: nã Dionysi. in lib. ecclesiast. hierarchiæ ponit tantummodo tres ordines, scilicet Episcopatum, sacerdotium, & diaconatum. Isidorus autem Etymolog. 7. videtur sentire quod sint octo quia ponit Epatum esse ordinem. Canonistæ autem dicunt esse nouem, quia dicunt & presbiteratum esse ordinem. Theologi verò dicunt esse septem, videlicet quatuor minores, & tres sacri. Minores sunt ostiarius, lector, exorcista, acolitus. Maiores subdiaconus, diaconus & presbiter. *Ordines, quot sint.*

Pro opinione Canonistarum satis facit vnica ratio, quia cum episcopo conueniat quædam potestas, in quantum est Episcopus, quæ non conuenit simplici sacerdoti. s. confirmare, & c. vt supra diximus. tunc autem illa potestas est ordinis, & sic sequitur quod Episcopatus est ordo, Aut est iurisdictionis, & tunc posset auferri per superiorem, quod est satis inconueniens, quia consecratio aliquo modo minor consecratione episcopi non potest auferri, quin semel confectum, semper sit confectum. Prædicta igitur via potest teneri vno modo, quod gradus potest dici eminens in Ecclesia propter nobilitatem actus, quem respicit, vel propter multitudinem actuum, quos respicit, sicut patet in aliis politicis, & isto modo Episcopatus est ordo, & simpliciter ordo superior, quia habet ordinem ad omnes actus ecclesiasticos. Sacerdos vero, vel sacerdotium dicitur ordo, quia habet ordinem ad nobilissimum actum, idest conficere corpus Christi, & sic planum est confiteri octo esse ordines. Si autem habeatur respectus ad actus pertinentes ad consecrationem Eucharistiæ: tunc potes substinere, quod sint septem tantum, quorum supremus est sacerdotium. Secundus gradus disponens ad dispensationem saltẽ sanguinis, est diaconatus. Tertius gradus disponens ad oblationem materiæ Eucharistiæ consecrandæ, est subdiaconatus, & isti tres dicuntur ordines sacri, quia immediatè disponũt ad aliquod

mini-

ministerium circa Eucharistiam.

Vltra prædictos sunt alij quatuor disponentes ad aliquos act• remotè, & diuersimodè se habentes ad Eucharistiam, quorum primus pertinet ad adorandum, & reuerenter suscipiendum à populo, & iste dicitur acolitatus, ad quem spectat illuminare cereos. Secundus pertinet ad intellectum, sicut est cognitio veritatis, & talis dicitur lector, seu lectoriatus. Tertius pertinet ad reprimendum indignos homines, & talis est ostiarius. Quartus pertinet ad reprimendum demones tanquam canes, & est exorcista.

An prima tonsura & psalmistatus sit ordo.

Quintus autem tonsura, licet nominetur inter ordines, extra de ætа.& qualit.cum contingat, insi. dum dicit, per primam tonsuram, iuxta formam Ecclesiæ à talibus, scilicet abbatibus clericalis ordo confertur. vbi glos.dicit, talis ordo appellatur presbiteratus; tamen vbi agitur de singulis ordinibus, nihil dicitur. de hoc.93.distin.illud. Sed certe si bene aduertatur, presbiteratus magis conuenit lectori quàm simpliciter tonsurato. nam prima tonsura & presbiteratus possunt a simplici sacerdote conferri. 23.dist. Psalmista. Nec etiam ex prima tonsura imprimitur caracter, secundum Thomam in 4. distin. 24. & propterea inter singulos ordines nulla fit mentio de prima tonsura. 32.dist. seriatim.nisi quisvellet dicere,quod cũ dicit ibi,clericos ostiarios &c.intellexerit clericos pro solummodo tonsuratis, & tunc etiã Canonistæ defecissent in computo numerandi: nam Canonistæ tenent quòd sint nouem ordines eo, quòd vltra septẽ numerant presbiteratum & episcopatum. Sed certè si prima tõsura debet computari pro vno ordine, ergo sunt decem, nedum nouem.& ideo dicit glos. in d.c.cum contingat, quòd ordo clericatus,appellatur presbiteratus.& glos.77.dist.c.illud, vult intelre, ꝙ primus respectu minoritatis inter ordines clericales sit presbiteratus, & sic primã tonsurã psalmistatũ intelligũt pro primo ordine.sed beatus Thomas, & alii Theologi,nõ reputant primã tonsuram ordinẽ, quia nec sacramentum,nec caracterem,sed solummodo quoddam signum.Psalmistatum antem dicunt etiam quoddam officium annexum lectoriatui, & non ordinem de per se:nam quia Psalmi solent pronunciari cum cantu,ideo lector dicitur Psalmista & cantor, & uolunt quòd iura facientia mentionem quòd prima tonsura, vel psalmistatus sit ordo, intelligunt largo modo ꝑ quadã deputatione ad diuinũ cultũ, fuisse locuta.

Sed

Sed certè cum reuerentia, durus est hic sermo, nam ex tali sententia clerici solummodo tonsurati, si ab Episcopo primam tonsuram receperint, non gauderent priuilegio clericali, quod esset eis non modicum preiudicii, nã tex. 17.q.4.c. siquis suadente diabolo, generaliter loquitur, quòd si quis in clericum, vel monachum, manus violentas iniecerit, anathematis uinculo subiaceat. Et gl. dicit ibi in verbo, clericum, etiam psalmistam, qui clericus dicitur, 21. dist. cleros.

Quò ad tertium, cum quæritur, utrum ordo sit sacramentum. Respondent Theologi, vbi supra, & maximè Scotus, & sequaces, quòd propriè loquendo de sacramento, ordo non est propriè sacramentum, quia omne sacramentum est signum sensibile: sed ordo est quidam gradus spiritualis, tamen accipiendo sacramentum pro signo inuisibili, sicut aliquid dicitur res & sacramentum hoc modo potest dici sacramentum, quia est signum gratiæ conuenientis executioni actus debiti. Et subdit, sed dices, quid est ergo septimum sacramentum? Respondeo, quòd est ordinatio, quę est institutio alicuius in gradu Ecclesiæ præeminente, cui conuenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendam, facta à ministro idoneo certa uerba proferente simul cum intentione debita ad ministerium gradus illius aliquo signo visibili pręsente ex institutione diuina efficaciter signans gratiam præeminentẽ, qua ordinatus dignè illud ministerium exequitur.

Ordo an sit sacramentũ.

Sacramentum, quid.

Cum reuerentia, licèt sit satis subtilis consideratio: attamen negare quòd ordo non sit propriè sacramentum, quia omne sacramentum est signum sensibile, quod non est in ordine, &c. dico, ꝙ sacramẽtum multipliciter diffinitur. Primò à Magistro sententiarum, in 4. dist. 1. dicente, Sacramentum est sacræ rei signum. Secũdò ab Augustino de doctrina Christiana, dicente, Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Tertiò ab eodem Augustino dicente, Sacramentum est illud, in quo sub tegumento rerum uisibilium diuina virtus secretius salutem operatur. Quartò ab Vgone de S. Victore, dicente in lib. de sacramen. Sacramẽtum est materiale elementum extrinsecus, oculis suppositum ex institutione signans, ex similitudine repræsentans, ex sanctificatione aliquã inuisibilem gratiam cõferens. Quintò ab Isidoro Etymolog. lib. 5. & 6. Sacramentum dicitur quasi sacrans mentem, vel à sacris & secretis virtutibus veniens. Sextò à Papia, qui

quantum ad propositum nostrum dicit, Sacramentum est res occulta, idest misterium. Item est res magnis inuoluta misteriis. & ipse idem refert aliquas alias diffinitiones de supradictis.

Septimò ab Archidiacono 1. q. 1. c. multis secularium. dicente, Sacramentum dicitur sacrum signans.

Octauò, & melius, describitur ab Hostiense & Ioan. And. in rub. de sacramen. iter. vel non, Sacramentum est, cùm in aliqua celebratione res gesta ita sit, ut aliquid significare accipiamus, quod sanctè, id est dignè accipiendum est misterium, quod occulte & inuisibiliter operetur spiritus sanctus, ita quòd operando sanctificat, & sanctificando benedicit. Et dicit Hostiensis, quòd hæc probantur secundum Greg. 1. q. 1. multi. Et subdit etiam diffinitioné Augustini, quam supra posui.

Nonò secundum Host. prædictum, magistraliter sic describitur, Sacramentum est caracter quidam, qui per eum qui potestatem habet corpori humano recipienti iuxta ritum ecclesiasticum uisibiliter, animæ verò inuisibiliter à spiritusancto imprimitur, qui si dignè sumatur, agit aut auget sine dubio, quod designat: qui scilicet caracter semel admissus, nunquam amittitur. de diuort. c. quanto. §. si uerò alter. nam in quolibet sacramento gratia confertur, præter quàm in matrimonio. 75. dist. §. 1. & c. quod à post prin. de seq. 1. q. 1. multam, & c. multi, & de sacra unct. c. uno, patribus, & hoc tñ latius dixi in Tract. de matrimonio, parte 2.

Decimò ab Abbate dicente in c. cum Marthæ, de celeb. miss. secundum Ioan. And. in d. rub. de sacram. iteran. uel non. Sacramentum est corporale & materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine repræsentans, ex institutione sanctificãs, & ex sanctificatione continens inuisibilem & spiritualem gratiã: non enim in omni sacramento imprimitur caracter, sed solum in tribus. s. in baptismo, confirmatione & ordine. Hinc est quòd ista tria non sunt iteranda. vnde versus.

Caracter imprimitur in tribus Sacramentis.

Abluo, firmo, cibo, piget, uxor, ordinat, ungit.
Fons, ordo, crisma non, cætera sunt iteranda.

Caracter quid?

Et si quæratur, quid est caracter? Respõdetur, Caracter Græcè, Latinè dicitur forma, imago, uel effigies. nã sicut ex ferro ignito designantur animalia ex impressione caracteris, ita ex caractere spirituali animę, in quas imprimitur, indelebiliter sunt notatę & spiritualiter insignitæ, ex quo dicit Isid. Caracter est habitus uniuersalis

uersalis, & magnis & paruis uirtute sacramenti datus, & quoddam signaculum substantiæ, ut dicit Papias.

Alii dicunt, Character est quædam passibilis qualitas animam illuminans ad uidendum facilius, quid sit credendum, & quid operandum, & quid non. Ioannes Damascenus dicit, quòd character est mentis custodia, eo quòd inseparabiliter custodit mentem & ipsam præparat, & habilitat ad gratiam, per quam ipsa anima custoditur. Innoc. & Host. super rub. de bapt. & eius effec. dicunt quòd character est quædam qualitas, disponens & habilitans animam ad suscipiendam maiorem gratiam, quæ qualitas à quibusdam dicitur sanctitas, quia præparat animam ad sanctificationē.

Beatus Thom. ī 4. sent. dist. 4. dicit, secūdum Dionis. Character est signū sanctū cōmunionis fidei & sancti ordinis datū à hierarcha. Vel secundum modernos Theologos, Character est distinctio à charactere æterno impressa animæ rationali, secundum imaginē configurans Trinitatē creatam, Trinitati creanti & recreanti, distinguens à non configuratis secundū statū fidei. Et imprimitur solum per illa sacramenta, per quæ mancipatur quis ad aliquod sacrum spirituale exercendum, sicut baptismus, confirmatio & ordo, ut supra diximus. Finalis igitur & cōis descriptio Theologorum est, ꝙ character est quoddam signaculū, quo aīa insignitur ad suscipiendum uel tradendū alijs ea, quę sunt diuini cultus, quę in quibusdam actibus consistunt. Ad actū aūt proprium ordinantur potentiæ animæ, sicut essentia ordinatur ad esse, & ideo character importat quandam spiritualē potentiā ordinatam ad ea, quæ sunt diuini cultus. Et prædictæ descriptiones respiciunt tria p̄dicta sacramenta in eo, quod dicitur, ad suscipiendū uel tradendū, nam suscipitur baptismus, confirmatio & ordo: non tamē omnis, qui suscipit, potest aliis tradere, sed is tantum, qui hierarcha. idest Episcopus constitutus est in Ecclesia à primo hierarcha, qui est Papa post Christum, vt in cap. quarto, & in cap. inter corporalia, extra de transl. prælat. In specie autem loquendo de charactere ordinis, dicendum secundum Innocent. & Ioan. And. in rub. & in cap. fin. de sacram. iter. vel non. qui character ordinis est quædam figura intellectualis indelebilis, per quam ostenditur talem ordinem fuisse collatum, & ordinatus à non ordinato in die iudicij discernetur.

Aliqui Theologi dicunt, quòd character ordinis est quoddam

ſignum ſpirituale indelebile , diſtinctiuum & ſpiritualis poteſtas ad aliquid ſacrum , & dant ſimilitudinem in bello , vbi datur commune ſignum omnibus de bello , & quia militia eſt uita hominis ſupér terram, Iob 7. de pœnit. diſtinct. 2. ſi enim inquir, ad fin. vbi ſecundum aliam literam, dicitur tentatio . Sic quilibet Chriſtianus habet in hac militia ſignum commune ſcilicet baptiſmum, qui facit etiam eum habilem ad alia ſacramenta. Eſt autem in eo ſignum diſtinctiuum , quia per illud diſtinguitur ab infidelibus inhabilibus ad gratiam & ad reliqua ſacramenta. Sunt etiam in bello aliqui plus parati ad reſiſtendum vel pugnandum , & iſti habent ſuum ſignum , vel vexillum. Tale eſt ſignum repræſentatum per confirmationem in fronte , per quam roboratur non ſolum ad pugnam pro ſalute propria contra concupiſcentias , quæ remanent poſt baptiſmum, de conſecr. diſt. 4. c. 2. & diſt. 5. ca. 2. ſed ẽt ad conſtantẽ cõfeſſionẽ nominis Chriſti, & defenſionem fidei . Vnde in primitiua Eccleſia eligebantur quidam ad publicè manendum in loco perſecutionis , aliis occultè latentibus in cauernis , vt patet in legenda S. Sebaſtiani, iuxta quod dicit Apoſtolus ad Heb. 11. Alij autem diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionem , vt meliorem inuenirent reſurrectionem: alij verò ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis & in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, & in montibus & in ſpeluncis, & in cauernis terræ, &c. Sunt & alii, qui habent alios regere , vt duces belli, & iſti habere ſolent ſpirituale vexillum, & tale eſt, quod imprimitur in ordine, per quem aliquis fit habilis ad regendum alios , & ad ſacramenta aliis miniſtranda. Et ſicut maiora officia continent ſub ſe minora, ſed non econuerſo: ita in eccleſiaſticis gradibus , opus eſt vt maior gradus contineat ſub ſe minores , ſed non econuerſo . Vnde gradus & ordo ſacerdotalis continet ſub ſe baptiſmum, & confirmationem . Primum de neceſſitate ſacramenti, & hoc modo caracter baptiſmalis præexigitur ante caracterem ordinis, quia baptiſmus fundamentum eſt & ianua omnium ſacramentorum , extra de presb. non bapt. cap. 1. &c. ueniens. Secundum de congruitate, & tali modo præexigitur caracter confirmationis , tamen ſine caractere confirmationis

firmationis recipit quis caracterē ordinis, & sic de necessitate nō exigitur, sed contra congruitatem peccat qui scienter suscipit ordinem non confirmatus, vel Episcopus scienter conferens non confirmato, vt dicunt Theologi in 4. senten. distinctio. 24. & 25. vbi etiam firmant, quòd in quolibet ordine spiritualis caracter imprimitur, sicut spiritualis potestas confertur. De quo etiam in Decretis habetur 23. distinct. per totum, cum suis concordantijs.

Nō cōfirmatus scienter suscipiens ord. peccat & similiter conferens.

Et notandum, quòd Papa & Ecclesia in talibus ordinationibus formas statuere possunt & constitutiones facere, non tamen contrarias diuinis constitutionibus, quia & animæ & ad eas pertinentia sunt de iurisdictione Papæ & sanctorum Patrum, x. dist. suscipitis. 96. dist. cum ad verum. de maior. & obed. solitæ. Nec est mirum si cōstitutione Ecclesiæ insigitur caracter animæ, quia & constitutione Imperatoris insigitur militaris caracter indiuisibiliter militi. 1. q. 1. quod quidam. sicut & alijs stigma, vel nota in brachio, vt ab alijs discernatur. de sent. excomm. si iudex. lib. 6. Caracter verò militaris insigitur ita corpori, quòd non animæ: quod ex eo apparet, quia mortuo milite, in ipsius anima de illo caractere nihil penitus apparebit. Si ergo princeps hoc inducere potest, & Ecclesia magis, arg. 31. quæst. tertia, cap. primo.

Ex prædictis igitur clarè patet, quam mirandum sit de quibusdam dicentibus ordinem non esse Sacramentum: nam cum Sacramentum sit quedam sanctificatio homini exhibita cum signo sensibili: In susceptione autem ordinis quædam sanctificatio exhibeatur per signa sensibilia & visibilia, constat ordinem esse Sacramentum. Quia verò ordo consistit in deriuatione potestatis recipientis Sacramentum a potestate dispensantis, sicut potestas imperfecta deriuatur a perfecta, ideo forma eius in hoc differt ab alijs, quia traditur per modum imperatiuum ad denominationem traditionis prædictæ potestatis, cum expressione actus imperati, per quam potestas deriuata cognoscitur. Et, vt hoc clarius intelligatur, dicendum est quòd potestas ordinis principaliter ordinatur ad corpus Christi consecrandū, & fidelibus dispensandum, & ad fideles à peccatis purgandum: oportet igitur aliquem ordinem esse, cuius potestas ad hoc principaliter se extendat & hic est ordo sacerdotalis. Alios autem oportet esse, qui

Decisio q ordo sit Sacramentum.

qui eidem deseruiant, præparando materiam, & hi sunt ordines ministrantium. Quia igitur sacerdotalis potestas extendit se ad corpus Christi consecrandum, & reddit fideles idoneos per absolutionem à peccatis, ad Eucharistiæ perceptionem, oportet quòd inferiores ordines ei deseruiant, vel in vtroque, vel in vno tantum. Manifestum est autem quòd tanto aliquis inter inferiores ordines superior est, quanto sacerdotali ordini deseruit in pluribus, vel in aliquo digniori. Infimi igitur ordines deseruiunt sacerdotali ordini solùm in præparatione populi; quasi tonsurati ad pulsandum campanas, & psalmistæ ad præparandum libros & psalmos legendum in choro, dum populus ad sacrificium conuenerit offerendum, sicut ad bellum tubicines conuocant bellatores, ad quod præceptum est Moysi à Domino dicente sibi Num. 10. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem, quando mouenda sunt castra. Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. & fit ibi distinctio de primo & secundo sonitu, & successiue, & postmodum subditur, Filij Aaron sacerdotis clangent tubis. Cuius rei exemplo nostris ecclesijs hodie sunt campanæ, ad quarũ sonitum, quasi clangentibus clericis, populus conuocatus accedat. Ostiarij verò deseruiunt in arcẽdo indignos, & infideles abijciendo à cœtu fidelium populorum. Lectores in instruendo cathecuminos in rudimentis fidei, vnde eis scriptura veteris Testamenti legenda cõmittitur. Exorcista autem in purgando eos, qui iam instructi sunt, sed aliqualiter à dæmone impediuntur à perceptione sacramenti. Alij autẽ tres non solum deseruiunt sacerdotali ordini in præparatione populi sed etiam ad solennitatem sacramenti. Nam Acoliti habent potestatem super vasa non sacra, vnde eis vrceoli in sua ordinatione traduntur. Subdiaconi autem habent potestatem super iam consecrata, prout sanguinem dispensant fidelibus. Et hi tres ordines, s. sacerdotium diaconorum & subdiaconorum, quia habent ministeria super aliqua sacramenta, deseruiunt ẽt ad superiores ordines in præparatione populi, vnde presbiteris traditꝰ celebrandi potestas, absoluendi auctoritas, & dispensandi facultas. Diaconibus cõmittitur euangelica doctrina populo proponenda. Subdiaconibus cõmittitur apostolica & prophetica. Acolitis ad solennitatem doctrinæ committitur, vt luminaria deferant,

De singulis ordinibus.

rant, & alia huiusmodi administrent. de quibus omnibus & de pontifice tanquam de principe super eos, & de Episcoporum ordine, qui quatripartitus est, s. in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, atque episcopis, satis agitur per Isid. 7. Etymol. & in decretis 21. dist. c. 1. & sequentibus vsque ad c. in nouo.

Patet igitur ex prædictis, qualiter Episcopatus est ordo, & qualiter per modum præeminentiæ est supra cæteros ordines, & qualiter per modum hierarchicum & super Episcopos opus est esse principem, & summum sacerdotem, qui alios ordinet, disponat, & regat tanquàm caput politici corporis, ex quo & Romani Imperatores, Pontifices dicebantur, 21. distinct. §. Pontifex. Habemus igitur de institutione Petri, de electione Papæ, & de eius consecratione, & sic expedita est prima pars intentionis nostri Tractatus, cui supplenda, supplici prece suppleant saniores, & corrigenda corrigant charitatis amore, & pro fidelium concordia deprecentur. Sufficiant igitur iam dicta quantum ad ingressum Papæ, cui canonicè electo rectè dicitur à Domino, *Ecce constitui te hodie, &c.*

Finis Primæ Partis principalis.

B. IOANNIS A CAPISTRANO, e Minorum Obseruantium familia,

TRACTATVS DE PAPÆ ET CONCILII, SIVE ECCLESIÆ AVCTORITATE.

PARS PRIMA SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS,

A quo Papa habeat auctoritatem.

AD Secundum igitur accedentes, quod difficilius est inquirere, scilicet de progressu seu profectu Papæ, quia dicitur, *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, &c.* & sic expedit de apostolica auctoritate tractare, de qua tria sunt breuiter indaganda, videlicet, Primũ est, à quo Papa habet auctoritatem. Secundum est, super quos extenditur eius auctoritas. Tertium est, ad quid protenditur talis auctoritas. *Papa a quo suscipit auctoritatẽ.*

Ad primum quæsitum, omissis argumentis, quæ in contrarium fieri possent, breuiter respondetur, quòd auctoritas Papæ principaliter est à Deo, Domino nostro, Iesu Christo, qui ore proprio Petrum instituit principem super omnes, vt supra in prima parte clarius est ostensum. Et ultra prædicta congruentius super addimus, quòd soli Petro dixit Dominus, Duc in altum, cum aliis subiunxerit, & laxate retia vestra in capturam, Luc. 5. Nam, vt Doct. intelligunt, ideo Dominus dixit Petro, Duc in altum, ut designaret in Petro altitudinem potestatis, vt dicit Ambros. super Luc. & Gratianus refert 24 q. 1. c. non turbatur. ibi, denique & si alijs imperatur, vt laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur, Duc in altũ, i. in profundum disputationum. vbi glo. dicit, Arg. quòd quæstio fidei ad solum Papam est referenda, quod etiam Innoc.

Papa ead.cau & quęst.c.quoties,decidit dicens,Quoties fidei ratio ventilatur,arbitror omnes fratres,& coepiscopos nostros,nō nisi ad Petrum, ideſt ſui nominis & honoris auctoritatem referre debere,veluti nunc retulit veſtra dilectio,quòd per totum mūdum poſſit Eccleſiis omnibus prodeſſe. de hoc tamen latius habetur in c.maiores,extra de baptiſ.& eius effec.

Soli etiam Petro dixit Dominus, Tu es Petrus, Matth. 16.ex quo innuitur ſingulare Pontificium Petri,qui eſt ſingulariſſimus Vicarius Ieſu Chriſti,vt in c.inter corporalia, & in c. quanto,extra de tranſl. præl. & ipſe ſolus primatum obtinuit orbis terræ, 21.diſt. quāuis.vbi Pelagius Papa omnib. ortodoxis ſcripſiſſe refertur,Quamuis vniuerſæ Eccleſię per orbem catholicæ conſtitutæ vnus thalamus Chriſti ſit: tñ ſancta Romana Eccleſia catholica & apoſtolica,nullis ſinodicis conſtitutis. cęteris Eccleſijs prælata eſt,ſed euāgelica uoce Domini & Saluatoris noſtri,Ieſu Chriſti,primatum obtinuit. Tu es,inquit Dominus, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo,&c.& infra eo.c.in his omnibus.quanto gradus celſior,tanto maior auctoritas inuenitur. vbi dicit Archi. in verbo,celſior. Notandum quòd perſona præeſt perſonæ quinque modis,uidelicet. Primò officio.21.diſt.in nouo teſtamento. Secundò vitæ merito, 2. q. 7.c.beati.Tertiò ordine,93.diſt.à ſubdiacono.Quartò adminiſtratione, vt archid.præeſt archipreſbitero,extra de offic.archipresb.c.1.Quintò conſecratione, ut Epiſcopus præeſt omnibus inferioribus.21.diſt.c.1. Hæc prælatio conſiſtit in tribus,videlicet primò in iudiciis.21.diſt.inferior.Secundò in præceptis.21.diſt.nunc autem. Tertiò in ſacramentis. 21.diſt. denique.& de prædictis etiam tractat Archid.2.q.7.c.quàmquā, vbi per alia verba dicit, maioritatem in Eccleſia Dei quatrupliciter conſiderandam , de quibus infra dicemus in diſcuſſione auctoritatis.

Quot modis dicitur quis præeſſe.

De hamo piſcatoris.

Soli etiam Petro dixit Dominus, vt piſcaretur hamo, Matth. 17.per quod præeminens iuriſdictio deſignatur,ut dicit Ambroſ. & habetur 24.q. 1.c.eſt aliud.vbi ſequitur,Eſt aliud apoſtolicum piſcandi genus , quo genere ſolum Petrum Dominus piſcari iubet dicens,Vade ad mare & mitte hamum,& eum piſcem , qui prior aſcenderit,tolle;& aperto ore eius inuenies ſtaterem,illum ſumens,da eis pro me & te. Hæc uerba dixit Petro,quando in Capharnau didragma petebatur ab eis,vbi glo.dicit,poſt Augu-

ſtum

stum Cęsarem Iudæa facta est tributaria, &c. in hoc non insisto, sed propositum prosequor. Quid est, quòd Dominus solum Petrum ad mare piscaturum hamo destinat, nisi ut insinuet, quia Petrum vniuerso mari huius fluctuantis sæculi procellosi præficere intēdebat? Et quid est, quòd hamo ferreo piscari iubet, nisi quia sibi gladium vtriusque imperii, spiritualis scilicet, & temporalis, committere disponebat? Ex quo etiam in nocte cœnæ dixit Apostolis, vt venderent tunicam, & emerent gladium. At illi dixerūt, Domine, Ecce gladii duo hic. At ille dixit eis, Satis est. Luc. 22. Ex quibus verbis Nic. Papa Mediolanēsibus scribens arguit 22. dist. c. omnes. dicens de Romana Ecclesia. Illam verò solus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni simul & cœlestis imperii iura commisit. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud uerbum, quo constructum est cœlum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauerunt Ecclesiam, illius certè priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Et infra concludit, quòd qui priuilegium Romanæ Ecclesiæ auferre conatur, hæreticus censendus. vbi dicit glos. in uerbo, imperii. Arg. quòd Papa utrumque gladium habet, scilicet spiritualem & temporalem. 63. dist. tibi Domino, 15. q. 6. alius. c. nos sanctorum, & c. iuratos. 1. q. 4. quia præsulatus. 96. dist. duo. Transtulit enim de Græcia imperium in Germanos, vt in c. venerabilē. extra de elect. de quo etiam, Domino concedente, dicemus. Sed pro præsenti propositum prosequamur, uidelicet quòd auctoritas Papæ sit à Deo: quod etiam Anacletus Papa firmat 22. dist. dicens, Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino, Saluatore nostro, primatum obtinuit, sicut beato Petro Apostolo dixit Dominus, Tu es Petrus, &c. Glos. etiam in d. c. est aliud. 24. q. 1. in verbo, hamum. dicit, per hamum ergo intellige iurisdictionem, qua Petrus præfuit aliis, quia hamo. i. ferro resecantur putridæ carnes. 82. dist. plurimos. & ideo solus Petrus piscatur hoc piscandi genere: ipse enim habet potestatem ligandi & soluendi præ aliis, per rete enim intelligitur inquisitiò sapientiæ. Hæc glo. circa quam dicit Archid. quòd duplex est genus piscandi, in rete scilicet & hamo. Primo genere piscati sunt Petrus & alii discipuli, sed posteriori tantum Petrus, quia rete inquisitionem denotat diuinæ sapientiæ & scientię. Sapientiæ quan

Gladius vtriusque imperij penes Petrum remansit.

Priuilegiū Romanæ Ecclesiæ qui auferre conatur, hæreticus est.

De hamo.

tum ad diuinitatem Christi, scientiæ quantum ad humanitatem eiusdem. hoc igitur genere omnes piscantur, quia non solum sacerdotes, sed & alii prudentes viri de misterio sapientiæ & scientiæ Dei scrutantur. Soli tamen Petro conceditur piscari hamo, quoniam solummodo sacerdotes habent potestatem ligandi atque soluendi. Sed certè ex his verbis nihil amplius pro Papa quàm pro aliis sacerdotibus saltem Episcopis ageretur: & ideo licèt Petrus figuram teneat omnium sacerdotum, attamen vt ipse idem Archid. in eodem c. dicit, secundum aliam misterij considerationem putari potest soli Petro vtrumque genus piscandi esse concessum. Quippe & si cæteri discipuli piscarentur, specialiter tamen Petro dicitur, Duc in altum, in primo genere piscandi signatur ventilatio rationis fidei: in secundo causa depositionis Episcopi. Episcopus enim præeminens in sua diœcesi, est quasi primus piscis ascendens de mari, qui solo Petri hamo capitur, quando soli Apostolico, Episcoporum causa criminalis terminanda committitur. 3.q.6. quamuis. similiter, quando ratio fidei ventilatur, ad sedem Romanam defertur. infra eo. quoties. Hæc Archid. vbi supra & ibid. Ioan. de F. Augustinus etiam ex dictis Basilij xi. dist. c. ecclesiasticarum. dicit, Ecclesiasticarum institutionum quasdam scriptis, quasdam verò Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus. Quæ uerba melius ipse declarat in lib. de fide Christiana. & ead. dist. c. catholica Ecclesia. dicens, Catholica Ecclesia per orbem diffusa tribus modis probatur existere. quicquid. n. in ea tenetur, aut auctoritas est scripta, aut traditio vniuersalis, aut certè ppria & particularis instructio. Sed auctoritate tota constringitur, uniuersali traditione maiorum nihilominus tota. Priuatis uerò constitutionibus & propriis informationibus unaquæque pro locorum uarietate, prout cuique visum est, subsistit & regitur. Et in lib. contra Manichæos dicit, Palam est quòd in re dubia ad fidem ualet auctoritas catholicæ Ecclesiæ, quæ ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus vsque ad hodiernum diem succedentibus sibimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. vbi dicit Glo xi. dist. palam, in verbo, catholicę Ecclesiæ. dicit glo. s. Romanæ, ad quam recurritur in dubiis 20. dist. de libellis. & sic seruandę sunt leges Apostolicę, sicut leges Petri. 19. dist. sic omnes. Et Gregorius Papa 12. dist. dixisse refertur, Apostolicis præ-

Ecclesia existit tribus modis.

ceptis

ceptis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quę à sancta Romana Ecclesia, & apostolica auctoritate iussa sunt, salutiferè impleantur, si eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Non nouum aliquid præsenti iussione præcipimus, sed illa, quæ olim uidentur indulta, firmamus, cum nulli dubium sit quòd non solum pontificalis causatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput omnium Ecclesiarum debeat referri, & inde normam sumere, vnde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omitti. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicę petræ, super quam Dominus vniuersalem fundauit Ecclesiam soliditate diuelli. Et glo. fi. in c. vno, de sacra vnct. in fi. super verbo, misticam. volens differere quare Papa non utitur baculo pastorali dicit, quia baculus habet in summitate recuruationem, quasi ad trahendum, quod non est necessarium in Romano Pontifice, quia nullus ab illo potest diuertere finaliter, quia Ecclesia non potest esse nulla. 24. q. 1. pudenda, in fi. vel quia per baculum designatur coërtio, siue castigatio, & ideo alii Pontifices recipiunt à suis superioribus baculos, quia ab homine recipiunt potestatem. Romanus autem Pontifex non utitur baculo, quia potestatem à solo Deo accepit.

Papa quare vtitur baculo.

Et Innocent. III. in c. solitæ, extra de maior. & obed. in §. præterea, dicit, Ad firmamentum igitur cœli, hoc est vniuersalis Ecclesiæ fecit Deus duo magna luminaria, idest duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & regalis potestas. Sed illa quæ præest diebus, idest spiritualibus, maior est; quę verò carnalibus minor, vt quanta est inter lunam & solem, tanta inter pontifices & reges differentia cognoscatur. & infra, Nobis enim in beato Petro sunt oues Christi commissæ, dicente Domino, pasce oues meas, non distinguens inter has oues & alias, ut alienum à suo demonstret ouile, qui Petrum & successores ipsius magistros non recognosceret, & pastores, nę illud tanquàm nouissimum omittamus, quod Dominus dixerat ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius, Quodcunque ligaueris, &c. nihil excipiens, quando dixit, quodcunque. certum est enim quòd quilibet Papa canonicè electus, successor est Petri, & Vicarius Iesu Christi. Et Petri legatione fungi dicitur, 2. q. 7. cap. in sancta. 1. q. 7. quoties,

De duob. luminaribus magnis.

ties, in princ. & ibi per Archid.

Auctorita te Dei Papa decernit. Gregorius IX. etiam in c. inter corporalia, post princ. dicit, Nō enim humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis, quem constat esse Vicarium Iesu Christi, Episcopi ab Ecclesijs remouentur, & ideo tria hęc, quę pręmisimus, nō tam constitutione canonica, quàm institutione diuina soli sunt Romano Pontifici reseruata. vbi dicit glos. super verbo, diuina, & sic quod fit auctoritate Papæ, dicitur fieri auctoritate Dei. & verum est si insta causa hoc faciat, 24. q. 1. audiuimus, & c. quodcunque, & c. loquitur. 24. q. 3. ca. si quis non recto.

Et Hieronymus ad Damasum dicit, Cum successore piscatoris discipulus Christi loquor, ego nullum primum, nisi Christum sequens beatitudini tuæ, idest cathedræ Petri communione consocior supra illam petram fundatam Ecclesiam scio. Et infra Quicunque tecum non colligit, spargit. idest qui Christi non est, Antichristi est. 24. q. 1. quoniam uetus, in fi. Intendit enim Hieronymus se referre ad verba Christi dicentis, Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Luc. 11. sic igitur qui non est cum Vicario Christi in his quæ sunt Christi, est contra Christum, & quicunque à fide catholica discrepat, Christo contrarius est. C. de Iudæ. l. cælicolarum. Ipse enim Romanus Pontifex non puri hominis, sed ueri Dei, & veri hominis, Iesu Christi vicem gerit in terris. extra de transl. prælat. c. quanto. & de summa Trinit. c. 1. & de hæret. c. cum Christus. Ex hoc etiam Papa dicitur habere cœleste arbitrium. C. de summa Trini. l. 1. in fi. Vnde si Imperator dicitur Deus in terris suis, ut dicit glo. singularis in Authent. de hæred. & falc. in princ. in gl. 1. quanto magis summus Pontifex dici potest quasi Deus in terris Deum hominibus repræsentans, maior homine, minor Deo. Vnde Innoc. III. arguens Archiepiscopum Mediolanensem dicebat, ut nostrū procedat de Dei vultu iudicium, extra ut ecclesi. benef. c. 1. in prin. quasi dicat, quòd unum sit concistorium Dei & Papæ, nisi contra uoluntatem Dei uergat. Ex quo Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi, & refert Bonifac. VIII. in c. ubi periculum, §. cęterum, de elect. lib. 6. obtestatur per uiscera misericordię & per aspersionem sanguinis Iesu Christi, ut Cardinales eligētes

Qui non est cum Papa est contra Christum.

Papam

Papam attentius pensent quod eis immineat cum agitur de creatione Vicarii Iesu Christi, successoris Petri, rectoris vniuersalis Ecclesiæ & gregis Dominici directoris. vbi Archid. dicit, Nam talis debet eligi, qui nullius incógruæ uoluntati deseruiat, sed vita & moribus decoratus tanto ordini dignus valeat inueniri. 8.q. 2.c. 1. in quo nihil sapientiæ, nihil scientiæ, nihil desit industriæ. 8.q. 1. licèt. Et dic sapientiæ, quò ad diuina: scientiæ, quò ad humana: industriæ, quò ad mores, &c. Item etiam Bonifacius VIII. in c. fundamenta, §. 1. de elect. lib. 6. dicit, Huiusmodi autem muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum voluit officium pertinere, vt in beato Petro Apostolorum omniū summo id principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet.

Papa qualis debet eligi.

Clemens etiam V. in c. pastoralis, de sent. & re iud. dicit, Pastoralis cura solicitudinis nobis diuinitus super cunctas Christiani populi nationes inuicta nos inuigilare remediis subiectorum, & eorum periculis obuiare & scandala remouere compellit, & in §. fi. eiusd. clem. dicit, Ex ipsius plenitudine potestatis, quam Christus rex regum, & Dominus dominantium nobis licèt immeritis, in persona tamē beati Petri concessit. Satis, abundeque ostensum esse considero auctoritatem Papæ principaliter esse à Deo, licèt ab hominibus secundariò, prout in Conciliis semper extitit confirmatum. Vnde 17. dist. §. hinc etiam. dicit gl. habet ergo Romana Ecclesia auctoritatem à Domino, sed Imperator à populo. 93. dist. legimus, in fi. contrariū huic assignat. 21. dist. quāuis. & 22. dist. omnes. vbi dicitur, quòd Romana Ecclesia habet primatum à Domino & non à Concilijs. Sed dic quòd principaliter habuit à Domino, secundariò à Concilijs. hæc gl. vbi supra, licèt ibidem hoc textus expresse dicat. ibi enim agitur de causa Symmachi Papę, cui Liguriæ & Emiliæ Episcopi, seu Venetiarum suggesserunt ipsum, qui dicebatur impetitus debere sinodum conuocare, sciētes quia eius sedi primum Apostoli Petri meritum, deinde secuta iussione Domini Conciliorum venerandorum auctoritas singularem in Ecclesijs tradidit potestatem. Sic etiam soluit Ioan. And. prædictum contrarium in c. significasti, extra de elect. ubi pro solutione remittit ad prædictam glos. sic etiam soluitur. 3. q. 6. c. dudum. vbi dicit tex. Iulij Papæ, Dudum à sanctis Apostolis successoribusque eorum in antiquis decretum est statutis, quæ

Papa à Dño. Imperator à populo.

hactenus

hactenus ſancta & vniuerſalis apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari, vel Epiſcopum damnari, quoniam ſanctam Romanam Eccleſiam primatum omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt. & ſicut beatus Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum, ita & hęc Eccleſia ſuo nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima ſit & caput cæterarum, & ad eam quaſi matrem atque apicem omnes maiores Eccleſiæ cauſę & iudicia Epiſcoporum recurrant, & iuxta eius ſententiam terminum ſumant, nec extra Romanum quicquam ex his decerni debere pontificem. vbi glo. dicit, Sic ergo Cócilia dederūt primatum Romanę Eccleſiæ, quod verum eſt ſecundario, ſed ipſe Chriſtus principaliter, & allegat iura ſupradicta. & 9. q. 3. aliorum, & quæcunque alia contraria circa prædicta taliter ſunt ſoluenda. Id autem quod dictum eſt ex gloſ. prædicta, videlicet quòd imperium eſt à Papa, videtur expreſsè contradicere auctoritati Apoſtoli ad Rom. 13. cum dicit, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Sed quia hæc diſcuſſio aptius cadit in ſequenti membro, ideo ad ſecundum quæſitum procedamus.

PARS SECVNDA

Secundæ Partis principalis

Super quos Papæ poteſtas extendatur.

Papa auctoritas ſuper quos extenditur, an ſuper infideles.

AD ſecundum, cum quæritur, ſuper quos Papæ poteſtas extenditur. Reſpondetur breuiter, quòd principaliter eius poteſtas ſuper omnes Chriſti fideles extenditur, ſecundariò autem etiam ſuper infideles, quod ſatis patet ex verbis Chriſti dicentis Petro, Paſce, &c. vt ſupra Io. vlt. Sed dicet aliquis, per illa verba non videntur includi, niſi fideles in eo, quod dicit, Agnos meos, & oues meas. Huic obiectioni reſpondens dico, quòd licèt principaliter ſub metaphorā ouiū intelligantur fideles: attamen largo ſumpto vocabulo, omnes animę rationales, quaſi oues Dei ſunt, iuxta illud Ezechiel. 18. Ecce omnes animæ

noſtræ

nostræ sunt. & Matt. 15. dixit Dñs discipulis suis intercedentibus pro Cananea, Non sum missus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. idest nisi ad Iudæos. Vbi notandum, quòd quamuis Dominus Iesus corporali præsentia missus fuerit ad Iudæos, tamen tanquàm fideli legato commissa est sibi cura totius orbis, quem postea per Apostolos visitauit, quibus post resurrectionem dixit Matt. vlt. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ, scilicet rationali. & Matth. vlt. Euntes ergo, docete omnes gentes. Et Luc. vlt. Sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Ex hoc etiam dicebat Ioan. x. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis, & alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile, & unus pastor. Quæ verba plurimi Doctores intelligunt pro conuersione infidelium sub vno pastore Angelico, summo vniuersali Pontifice, unà cum cæteris fidelibus regendorum. ad quod satis accedit illud Esaiæ 49. ubi dicit Dominus, quasi pater ad filiũ, & filius ad suum Vicarium, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitãdas Tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea usque ad extremum terræ.

Sed dices, hæc sententia videtur contra auctoritatem Pauli 1. ad Cor. 5. cum dicit, Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? nam eos, qui foris sunt, Dominus iudicabit. Respondeo, quòd hoc dicit Apostolus quantum ad correctionem morum, in qua non est nobis necessarium mentes occupare circa infideles. Non tamen ex hoc dicit Apostolus quin infideles se corrigere debeant, & quin sit eis prædicandum, ut ad fidei veritatem aspirent & conuertantur ad Christum, uel quin sit defendenda veritas fidei, & infidelibus impugnantibus resistendum pro defensione fidelium. Sic etiam intelligitur. 45. dist. qui sincera, & c. de Iudæis, & c. licet. xi. q. 3 inter verba. & 2. q. 1 c. multi. & extra de diuort. c. gaudemus. Nam si infideles aliquid faciunt in contemptum fidei Christianę, uel in perniciem Christianorum, tunc Ecclesia bene iudicat de eisdem, vt in c. accusatus. §. sanè, & in c. officium. §. denique, de hæret lib. 6.

Ecclesia an de his qui foris sunt, iudicet.

Ecclesia quãdo de infidelibus iudicet.

nam ratione delicti efficiuntur de foro Ecclesiæ, extra de iud. c. nouit. pro quo extra de Iudæ. c. & si Iudęos. & tunc, cum non possit Ecclesia pœnitentias spirituales imponere infidelibus, opus habet imponere temporales, uidelicet ne Christiani conuersentur cum eis. extra de Iudæ. c. ita quorundam. Poterit etiam imponere pę nam pecuniariam his, qui sunt sub districtu fidelium, ut in c. postulasti, extra de Iudæ. Poterit insuper imponere pœnam personalem, iuxta facinoris qualitatem, ut carcerare, uel verberare, cum misericordia, ita quòd flagella pro iustitiæ gratia inferenda in uindictam sanguinis transire minimè videantur. Si verò ita fuerit grauis excessus, ut mortem, uel detruncationem membrorum debeant substinere, sæculari brachio sunt committendi, ut dicit tex. iuncta glo. in c. in Archiepiscopatu, extra de rapt. 14 q. 6. c. 1. 12. q. 2. fraternitatis. 5. q. 5. illi qui. 23. q. vlt. his, à quib., & c. seq. 23. q. 4. c. illud. ad quod etiam 17. q. 4. c. constituit. Imò iam Ecclesia priuilegiat accedentes ad recuperationem Terræ sanctæ, & ad defensionem partium fideliũ, ut in c. quod super his, & in c. ex multa, extra de voto & uoti redemp. & in c. excommunicamus. 1. §. catholici verò, extra de hæret. ubi dicit tex. Catholici verò, qui crucis assumpto caractere ad hæreticorum exterminium se accinserint, illa gaudeant indulgentia, illoque priuilegio sint muniti, quæ accedentibus in Terræ sanctæ subsidium conceduntur. Vbi dicit glo. Arg. quòd auctoritate Ecclesiæ bellum fieri potest, arg. 23. q. 8. c. hortatu, & c. igitur. vbi Leo. IIII. populũ aggregari præcepit contra saracenos, & ex hoc ipse personaliter egressus est Romam, deditque priuilegium & securitatem exercitui Francorum de æterna salute cuicũque, q in tali certamine moreretur, dicens, Omni timore ac terrore deposito contra inimicos sanctę fidei & aduersarios omnium religionum viriliter agere studete. nouit. n. omnipotens Deus, si quilibet vestrum morietur, quòd pro ueritate fidei & saluatione patriæ ac defensione Christianorum mortuus est, & ideo ab eo cœleste præmium consequetur. Ad idem facit 15. q. 6. c. auctoritatem, vbi Nicol. Papa Archiepiscopo Treuerensi filijsque Treuerensis Ecclesiæ, illiusque defensoribus hoc in mandatis dedit, ut spirituali simul & militari gladio tamdiu malignos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones, uel quæcunque res ecclesiasticæ hoc facto vel quocunque pacto distractę, seu direptæ sunt, reuocentur.

De cruce bannienda contra infideles, & rebelles.

Ad

Ad prędicta etiā accedit quod habetur 63. dist. c. Adrianus. ubi Adrianus Papa Carolum regem ad defendendas res Ecclesiæ postulauit, ad quod etiam omnes Principes sæculi obligantur. 23 q. 5. c. omnes Principes. & si nollent eam defendere, possent excommunicari. 23. q. 5. ca. administratores. Et sic patet quòd auctoritate Ecclesiæ bellum indicitur contra inimicos fidei & contra alios Ecclesiam impugnantes. Crux tamen prædicari non potest sine speciali licentia Papæ, sicut nec crucis uotum redimi, vt in dictis ca. ꝗ super his, & ex multa. Et ratio triplex est, uide licet: prima quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, unde quod solus Papa soluit, solus ligat, & econuerso, argumentum extra de reg. iur. c. 1. & extra de sententia excom. c. significauit, & c. nuper, cum similibus.

Carolus pro defensione rerum Ecclesiasticarũ fuit postulatus à Papa.

Crux prędicari quare sine licentia Papæ nõ debet.

Secunda ratio, quia propriè & principaliter ad Papam pertinet respondere de fide, & per consequens eius auctoritate conuenit expediri causa fidei. 24. q. 1. quoties. & extra de bapt. c. maiores.

Tertia ratio, est quantitas indulgentiæ, quam plenariam non nisi solus Papa concedere potest, ut in c. cum ex eo, §. fi. & c. seq. extra de pœnit. & remiss. & tractant Theologi in quarto sent. dist. 20. vbi plenè per Thomam, & Petrum, & alios Theologos, & per Ioan. And. in c. indulgentiæ, de pœnit. & remiss. lib. 6. & ibi etiam per Archid. Hostiens. autem in Summa, de voto, §. in quo casu, quærit an crux possit licitè prædicari contra scismaticos inobediẽtes & rebelles? Et videtur quòd non, quia non reperitur in iure expressum, arg. in c. inter corporalia, §. si neque. extra de transl. 2. q. 5. consuluisti. extra ne sede vac. c. illa. Hostien. tamẽ tenet contrarium per argumentum à simili, ff. de leg. l. non possunt. extra de rescrip. inter cætera. nam & deficiente iure, naturalibus rationib. vtendum est, Instit. de iu. natur. §. quod uerò naturalis ratio. Vnde dicit ipse per argumentum à maiori. Si pro acquisitione, seu recuperatione terræ sanctæ crux est meritò prædicāda, multo fortius prædicanda est contra scismaticos & rebelles, arg. 24. q. 1. c. loquitur, & c. seq. & c. scisma. 16. q. fi. c. sicut Domini vestimentum. Nec enim filius Dei in mundum venit, nec crucem subijt, ut terram acquireret, sed ut captiuos redimeret, & peccatores ad pœnitentiam reuocaret. Nec aridam, imò catholicam Ecclesiam despõsauit. Cum ergo maius periculum immineat in hac ultima quàm in prima, quia pretiosior est anima quàm res. C. de sacros. Ec-

Indulgentiam plenariam solus Papa concedit.

Crux an possit contra scismaticos prædicari.

clef.l.fancimus. ideo magis fubueniendum eft. 61. dift.miramur. 42.dift.quiefcamus. Præterea fi offenfionem perfonarum confideramus, nemo dubitat quin magis delinquãt inobedientes Chriftiani, atque fcifmatici, qui ad fidem femel fufceptam præcisè cogendi funt, quàm Saraceni, qui nec ipfam inuiti fufcipere compelluntur. 23. q. quinta, ad fidem. 45. diftinct. de Iudæis. quia nemo mittens manum ad aratrum, & afpiciens retro, aptus eft regno Dei. Luc. 9. & in c. magnæ. extra de voto. & 2. Pet. 2. fcribitur, Melius enim erat illis non cognofcere viam iuftitiæ quã poft cognitionem retrorfum conuerti ab eo, quod illi traditum eft sãcto mãdato. cõtingit enim illis illud veri prouerbii, Canis reuerfus ad fuum vomitum, & fus lota in volutabro luti. Hinc et dicimus, minus malũ eft viam dñi non agnofcere, quam poft agnitam retroire. extra de apoft. c. quidam, in fi. Præterea ex quo quis per annum integrum in excommunicatione perfiftit, Petri claues contemnens, fine fufpitione hærefis nõ habetur. & fi pro tali fufpitione fuit excommunicatus, poft annum à die excommunicationis tanquam hæreticus contemnatur. extra de hæret. c. excommunicamus itaque. §. qui autem. Quid ergo fi per decem annos & plures, nedum vna perfona, vel vna ciuitas aut diœcefis, fed tota vna prouincia, vel plures in tali rebellione & fcifmate perfeuerent? certè multo magis cõtra tales agendum eft. Omnis enim pfcriptio contra fcifmaticos orientales, duplicata vel triplicata cõpletiffimè demonftratur, cum iam elapfi fint quingenti anni, vel circa: nam inter fcifmaticos, vt plurimum hærefes nutriuntur, cũ nullum fit fcifma, quod fibi aliquam hærefim non confingat, 24. q. 3. inter fcifma. ideoque hæretici & fcifmatici æqualiter funt vitandi. 24. q. 3. §. 1. & c. clericum, & c. feq. 7. q. 1. denique. 1. q. 1. fi qs inquit. Vnde Hierony. Quis iam dubitabit fceleratius hoc effe commiffum, quod eft grauius vindicatum. 24. q. 1. nõ afferamus Et fi pro fimplici contumacia hoc accidere poteft, de pœn. cap. fi. quid de detrahentibus poteftati Romanæ Ecclefiæ, cui detrahere hæreticum iudicatur. fidem quippe violat, qui aduerfus illam agit quæ mater eft fidei, & ideo contumax inuenitur, qui eam cunctis Ecclefijs nofcitur prælatam. 22. dif. omnes. & talis imperitum vel maleuolum, aut etiam fe non catholicum, fed hæreticum comprobabit, vt dicit Hieron. 24. q. 1. hæc eft fides. & ca. rogamus, c. omnibus confideratis. & C. de fumma Trin. & fide cathol. l. vlt. & C.

Perfiftens i excõmunicatione p annum, poteft tanquam hæreticus condemnari.

Nullũ fcifma eft fine hærefi.

Ecclefiæ Romanæ poteftati detrahere, hæreticum iudicatur.

& C. de hæret. l. quicunque. ad quod extra de pœn. c. grauem. Qui enim rebellitus viuit, magis diaboli, quam Christi membrum; & infidelis magis quam fidelis esse monstratur. 38. dist. c. si. Nam scelus idolatriæ & peccatum paganitatis incurrit quisquis, dum se fidelem esse asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit, 81. dist. ca. siqui sunt presbiteri. Dicit igitur Hostien. in prædicta determinatione, quòd qui rationabiliter & subtiliter ac naturaliter considerare voluerit, licet crux transmarina, scilicet contra infideles in oculis simplicium fauorabilis videatur; hæc tamen scilicet contra scismaticos & rebelles fauorabilior, iustior & rationabilior apparebit. Et subdit, quod qui tales impugnant, diligentissimi rectores, & pij consultores intelliguntur. 23. q. 5. si vos contra Ecclesiam Christi. & c. seq. & secundū quòd Dominus dicit in Deutero no. 13. Tales necandi sunt, & ciuitates igne cremandæ, ita quòd sine habitaculo sint in æternum. 23. q. 5. si audieris. vbi dicit glo. si ergo aliqui sunt hæretici in ciuitate, tota ciuitas potest exuri, & sic Ecclesia uel ciuitas punitur pro delicto personarū, 25. q. 2. ita nos. & C. de sacros. Eccles. l. iubemus nullā. & in fine dicitur, quòd hæretici occidi possunt. 23. q. 4. c. quando vult Deus. vbi August. describit de Nabuchodonosor, qui legem instituit, vt quicunque dixerit blasphemiam in Deum Sidrach, Misach & Abdenago, in interitum irent & domus eorum in dispersionem. Et in fi. c. dicit August. Videte qualia faciunt, & qualia patiuntur, occidūt animas, affliguntur in corpore, sempiternas mortes faciunt, & tēporales se perpeti conqueruntur. vbi glo. dicit, vides ergo quòd hæretici sunt occidendi. 23. qu. 4. quod inuenitur, in fi. Ad quod etiam facit 23. q. 8. c. legi. & c. occidit Finees. & dicit Hostiē. lib. 5. quòd contra rebelles licitè propulsatur iniuria Ecclesiæ vel reipublicæ, sed nō iniuria personalis. vnde auctoritate Ecclesiæ vel Principis possunt licitè impugnari causa iustitiæ, obedientiæ, & fidei defendendæ, non causa cupiditatis vel propriæ vltionis. sic intellige 23. quæstio. prima, quod culpatur. & quæstione secunda, canone primo, & 2. & quæstione tertia, c. sex differentiæ, & q. 5. cum homo ab homine, & c. seq. & sic de similibus.

Hæretici & scismatici rationabiliter occiduntur.

Restat nunc videre, an Principes populi Christiani subesse debeant iurisdictioni Papæ, & multis sæculi sapientibus? Videtur quòd non.

Principes Christiani, an debeāt se subijcere Papæ.

Dicunt enim quòd regnum & sacerdotium æquanimiter sunt à Deo,

Omnis potestas à Deo.

à Deo, quia non est potestas, nisi a Deo. ad Rom. 13. & in Auth. quomodo opor. Episc. in prin. extra de iudi. c. nouit. x. dist. quoniam. 96. dist. cum ad verum, & c. si Imperator.

Regnum praecessit sacerdotium. Secundò dicunt, quòd regnum fuit antequàm sacerdotium, quia Caesar antequàm Christus, nedum antequàm Petrus, ut clarè patet in Cronicis Romanorum. & not. in c. causam, extra qui fil. sint legit.

Constātinus dotauit Ecclesiam. Tertiò dicunt, quòd usque ad Costantinum Ecclesia nihil habebat, sed Constantinus dotauit eam. Cum igitur à Regibus sit Ecclesia sublevata, ergo magis debet Ecclesia subesse Regibus, quàm Reges Ecclesiae. vnde arguunt quòd conuenientius sacerdotium debeat subesse Regibus, quàm econuerso, scilicet Reges sacerdotio.

Christus soluit tributum. Quartò dicunt, quòd Christus soluit tributum pro se & Petro, Matth. 17. de pisce capto hamo, de quo supradiximus. ergo videtur q. se & suos Regibus subiugauerit.

Christus iudicauit cēsum solui. Quintò dicunt, quòd Christus iudicauit solui censum Caesari, cum dixit, Reddite ergo, quae sunt Caesaris, Caesari; & quae sunt Dei Deo, Matth. 22.

Christus dixit se nihil habere ī hoc seculo. Sextò dicunt, quòd Christus nihil habuit in hoc mundo, ut ipsemet testatur, Matth. 8. dicens, Vulpes foueas habent, & volucres coeli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suū reclinet. ergo nihil dare potuit, quia nemo dat, quod non habet, vt in reg. iuris, lib. 6. & extra de iure patron. c. quod autem. & ex hoc dicunt quòd in morte nihil reliquit, & propterea testamentum non fecit, quia de quo faceret non habebat.

Christus renunciauit regno terreno. Septimò dicunt, quòd dato quòd aliquid habuisset, renūciauit tamen iuri suo, vt dicunt patere Ioan. 6. vbi cum fecisset miraculum de panibus, ex quo q. viderant dicebāt, Quia hic est uerè propheta, qui venturus est in mundum. subdit Ioannes, Iesus ergo, cum cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montē ipse solus. ergo ex quo fugit, videtur renunciasse iuri ad se pertinenti, cum quilibet possit renunciare iuri suo, etiam Papa, vt in c. vno, de renunc. lib. 6.

Christus confessus est Pilato se nō habere regnū terrenum. Octauò dicunt, quod Christus expressit proprio ore, se non habere regnum, cum dixit Pilato interroganti, si ipse Christus, esset Rex Iudaeorum, & respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? Respondens Pilatus, Nunquid ego Iudaeus sum?

ſum? gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi, quid feciſti? Reſpon. Ieſus, Regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi de hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non eſt hinc. Ioan. 18. Cum ergo Chriſtus confeſſus ſit coram iudice, ſe non habere regnum, ergo nec poteſtatem aliquam tradere potuit Petro, vel alteri ſupra Regem.

Nonò dicunt, quòd Chriſtus expreſsè prohibuit iuriſdictionē Petro gladii temporalis, cum dixit, Conuerte gladium tuum in locum ſuum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matth. 26. & Ioan. 18. vbi exprimitur clarius, quod Petrus fuerit qui abſcidit auriculam dextram Malcho, ſeruo Pontificis, & dixit Ieſus Petro, mitte gladium tuum in vaginam. *Christus ꝓhibuit gladiū ſpiritualem.*

Decimò dicunt, hoc ēt patere ex verbis ipſorummet Romanorum Pontificum, dicentium ſe nolle intromittere de temporali iuriſdictione, vt patet 96. diſt. c. cum ad verum. vbi dicitur, Cum ad verum ventum eſt vltra ſibi nec Imperator iura pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum ſibi vſurpauit. Verba ſunt Nicol. Papæ, & ead. diſt. c. duo. dicit Gelaſius Papa, Duo quippe ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mundus regitur, Auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas, & in vtroque prædictorum capitulorum gloſſę dicūt, quòd poteſtates ſunt diuiſæ, & quòd imperiū eſt à ſolo Deo, & Imperator à cæleſti maieſtate habet gladii poteſtatē. C. de vet. iure enuclean. l. j. in prin. Hoc etiam confitetur Ioan. Papa ead. diſt. c. ſi Imperator. vbi dicitur, quòd Imperator habet priuilegia poteſtatis ſuę, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus eſt conſecutus. ad idem 93. diſt. legimus, circa medium. vbi referuntur verba Hierony. ad Eugen. preſbiterum, dicentis, quòd Alexandrię preſbiteri eligebant vnum, quem Epiſcopum nominabant, quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat. vbi gloſ. dicit, ex ſola enim electione principum dico eum verum Imperatorem antequàm à Papa cōfirmetur, licèt non ita appelletur, vt dixi 63. diſt. quanto. Ad idem 8. diſt. quo iure. vbi dicitur, quòd iura humana ſunt Imperatorum, quia per Imperatores & reges ſæculi Dn̄s diſtribuit generi humano. verba ſunt Auguſtini ſuper Ioan. Ad idem 33. q. 2. c. inter hæc. vbi Nic. Papa dicit, quòd ſancta Dei eccleſia gladium non habet, niſi ſpiritualem, qui non occidit, ſed viuificat. Ad idem extra de iudic. *Romani pontifices nolunt Imperatorum iura ſubmittere.*

naculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. vbi Vgo de sancto Victore dicit, Ciuitatem, id est Ecclesiam sub vna ciuium suorum lege viuentem, & in vno libro legentem, & sub vno Domino degentem, & allegat verbum Christi dicẽtis Io. 10. Fiet unum ouile, & vnus pastor. Sed nullus fidelium dubitat, quin Ecclesia triumphans sub vno solo summo Deo triumphet & regnet, quia unus solus est Deus, Pater & Filius & Spiritussanctus. Deuteron. 6. Audi Israel Dominus Deus noster, Deus vnus est, ad Ephes. 4. Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ; vnus Deus, vna fides, unum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes & per omnia, & in omnibus nobis. & infra, Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & Doctores ad conseruationem sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi. & infra, Qui est caput nostrum Christus, ex quo totum corpus, &c.

Sed sicut Christus uerus Deus & verus homo, cum patre & spiritusancto vnum in substantia, quia tres vnum sunt. 1. Io. ult. caput & rex regum & Dominus dominantium, est principaliter tam triumphantis quàm militantis Ecclesiæ, ex quo etiam ipse dixit Matth. ult. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. & infra, Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad cõsummationem sæculi. ita opus est ministerialiter suum specialissimum Vicarium summum pontificem vnum esse caput in terris totius Ecclesiæ militantis super omnes Reges & Principes & prælatos & subditos & clericos & laycos, ut supra in themate, & in c. solitæ, de maior. & obed.

SECVNDO sic, Ab initio mundi creauit Dominus vnicum hominem, vt de illo totum genus propagaretur humanum, & vniuersæ suæ posteritati, Domino disponente præesset, & formato corpore de limo terræ animam de nihilo creans ad suam imaginem & similitudinem; in faciem ipsius hominis inspirauit spiraculum uitæ; & factus est homo in animam viuentem, vt præesset piscibus maris & volatilibus cœli, & bestiis vniuersæ terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra, Genes. 1. & 2. quod solennissimè Magister sent. prosequitur in 2. dist. 15. & 16. dicit enim in

Ab vno homine est principiũ humani generis.

Declaratio ad imaginem & similitudinem. quindecima distinctione. omnib. autem creatis atque dispositis, nouissimè factus est homo tanquàm dominus & possessor, qui & omnib. præferendus erat. Et in 16. dist. declarat quo intelligat, ad imaginem & similitudinem, non secundum corpus, sed secundũ mentem, qua in rationabilibus antecedit. Sed ad imaginem secũdum memoriam, intellectum & dilectionem. Ad similitudinem secundum innocentiam & iustitiam, quæ in mente rationali sunt naturaliter. Et eod. lib. dist. 17. tractat de origine animæ dicens, Corpus enim de limo terræ formauit Deus, cui animam inspirauit: non quòd faucibus sufflauerit, vel manibus corporeis corpus formauerit, sed potius hominem de limo terræ secũdum corpus formauit iubendo uolendo, idest voluit & verbo suo iussit vt ita fieret, & substantiam animæ, in qua viueret, creauit non de materia aliqua corporali, vel spirituali, sed de nihilo Putauerunt enim quidam hæretici Deum de substantia sua animam creasse. Et infra. Non sunt ergo audiendi, qui putant animam esse partem Dei, si enim hoc esset, nec à se, nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciẽdum, vel patiendum compelli, nec in melius vel deterius mutari, &c. Et eod. lib. dist. 18. dicit, Hic attẽdendum est quare non creauit simul virum & mulierem sicut Angelos, sed prius uirum, deinde mulierem, de viro adeo scilicet ut vnum esset generis humani principium, quatenus in hoc & superbia diaboli confunderetur, & hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud à Deo principium etiam concupierat: ideoq; vt eius superbia retũderetur, hoc homo in munere accepit, quod diabolus peruersè rapere voluit, sed non potuit obtinere. & pro hoc imago in homine apparuit, quia sicut Deus omnibus rebus existit principium creationis, ita homo omnibus hominibus principiũ generationis. Ideo etiam ex vno homine omnes esse voluit Deus, vt dum cognosceret se ab vno esse, omnes se quasi unũ amarent. Vides igitur aurea verba literis aureis meritò describenda, ad nostrarum propositum illatiua, quòd sub vno Principe totum genus humanum debeat gubernari, vt sicut vnum est vniuersale principium in supernis scilicet Deus: ita & in terris apud Deum vnus sit Vicarius & monarcha. Quod etiam Aug. deducit in lib. quæst. veteris & noui testam. vbi sequitur. hæc imago est Dei in homine, vt unus factus sit Dominus ex quo cæteri oriuntur, habens imperium Dei, quasi Vicarius eius, quia vnius Dei habet

Deus quare non simul vir, & mulierem creauit.

Deus est omniũ principium, et homo hominũ.

Vnus vicarius.

habet imaginem. Ad quod etiam facit de pœnit. distin. 2. c. principium. vbi beatus Gregorius infert, quare Behemoth dicitur principium viarum Dei, scilicet quia nimirum, cum cuncta creās ageret, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. Originalia verba, quòd Behemoth sit principium viarum Dei, scribuntur Iob 40. & ibi Greg. in moralib. 3. De hoc ẽt scribitur Ezech. 28. ibi, sub nomine Regis Tiri. De lucifero dicitur, Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti &c. Præfatus autẽ unus Vicarius à Christo Iesu institutus est Petr[9], ut supra limpidissimè ẽ mõstratum. ergo non Petrus sub rege, sed reges sub Petri lege peregrinam vitam transigere debent sibique suisve in officio successoribus incuruari, collaq; submittere gloriẽtur, vt ĩ c. 1. de iurei. in cl.

Lucifer quomodo dicitur mon. &c.

Tertio sic, Pluralitas principatuum inducit cõfusion, ex quo concludit Aristot. vnus ergo Princeps dominatur. xi. Methaphis. sed sicut vnus est Princeps vniuersalis Deus, ita unus debet esse vniuersalis eius Dei Vicarius super terram. nam tantum est ponere plura principia, quantum ponere plures Deos, quorum utrumque hæreticum est 24. q. 3. c. Cerdoniani. extra de sũma Trinit. & fide cathol. c. 1. & c. damnamus. nam ex contrariis principiis contrarius sequeretur effectus, ex contrariis autem effectibus & operibus sequeretur destructio contrariorum principiorum, iuxta sententiam Saluatoris, Matt. 12. cum dixit Pharisæis asserentibus eum in Behelzebub principe dæmoniorũ eiicere dæmonia. Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis, Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. & si sathanas sathanam eijcit, aduersus se diuisus est. quomodo ergo stabit regnum eius. Et Luc. xi. dicit, Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. quasi dicat, sicut qui seipsum persequitur se destruit, ita diuersa principia se ipsa persequentia se destruerent. Et si velles dicere principia non diuersa omnimodo æqualia, ergo vltra unum omnia sunt superflua: superfluitas autem in naturalibus resecatur: nam frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Natura autem nihil facit frustra. 1. de cœlo & mundo, & 1. Phisicorum. Ad quod facit, quod habetur in procem. Decret. ibi, resecatis superfluis, & per glo. in c. legebatur, extra de maior. & obed. & de excess. prælat. c. cum ad quorundam

Pluralitas principatuũ inducit confusionem

rundam.& per gl.Io.And.in c.1.de summa Trinit.in clement. in glo. super verbo, vnigenitum filium. Constat autem quòd talis Vicarius est Petrus,& Petri successores, ergo non Imperator, nec alius Rex, vt supra clarè monstratum est.

Res omnes propriè Dei sunt.

QVARTÒ sic, In re sua quilibet est moderator & arbiter vt in in re mandata, C.mand.& in c.abolendæ, extra de sepult. in gl.1. sed omnia sunt Dei, quæ in mundo sunt & vbique, Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum,& vniuersi qui habitant in eo. Ex psal.88. Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti, Christus autem Deus est, quia pater & filius & spiritussanctus vnus Deus, vt supra, ergo omnia sunt Christi tanquam veri Dei, per quem omnia facta sunt. Ioan.1. Christus autem in re sua, hoc est in toto orbe terrarum principem fecit Petrum, cuius nomine per consequens omnes suos successores canonicè intrãtes, cui Petro & successoribus omnes reges terræ, principesque submissis. Quod satis solenniter prosequitur dominus Ioan. And. in ca. per venerabilem, qui fil. sint legit. §.cum enim Petrus. vers. Paulus ẽt vt plenitudinem potestatis exponeret dicens. Hic satis patet ex vi locutoris quòd Papa superest & præest omnibus, ergo & Imperatori & regibus & principibus & aliis quibuscunque. Et subsequitur ibi Io.And.dicens, Host. autem licèt fateatur se in hoc solem facibus adiuuare, quia adiectione non indiget plenitudo. 6. q.1.si omnia. hanc maioritatem & plenitudinem probat his nouẽ rationibus, ad quas præmitto quòd in Decretali vnica, supra de sacra unct. uers. refert. ipse Host. posuit dictum fratris Alexandri de ord. Minorum, scilicet ꝙ Ecclesia est multitudo fidelium, vel vniuersitas Christianorum. de consecr. dist.1.c. Ecclesia 7.q. 1. c. Nouatianus. habens duo latera. s. dextrum clericorum ministrantium, quæ ad spiritualem uitam pertinent: & sinistrum laycorũ tractantium necessaria terrenæ vitæ. Item est potestas. s. spiritualis, quæ caput habet summum Pontificem, & secularis caput habens Regem. ad hoc de æta.& quali. c.pen. 96. dist. duo. Spiritualis autem prior est temporali in tribus.

Adiectione non indiget plenitudo.

Arg. Alexan. relata per Host.

De potesta te spirituali & seculari tripliciter.

Primò in dignitate vel maioritate, in quantum spiritus maior & dignior est quàm corpus. de transl. c. 2. Vnde Abraham patriarcha, vt minor obtulit Melchisedech decimas ut maiori. Genes. 14. Benedixit etiam illi Melchisedech, ut maior facit minori. Ex

Spiritus dignior est corpore.

quo

quo dicit Apostolus ad Hebr. 7. Intuemini autem quantus sit hic, cui decimas dedit de præcipuis Abrahã patriarcha. Et infra. Sine vlla autem cõtradictione quod minus est à meliore benedicitur. Ad hoc etiam inducitur 21. dist. denique. in fi.

Secundò est prior institutione, vnde sacerdotium Melchisedech præcessit legem scriptam, de hoc de constit. translato. facit Exo. 28. cum dicit, vox Dñi ad Moysen. Porrò filius Aaron tunicas laneas parabit & baltheos, ac thiaras in gloriam & decorem, vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cũ eo, & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur mihi. Et infra c. 29. dicit, Cingesque baltheo Aaron, scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntque sacerdotes mei religione perpetua. Item per sacerdotium Deo iubente, ordinata fuit regalis potestas. 1. Reg. 8. vbi describitur, Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel venerunt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntque ei, ecce tu senuisti, & filii tui non ambulãt in vijs tuis, constitue nobis Regem, vt iudicet nos sicut & vniuersæ habẽt nationes. Et infra, Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi: non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Et infra, Dixit autem Dominus ad Samuelem, audi uocem eorum, & constitue super eos Regem. Et sic Saul vnctus fuit Rex a Samuele, qui erat sacerdos & Propheta. Et iudicauerat populũ Israel cũctis diebus uitæ suæ. 1. Reg. 7. Saul autem fuit primus Rex in Israel. 1. Reg. 9. & x. cap.

Sacerdotiũ Melchisedech præcessit legẽ scriptã.

Samuel iussu Dei dedit regem populo.

Tertiò est prior potestate, aut auctoritate, quia spiritualiter terrena instituit & iudicat, vt in d. ca. per venerabilem, in supradicto. §. & vers. dum dicit, Nescitis, quoniam Angelos iudicabitis, quanto magis secularia. verba aũt generalia sunt Apostoli dicentis. 1. ad Corinth. 6. Audet aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos, an nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicatur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis, nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia. Sæcularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum, ad uerecundiam uestram dico, & c. omnia sunt Apostoli peroptimè probantis etiam temporalia subesse sacerdotio. Et quod plus est, ipse idem Apostolus. 1.

Spiritualis auctoritas instituit & iudicat sacularia.

misſ. c.omnis. Cum tamen nullus clericus, quantumcunque minimus existens clericus & vtens clericali priuilegio alicui laico in aliquo possit personaliter subesse, de foro compet. c. si diligenti, quod patet in Cõstit. hac edictali, no. in c. clerici, de iudic. & satis habetur in c. cum non ab homine, eo. tit.

Principes saeculi dominantur saeculo sed subijciuntur presbitero vel clero.

Sextò fulcitur hoc diuersis auctoritatibus. 96. dist. cum ad verum, & c. duo sunt, de maior. & obed. c. solitę. vbi de hoc plenè, & in omnibus iuribus superius allegatis.

Septimò diuino oraculo, & auctoritate diuturna consuetudine approbata, de transl. c. quanto. ibi, non enim homo sed Deus separat quos Romanus Pontifex, qui non puri hominis, sed veri Dei uicé gerit in terris. Et infra, Non humana, sed diuina potius auctoritate dissoluit. Et supra dicitur 1. Reg. sicut testatur antiquitas, cui decreta Principum sanxerunt, reuerentiam exhibendam. Ad quod facit etiam quod habetur in c. licet, eo. tit. ibi, Qui successor est Petri, & Vicarius Iesu Christi.

Summus pontifex vicem Dei gerit in terris.

Octauò ex ui fidei. Sicut enim ponere duo principia est haereticum. 24. q. vlt. c. pen. uers. Cerdoniani. sic ponere duos generales Vicarios & sibi aequales in terris, haereticum videtur quo ad ius pertinet. Ne igitur haereticus videaris, hęc sit tua fides, quòd sicut vnus est Deus immutabilis, de sum. trin. c. 2. sic & vnus est suus generalis Vicarius in terris, cuius nauis est stabilis: nam etsi quandoque fluctuet, non tamen mergitur. 24. q. 1. c. non turbatur. & sic inferior hierarchia superiori conuenit subiacere.

Ponere duo principia est haereticum.

Nonò ratione vnitatis, quae diuisionem non recipit, 24. q. 1. c. loquitur. Igitur cum sit una Ecclesia simul collecta, unus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium. ad Ephes. 4. & in d. c. loquitur. & 7. q. 1. Nouatianus. non potest vna sponsa generalis habere, nisi vnum sponsum generalem. de praeben. cum non ignores, nec una filia nisi vnum patrē, nec vnum corpus nisi unum caput, alias esset monstrum. Haec sumpta sunt de nouella Io. And. in d. c. per uenerabilem. qui refert Hostien. ponentem ibidem supra dictas nouem rationes. & dicit quòd Host. remittit se ad not. per eundem in summa, eo. tit. §. qualiter. 1. respon. Et dicit etiam illa supplenda per ista. Ibi autem dicit Host. eo quòd iurisdictiones sunt distinctae, ut Auct. quomodo oport. Episc. in princ. collat. 1. de consecr. dist. 3. celebritatem, in fi. Non ergo Papa debet se intromittere de legitimatione quo ad haereditatem

Vnitas fidelium nõ recipit diuisionem.

tatem

De legitimatione quo ad temporalia.

tatem temporalem, sed de hoc dimittere Imperatori. 8. dist. quo iure. infra eod. lator, & c. causam. alias poneret falcem ĩ messem alienam. de elect. venerabilem, quod non est faciendũ. 6. q. 1. c. 1. Sed contra, quia Papa etiam de temporalibus se potest & debet intromittere, infra eo. c. 1. 20. q. 3. pñs. 15. q. 6. alius. 24. q. 1. loquitur. Hug. dixit quòd Imperator à solo Deo habet potestatem in temporalibus: Papa in spiritualibus, & sic iurisdictiones sunt distinctæ, vt dicunt primæ concordantiæ, tamẽ coronam recipit à Papa & gladium ab altari. 93. dist. legimus. & ante fuit imperium quã Apostolatus. Alanus & Tangr. dixerunt quòd quamuis imperium à solo Deo dicatur processisse, executionem tamen gladij temporalis accipit ab Ecclesia, quia Papa maior est, & vtroque gladio vti potest: nam & Dominus vtroque gladio vsus est, vt Moyses. ad hoc de iudic. c. nouit. & de maior. & obed. c. solitæ.

De distinctione iurisdictionum põtificalium et imperialiũ.

Ego, dicit ipse Host. iurisdictiones distinctas assero & vtrãque à Deo processisse vt dicitur in Auth. quõ opor. Episc. tamẽ quanto altera magis Deo appropinquatur; tanto maior est. Ergo sacerdotium maius est imperio. quod probatur etiam ex ordine scripturæ dictæ Auth. & sic intellige quòd non multum discrepant sacerdotium & Imperium, vt in Auth. de non alien. aut permu. reb. eccle. §. si minus. collat. 2. Non multum discrepant, scilicet quò ad principium vnde procedunt: sed multum discrepant quo ad maioritatem. Inde est quòd Episcopi caput inungitur, sed regis armus, & Episcopus crismate, Rex oleo, vt scias quòd Episcopus est Vicarius capitis nostri, idest Christi, & ut ostendatur quãta sit differentia inter auctoritatem Pontificis & Principis potestatem. de sacra vnct. c. vnico. §. vnde in ueteri testamento, & §. præcedenti. Quia quanta est differentia inter solem & lunam, tanta est inter sacerdotem & regalem dignitatem, ut supra de maior. & obed. c. solitæ, §. præterea. ad fi. Quę verba licèt per Doctores diuersimodè ponantur, tu tamen dic quòd sicut luna recipit claritatẽ à sole, nõ sol à luna: sic regalis potestas recipit auctoritatẽ à sacerdotali, non econtra, sicut etiam sol illuminat mundum per lumen quando per se non potest scilicet de nocte; sic sacerdotalis dignitas pacificat mundum per regalem, quando per se non potest, scilicet vbi agitur de vindicta sanguinis. ne cler. vel mon. c. sententiam sanguinis, & c. clericis, 23. q. 8. his à quibus. Ad quod de iudic. c. cum non ab homine, ad fi. de depos. c. 1. Vnde nec

Sacerdotiũ & imperiũ procedunt à Deo; sed maius est sacerdotium.

De vnctione capitis Episcopi & armi Regis.

De sole & luna.

superior

superior clericũ suum laico subiiciere potest, quia subijceretur persona, quod esse non potest, quia hoc non sustinet ius, vt in ca. significasti, de foro compet. Nam lex sæcularis debet seruire canonicæ, x. dist. lex. & in c. 2. de priuil. & hęc de Host. vbi supra qui etiam ibidem prosequitur suprascriptas rationes, & sic habemus tredecim argumenta.

Decimo qvartò probatur sic, in principio creauit Deus cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt. Quod August. Gen. 1. declarans propter verbum, quod scribitur Eccl. 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. & Eccl. 1. dixerat, prior omnium creata est sapientia. Dicit August. per cœlum & terram spiritualem corporalemq. creaturam intelligi, & hæc creata sunt in principio scilicet temporis. Et sic Magister sent. in 2. lib. dist. 2. dicit, omnia intelligi creata simul, videlicet Angeli tãquam spiritualis creatura, & materia quatuor elementorum confusa tanquam creatura corporalis & cœlum empireum & tempus. Et sic cum hæc quatuor fuerint creata simul, possunt omnia simul creata dici. Et tamen prior omnium creata est sapientia. Prior dico, non tempore, sed dignitate eo quòd sapiẽtiam creatam sumit pro Angelica natura, sicut & lucem, cum dixit Dominus, fiat lux & facta est lux. Licèt August. & Magister sent. in secundo, dist. 13. lucem illam intelligant spiritualem pro angelica natura tanquàm informe à principio eo quòd non formata in amore conditoris, nec non & pro corporali luce, qua dicit August. super Genes. ad literam, ꝙ lux est substantia corporea summè simplex in genere corporum, summè multiplex in efficacia. Vnde in corporibus nihil est vtili⁹, nihil communius, nihil pulchrius, nihil subtilius, nihil impassibilius, nihil velocius, nihil virtuosius. Et Magister vbi supra dicit quòd lux illa fuit corpus lucidum, quod nõ de nihilo, sed de præadiacenti materia formaliter factum est vt lux esset & vim lucendi haberet, cum qua dies prima exorta est, quia ante lucem nec dies fuit, nec nos, licèt tempus fuerit.

De creatione mundi.

De luce.

Nunc ad propositum de Angelica natura, quæ secundum Dionis. in tres hierarchias distincta est. Quarum prima suprema, secunda media, tertia infima, & quelibet tres ordines in se continet, videlicet superiores, Seraphin, Cherubin, Troni. Medij Dominationes, Principatus, Potestates. Inferiores, Virtutes, Archangeli, Angeli. Ita etiam dicit Magister in 2. sent. dist. nona. Sed vt

De natura Angelica.

dem dicit ead.dist.cum tractat, utrum omnes Angeli eiusdem ordinis sint æquales. & respondens quòd non, dicit quòd lucifer, qui fuit de collegio superiori, ipsis etiam dignior extitit, qui aliis excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur quòd si perstitisset, in ordine superiori fuisset, & etiam alijs eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut enim vnus est ordo Apostolorum, & alter Martyrum: & tamen in Apostolis alij sunt alijs digniores. Similiter & in Martyrib. alii aliis sunt superiores, ita & in ordinibus Angelorum rectè creditur esse. Et eod. lib. dist. 6. dicit quòd sicut inter bonos Angelos alij aliis præsunt, ita & inter malos alij aliis prælati sunt, & alii aliis subiecti. Quandiu enim durat mundus Angeli Angelis, & homines hominibus, & dæmones dæmonibus præsunt: sed in futuro omnis euacuabitur prælatio, vt docet Apostolus, de quo tamen longa fit disputatio, vt disserui in Tractatu de Inferno. Hinc & Daniel. x. scribitur, Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, vnde cognoscimus inter Angelos quasi esse principantes, sed super omnes vnus princeps est Deus. Similiter in ordine creaturarum rationabilium cōstituit Deus hominem vt dominaretur creaturæ suæ & disponeret orbem terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicaret, qui primus homo formatus est à Deo pater orbis terrarum, vt dicitur Sap. 9. & 10. tanquàm princeps vniuersæ terræ, cuius imperio omnia subiacerent. Similiter in ordine irrationabilium creaturarum institutum à Domino cernimus euidenter. Nam in aqua creauit Deus Cæte grandia, quasi cæteris piscibus præsidentia. In terra inter bruta animalia leonem, quasi principem ordinauit. Inter volucres aquilā. Inter elementa ignē. Inter planetas Saturnum exaltantē. Solem tamen in medio planetarum instituit, vt de plenitudine lucis eius participent vniuersa. Et sic omnia in pondere, numero, & mensura disposuit Altissimus ordinatè, vt scribitur Sap. xi. Quid plura? non pudeat nos etiā à minimis animantibus edoceri. Nam sicut ī corpore nostro caput est princeps omnium membrorum: ita, ut dicit Hierony. ad Rusticum Monachum, etiam muta animalia atque ferarum greges ductores sequūtur suos. In apibus Principes sunt & regem habēt. 7. q. 1. in apibus. Grues vnam sequuntur ordine literario. Imperator vnus, iudex prouinciæ vnus: Roma vt condita est duos fratres simul Reges habere non potuit & parricidio dedicatur.

De homine.

De Cæte et cæteris præeminentibus in natura.

In

In Rebeccæ vtero Esau & Iacob bella gesserunt. Singuli Ecclesiarum Episcopi. Singuli Archipresbiteri. Singuli Archidiaconi & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus vtitur. In naui vnus gubernator. In domo vnus dominus. In quouis grandi exercitu vnum signum expectatur. Hæc Hierony. Ex quibus si recte perspicimus, illud nobis conuenit quod Iob scribit dicens, Abundãt tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Nimirum interroga iumenta & docebunt te, & volatilia cęli, & indicabunt tibi, loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit, in cuius manu anima omnis uiuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis, Iob 12. & vt non illud compleatur in multis, quod ipse idem Iob subdit ibidem dicens, ducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem, baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum, ducit sacerdotes inglorios & optimates supplantat, commutans labium veracium & doctrinam senum auferens, effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant releuat, &c. Ecce quòd ex ordine omnium creaturarum exemplum sumimus vnum debere principari in orbe terrarum: at hunc conuenientissimè, quem nobis instituit Dominus & magister, scilicet Petrum & successores vt supra clarius est monstratum, cum ipsius Dei sacerdos personam gerat in Ecclesia. de pœnit. distin. 3. scelératior, §. his auctoritatib. vers. sed quem sacerdos. vbi sequitur, sed quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, &c.

QVINTO DECIMÒ probatur hoc ẽt ex figuris ueteris & noui testamenti, videlicet: nam sicut in prima ætate instituit Deus principem Adam tum in dominio rerum creatarum, cum dixit, Faciamus hominem. Et infra, & præsit piscibus maris, &c. Genes. 1. tum in præeminentia totius humani generis, quod erat in lumbis eius, ut sicut ex latere eius exiuit Eua formata, Genes. 2. ita ex latere Christi vnica consurgit Ecclesia diffusa per orbem terrarũ. 7. q. 1. Nouatianus. de sum. Trin. c. 1. 24. q. 1. loquitur. quam Christus sibi sponsam suo proprio sanguine acquisiuit. 93. distin. legimus. 7. q. . . suggestum. 56. distin. sponsus. Cum sit igitur sponsa Christi, ergo mater est nostra, quos peperit in fide Christi sponsi sui. 68. dist. c. vlt. de sent. excomm. alma mater, lib. 6. extra quam qui colliguntur, etiam si pro Christi nomine occidantur

Vnica Ecclesia vnico Christo consurgit extra qua non est salus.

exterminabuntur in nihilum, & minimè saluabuntur. 90. autem. neque. 1. q. 1. sic autem. & ca. extra catholicam. Et sicut post peccatum subiecit Dominus mulierem sub potestate viri, dicens, Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Gen. 3. quasi tunc in figura diceretur Ecclesiæ per verbum Dei durante sęculi præsentis vita, multiplicabuntur tibi tribulationes & angustiæ, & in tempore multiplicationum multiplicabuntur tibi filii. sicut etiam figuraliter patuit, cũ filii Israel sub Pharaonis imperio quanto magis opprimebantur, tanto magis sub pressura crescebãt. Exo. 1. cum seq. Hoc etiam Dauit propheticè decantauit Psal. 112. dicẽs, Quis sicut Dñs Deus noster qui ĩ altis habitat & humilia resp. in cæ. & in ter. suscitans à terra inop. & de ster. erig paup. Vt col. e. cum princ. cum princ. pop. sui. Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem. qui psalmus de Christo conuenienter assumptus indicat nobis, quòd postquam Christus surrexit à mortuis, Ecclesia. i. congregatio Christi fidelium, quę olim sterilis erat, multiplicatis filiis spiritualibus in domo dñi læta congaudet. Inde post baptisma gratiam acquisitã laudes dño referentes cum iubilo decantamus. Deus, qui Ecclesiam tuam nouo semper fętu multiplicas. Et de Seraphico Patre nostro, Beato Frãcisco merita recolentes oramus. Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis fœtu nouæ prolis amplificas. Simili modo Esaias propheta declarans postquam Christi passionem instruxit etiam societatem in cruce designãs, cum dixit, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccatum multorum tulit, & pro transgressoribus exorauit, vt non perirent, secundum aliam literam Esaiæ 53. volens nobis ostendere quòd post Christi passionem & resurrectionem multiplicandi forẽt filii Ecclesiæ sicut nouellæ oliuarum in circuitu mẽsæ Dñi, statim subiunxit, Lauda, alias lætare sterilis quæ nõ paris, decanta laudem & hymni. alias, erumpe & clama quæ non parturis. alias pariebas, quoniã multi filii desertę magisquàm eius, quæ habet virum, dicit Dominus Esai. 54. Vnde sicut vnica fœmina, quæ tunc sola fuit in orbe terrarum. s. Eua. sub vnici viri potestate, qui solus tunc erat similiter in orbe terrarum posita est, ita nũc vnica Christi Ecclesia quę pluralitatem non recipit, sed in vnitate concrescit, iuxta illud Cantici 6. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est

Vnica femina sicut sub vno Adam, ita vnica Christi Ecclesia sub vno Vicario.

est matris suæ electę genitricis suæ. & infra, Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? De qua etiam vnitate scribitur extra de summa Trinit. c. 1. §. vna vero est fidelium & vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. & habetur etiam in d. c. loquitur. de cuius corpore tanquam vnus ex filiis eligendus est Imperator. 24. q. 1. sed istud. & 34. q. 8. conuenior. & not. in l. fi. C. de Iudæ. Cum igitur vnica sit & vnum corpus habens sub pluribus capitibus, diuidi non debet, sed sub vno tantum integra cõseruari, sicut nec vnica mulier pluriũ subiecta fuit potestati uirorum, sed vnius tantum. Ad quod seruit extra de offi. ord. c. quoniam in plerisq; §. prohibemus autem. ibi, tanquam vnum corpus diuersa capita, quasi monstrum. de quo etiam in c. per venerabilẽ, post princ. ibi, videtur siquidem monstruosum, &c. Hoc autem caput non Rex, vel Imperator, sed summus Põtifex super omnes esse dignoscitur. 9. q. 3. aliorum. ibi, Tu es Petrus. Et infra, dum totius corporis caput esse designatur. & in c. cuncta per mundum. ibi, sacrosancta Romana Ecclesia fas de omnibus habet iudicandi. Et infra, & hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus Apostolus Dñi voce tenuit, & semper tenebit. Et quia de Romana sede dicitur, sciendum est quòd etiam voce Domini Romana sedes tradita sit Petro ꝑ capite orbis terræ. 2. q 7. c. beati Petrus & Paulus. vbi referuntur verba Ambrosij dicẽtis, quòd Petrus, & Paulus simul ad gloriam martyrij peruenerunt vno die, sub vno persecutore & in vno loco, scilicet in vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum, scilicet vt ubi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis, & vbi gentiũ principes habitabant, illic Ecclesiarum principes morerentur.

Capita diuersa in vno corpore monstrum faciunt.

Roma caput mũdi teneat orbis velut rotundi.

Nam ut in Cronicis legimus Leonis & Lini, postquàm Simon Magus Capitolium conscendens per aera euolabat demonum potestate perlatus, Petrus adiurans dæmones, ut eum corruere sinerent & amplius per aera non gestarent, per uirtutem Dñi nostri Iesu Christi statim ille corruit, & confractis ceruicibus expirauit. Ex quo Nero tunc imperans, Petrum & Paulum iussit in carceribus reseruari in custodia Mamertini sub cura militum Processi & Martiniani, quos Petrus ad fidem conuertit, qui post conuersionem carcerem aperuerunt, & Apostolos liberos dimiserunt. Petrus igitur fratrum precibus superatus abscessit. & cũ

venisset

venisset Petrus ad portam, vbi nunc dicitur Sancta Maria ad passus, vidit Christum sibi apparentem, & ait, Domine quo vadis? qui respondit, Vado Romam iterum crucifigi. Cui Petrus, Domine iterum crucifigeris? Cui Dominus, sic. Petrus ait, ergo Domine reuertar vt tecum crucifigar. His dictis discedens Dominus, vidente Petro & lacrimante, in cælum ascendit. Quod Petrus intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus, & sub crudeli Nerone crucis patibulum pro Christi amore substinuit gloriosè, de quo fit mentio in d.c per venerabilem §. cum enim Petrus. Patet igitur quòd unica sponsa Christi vnicum debet habere vnum & non plures, qui non Imperator, vel Rex, sed Papa summus Pontifex esse debet, vt in d. c. loquitur, in fi. & 97. dist.c. 1. & extra de præben.c. cum non ignores, vbi Alexander III. dicit, quòd vna Ecclesia, unius esse debeat sacerdotis, &c.

Domine quò vadis.

Decimosexto probatur sic, Summus rerũ omniũ spiritualiũ, ac temporalium opifex Deus, creator cœli & terræ, factorque visibilium omnium & inuisibilium, vt in d.c. 1. extra de summa Trin. & Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. per seipsum pro libito quos condidit in hoc sæculo rexit & iudicauit, vt in primis parentibus legimus, qui postquam de fructibus ligni vetiti comederũt, cum iudicio maledictionis & mortis de paradiso deliciarum sunt expulsi, Genes. 3. & de pœnit. dist. 1. serpens. alias §. denique. vbi dicitur, Peccato transgressionis primi parentes corrupti à Domino sunt requisiti de culpa, &c. Et Amb. in lib. de pœnit. dicit, Adam post culpam statim de paradiso Deus eiecit, non distulit sed statim separauit à deliciis, ut ageret pœnitẽtiam, statim tunica vestiuit eum pellicea non serica. Per seipsum etiam puniuit Cayn de fratricidio dicens, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos, vagus & profugus eris super terram. Gen. 4. vbi subditur. Posuitque Dominus in Cayn signum, quod Magister historiarum dicit fuisse tremulentiam capitis: fuit tamen occisus à Lamech, qui primum bigamiam introduxit, & sic adulterium contra legem Dei, & naturæ decretum fecir, qui septimus fuit ab Adã & pessimus vir sagittarius, oculis caligatus, habens adolescentẽ ducẽ, dum exerceret venationem pro delectatione & usu pellium, quia

De iudicio Dei per seipsum contra Adam contra Cain & subsequ.

De Cain.

De Lamech

quia nondum erant usus carnium ante diluuium ad indicium iuuenis sagittam dirigens inter fructeta feram extimans Cayn interfecit, ex quo iratus in adolescentem ducem, eum cum arcu percussit ad mortem, vnde suis vxoribus dixit, Adę & Sellæ, occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuore meo. Et cum vxores suæ eum sæpe male tractarent, ad terrorē dicebat eis, grauius punietur qui me interfecerit, quā ego qui interfeci Cayn. tex. autem dicit, septuplum vltio dabitur de Cayn, de Lamech verò septuagies septies. Dicit glo. quia Lamech septimus fuit ab Adam, Magister historiarum dicit, cum peccatum Cayn punitum esset septuplum. s. in septima generatione, vt dictum est, peccatum Lamech punitū ē septuagies septies, quia septuaginta septē animæ egressæ de Lamech in diluuio perierūt. Vel hoc numero maioritatem tantum pœnæ not. Hebręus. Et sic patet quòd per totam primam ætatem, quæ durauit secundum septuaginta Interpretes, duobus milibus ducentis septuaginta quatuor annis, licèt Hierony. dicat quòd non fuerint plenè duo milia: attamen pro eo tempore vsq; ad diluuium Dn̄s per seipsum orbem iudicauit, malefactores puniēs, iustosq; conseruans, & immittens diluuiū submersit omnes, Noe cum sua familia, hoc est octo duntaxat animabus rationalibus reseruatis. Et ex tunc Noe, qui fuit decimus ab Adam cunctorum cura committitur regendorum, & summū pontificium figuraliter designatur, cum Noe committitur arca fabricanda, atq; postmodum gubernanda, Genes. 6. Sicut igitur arca, quæ Ecclesiam figurabat, commissa fuit vni, ita ipsa Ecclesia vniuersalis & catholica, vni committenda est summo Pontifici tā quam alteri Noe, vt dicit Greg. 35. Moral. in eo quod assimilat Eccl. arcę Noe, dicens, Sola est quæ intra se positos ualida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora substulit. Omnes autem, quos extra arcam inuenit, extinxit. Hunc etiam tex. Gratian. adducit 24. q. 1. c. quia ex sola catholica Ecclesia. Nam in eo quod mādat Dn̄s Noe ex omnibus generibus animātium mundorum & immundorum atque volatiliū in arcam immitti cum familia Noe, denotat Noe Principem institutum à Dn̄o super omnia, quæ erant in vniuersa terra. Qua de re dixit ei Dominus, Egredere de arca tu, & vxor tua, filii tui, & vxores filiorum tuorum tecum, cūctaq; animantia quæ sunt apud te. Et infra, ædificauit autem Noe altare Dn̄o & tollens de cūctis pecoribus

Duratio primæ ætatis.

De secunda ætate.

Arca Noe figurabat Ecclesiam Christi.

coribus & volucribus mundis obtulit holocausta super altare, odoratusque est Dñs odorem suauitatis. Genes. 8. Et sic patet Noe officium exercuisse sacerdoti conueniens, dum super altare sacrificium obtulit acceptabile coram Deo, sicut Abel sine altare, vt supra diximus. Denique in tertia ętate superuenit Abraham, cui dixit Dñs, egredere de terra tua. Et infra, faciamq; te in gentem magnam & benedicam tibi. Et infra, atque in te benedicētur vniuersæ cognationes terrę. Genes. 12. quasi diceret, vniuersæ cognationes terrę subiicietur semini tuo, sicut postea in oblatione Isaac dictum est sibi, & in semine tuo benedicētur omnes terræ, Genes. 22. & nota quòd Abraham dicitur fuisse primus presbiter in mũdo. 84. dist. c. si. vbi Anacletus Papa dicit, Nullus prius appellatus est presbiter, id est senior, nisi Abrahã, vbi aduertẽdum quòd si habeatur respectus ad oblationem sacrificii, nõ fuit primus Abrahã qui obtulit, sed Cain. Gen. 4. licèt sacrificium Cain non fuerit acceptum coram Dño, sed sacrificium Abel fratris sui. Et inde dicimus quòd primum sacrificium acceptabile Dño obtulit Abel, Gen. 4. & respexit Dñs ad Abel & ad munera eius: ad Cain verò & ad munera eius, non respexit.

De tertia ætate.

Abraha promissa & benedictio omnium nationum.

Præterea nõ fuit Abraham primus, qui ædificauerit altare Dño sed Noe. Genes. 8. nec fuit Abraham primus qui cœperit inuocare nomẽ Dñi, sed Enos. Gen. 4. i fi. & supra tetigim⁹. Nec fuit Abrahã primus sacerdos, sed Melchisedech Rex Salem, qui benedixit Abrahæ, & Abrahã decimas ei soluit, Genes. 14. de quo Apostolus longum sermonem texuit ad Heb. 7. & ad eius commendationẽ inquit, Intuemini autem quantus sit hic, cui decimas dedit de præcipuis Abraham patriarca. Abraham igitur secundũ Hierony. primus præsumpsit prænunciare Deum vnum creatorem & vnum cũctorũ esse, & opiniones quas cæteri habebant de eo innouare & immutare præualuit, quod etiã refert Pet. in historia scholastica de aduẽtu Abrahę in terram Chanaam. Non igitur intelligit Anacletus Abraham fuisse presbiterum eo modo quo intelligimus presbiterum sacerdotem, sed dicit eum presbiterum. i. seniorem, non tantum respectu ætatis, quãtum respectu sapientię & maturitatis. unde subdit ibidem, Non ergo propter decrepitam ætatem vel senectutem, sed propter sapientiam presbiteri nominati sunt. Dicitur etiam presbiter secundum Papiam, propter honorem & dignitatem, licèt presbiter etiam sacerdos nominetur: nam qui sacerdotes

Abraham an fuerit presbiter & qs fuerit prim⁹ sacrificãs in altari.

De Melchisedech.

tes in veteri testamento vocabantur, hodie presbiteri sunt appellati. & infert Papias, non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam, quod si ita est, mirum est cur insipientes instituantur. De hoc etiam dicit Isid. Etymol. lib. 7. c. 12. & tractatur 21. dist. c. 1. vers. presbiter. Nos autem secundum nostrum idioma, possemus interpretari presbiter, quasi præbens iter: sicut dicimus sacerdos, quasi sacra dans, siue sacra dos, quia sacramenta diuina conficit & ministrat. Nam apud Gentiles, sacerdotes flamines vocabantur, quasi filamines, à filo, quo capita ligabant cum pileum sacerdotalis eminentiæ propter æstum ferre nequibant. Abraham igitur ex opere presbiter & sacerdos potuit reputari, quia sacerdotis officium & ministerium extitit pluries prosequutus: nam trib. uicibus ædificauit altare Dño, vt scribit Moyses Gene. 12. & 13. Ipse etiam vocatus est à Dño Abraham, idest pater multarum gentium. Gene. 17. dixitque ei Deus, Ego sum & pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium, nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te, faciamque te crescere vehementissime & ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur. Ex quibus verbis Princeps populi institutus videtur à Domino, nam post hæc circuncisionis legem suscepit in pactũ, suisque posteris tradidit obseruandam. Gen. 17. Masculus, cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima sua de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. & infra, Abraham nonaginta nouem annorum erat, quando circuncidit carnem præputij sui, & Ismael filius eius tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ. eadem die circuncisus est Abraham & Ismael filius eius & omnes uiri domus illius tam vernaculi quàm emptitij, & alienigenæ pariter circuncisi sunt. Cum igitur Abraham legem prędictam subditis dederit, quòd Principis est, vt in l. 1. & per totum. C. de const. Princ. & l. 2. §. hoc autem. C. de vet. iu. enu clean. ergo patet Principem fuisse institutum a Domino, quia de mandato Dei legem suscepit & tradidit, vt supra dictum est. Officium etiam sacerdotis exercuit, quando audita voce Domini, vt immolaret & offerret filium suum Isaac, iterum ædificauit altare & desuper ligna composuit colligans filium suum, & in altari collocans super struem lignorum, extenditque manum & arripuit gladium vt immolaret filium suum. quod cum nõ pla

Abraham quomodo presbiter appelletur et princeps.

Abraham legem circuncisionis accepit.

ceret Altissimo, arietem inter vepres hærentem obtulit in holocaustum pro filio, Gen. 22.

De Isaac & Rebecca. Post hæc, cum Isaac filius Abrahæ accepisset vxorem Rebeccam, quæ concepit duos filios, qui collidebantur in vtero eius, cui oranti reuelatum est, duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior minori seruiet, Gen. 25. Cuius reuelationis intelligentia patet, quia populus gentilis, qui erat minor respectu diuini cultus, Iudaicum populum maiorē in cultu Dei pro tunc viriliter superauit, & sic etiam hodie maior seruit minori, eo quòd Iudæi serui sunt Christianorum. 45. dist. qui sincera, secundum Archid. ibi, qui allegat 24. q. 3. §. sed qui. 23. q. 8. dispar. & extra de Iudæ, c. etsi Iudæos. nam sic in geminis filiis patuit, quia Esau tanquàm seruus submissus est à patre scilicet Isaac, Iacob fratri suo. Gene. 27. Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius serui tuti illius subiugaui, hoc dixit Isaac ad Esau, &c.

De quarta ætate tempore Moisi qui fuit sacerdos & Princeps populi. Adueniente autem quarta ætate Moyses institutus est Dux & Princeps super populum Dñi, nam postquam Ioseph venditus fuit à fratribus, Gen. 37. Constitutusque Princeps Ægypti, Genes. 41. Recognitusq; à fratrib. Gen. 45. Et aduenīēte patre cum omnibus filijs & tota familia & quibuscunque bonis mobilibus & supellectilibus, dixit Rex Pharao ad Ioseph, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te, terra Aegypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac habitare eos. Gen. 47. Cumque mortuus esset Iacob & Ioseph, atque Pharao, surrexit interea Rex nouus super Aegyptum, qui oppressit filios Israel & afflixit nimis, sed prouidit eis Altissimus per Moysen seruum suum assumptum ex aquis de fiscella scirpea per vnā ex ancillis filiæ Pharaonis Regis Aegypti, qui nutritus & auctus pro filio filiæ Pharaonis: & postquàm recepit uxorem filiam Ietro sacerdotis, Madian, apparuit ei Dominus in flāma ignis de medio rubi. Exo. 3. cui ait Dominus, Clamor filiorum Israel venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Aegyptiis opprimuntur, sed veni, & mittā te ad Pharaonē, vt educas populum meum filios Israel de Aegypto, & sic institutus est Princeps. Exo. 3. Traditaque est sibi potestas tāquam sacerdoti miracula faciendi, Exo. 4. cui etiam dedit Dominus Aaron germanū suum in coadiutorem & socium, & vterque sacerdotium adeptus est.

Moyses erat sublimior Aarō. Moyses tamen principalis erat vt patet ex verbis Domi-

ni

ni dicentis ad Moysen; loquere ad Aaron fratrem tuum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis, ipse loquetur pro te ad populum & erit os tuum, tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Exo. 4. Præterea non Aaron, sed Moyses audiuit à Domino, ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Exo. 7. Præterea communiter & vicissim Moyses audiebat responsa Domini, & nō Aaron, vt patet per totum Pentateuchum post finē Genesis. Præterea Aarō & Hur filius Chaleb sustentabant manus Moysi ex vtraque parte; quasi ministri, cum Moyses oraret ad Dominum pro victoria Israel cōtra Amalech, Exo. 17. Præterea Moyses principaliter iudicabat populum qui assistebat Moysi de mane vsque ad vesperam, quod cum uidisset Ietro ait Moysi, stulto labore consumeris, & tu & populus iste, qui tecum est, vltra vires tuas est negocium, solus illud non poteris sustinere, sed audi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent: & infra, prouide autem de omni plebe viros potētes & timentes Deum, in quibus sit veritas & qui oderint auaritiam, & constitue eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent, leuiusque tibi sit partito in alios onere, Exo. 18. Vnde colligimus quòd Papa uocatus sit in plenitudinem potestatis, cęteri autem Episcopi in sollicitudinis partem, vt beatus Greg. scribebat omnib. per diuersas prouincias dicens, Decreto nostro vestrā rogantes charitatem mandamus. & infra, Sed si quid, quod absit, graue intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura, vt nihil prius de eo qui ad sinum Ecclesiæ sanctæ Romanæ confugerit, & eiusdem imploret auxilium decernatur, quàm ab eiusdē Ecclesiæ fuerit auctoritate præceptum. quæ vices suas ita aliis impartitur Ecclesiis, vt in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. 2. q. 6. c. decreto nostro. quod etiam Iulius Papa scripsisse refertur ead. cau. & q. c. qui se scit. ad quod etiam faciunt not. in c. maiores, extra de baptis. & eius effec. Sicut igitur Moyses electis viris strenuis de cuncto Israel constituit eos Principes populi, qui quicquid grauius erat, referebant.

Moyses Deus Pharaonis.

Papa habet plenitudinem potestatis.

bant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Exo. 18. Ex quo patet quòd ipse Princeps Principum & super omnes erat, sicut & Papa summus Pontifex omnibus debet esse prælatus, vt in d. c. solitæ, de mai. & obed. & in d. c. per venerabilem, qui fil. sint leg. cum simil. iuribus superius allegatis. Et quòd Moyses fuerit summus sacerdos, satis diximus supra in prima parte, versic. primus qui ædificauit tabernaculum, &c.

De monte Synai, quid significet.

Præterea tanquàm summus sacerdos ascendit Moyses in montem Synai, & de mandato Domini imperauit populo, ne montē ascenderent, nec tāgerent fines eius, subdens, Omnis enim qui retigerit montem, morietur; manus non tangent eum, sed lapidibus obruetur, aut confodietur iaculis, siue iumentum fuerit siue homo, non viuet. Exo. 19. quasi tunc dixerit, si quis præsumpserit super montem diuinæ dispositionis ascendere quantum ipsa dispositio diuina decernit, morietur morte, uidelicet æternali, tanquàm vsurpare tentans, uel superare cacumen & verticem summi montis, scilicet plenitudinē potestatis summi p̄sulis Romani Pontificis. Ex quo Gregorius dicit, Nulli fas est vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, vel nostræ dispositionis ministerium, quod uestram sequi oportet charitatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus quisquis Apostolicis voluerit cōtraire decretis. 19. dist. c. nulli. vbi glo. dicit, quòd quicunque dixerit Romanam Ecclesiam, non esse caput, nec posse condere canonem, ille est hæreticus. 22. dist. c. 1. vbi Dioscorus Alexandrinus antistes damnatus fuit eo quòd præsumpserat excommunicare sanctum Papam Leonem, &c.

De lege Moysi & eius Imperio & gladio temporali.

Prætere a Moyses tanquam Princeps sacerdotum & populi, legem suscepit à Domino populisq; tradidit obseruandam, Exo. 20. & seq. vbi etiam pro multis maleficiis pœna mortis imponitur. Ex quo patet quòd tradita sit Moysi potestas gladii temporalis, cui etiam dixit Dominus, Maleficos non patiaris viuere. Exo. 22. de quo 23. q. 5. reos. §. hic apparet. Præterea talem auctoritatem exercuit Moyses non manu, sed imperio, quando de monte descendens reperit populum adorasse vitulum conflatilem. Iratusque valde confregit tabulas, & ait, Si quis est Domini iungatur mihi, congregatique sunt ad eum omnes filii Leui, quibus ait, hæc dicit Dominus Deus Israel, ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite de porta vsque ad portam per

medium

medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem & amicũ, & proximum suum, feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, cæciderunque in die illo quasi viginti tria millia hominum, & ait Moyses, Consecrastis manus vestras hodie Domino vnusquisque in filio & fratre suo, vt detur uobis benedictio, Exo. 32. Porro Moyses & Aaron de tribu Leui fuisse patet Exo. 2. & 4. de qua tribu assumptum est sacerdotium, Exo. 28. vbi dixit Dominus ad Moysen, Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorũ Israel, vt sacerdotio fungãtur mihi. & Exo. 29. Commisit Dominus Moysi vt vngeret Aaron & consecraret eum & imponeret sibi & filiis suis mitras & essent sacerdotes Domini religione perpetua. Ex quibus patet Moysen institutũ fuisse Dominum in spiritualib. & temporalibus. 23. q. 3. §. quod autem, & 23. q. 5. §. hic apparet. & §. si non licet. & de pœnit. dist. 1. c. periculose. & de pœnit. dist. 2. §. item obijcitur. & §. opponitur, & ibi multa de gestis, & laude Moysi, & de eius sacerdotio per glo. & Archid. 66. dist. porrò. & de consec. dist. 1. in princ. 22. dist. c. 2. & 77. dist. c. in veteri. in glo. vlt. vbi Archid. dicit quòd Moyses & Aaron non possent hodie conferre ordinẽ in prima forma, quia sacerdotium ablatum est ab Hebræis, & translatum est in Petrum & alios Apostolos & successores, vt dicit Aug. super epistolam ad Hebræ. 7. vbi etiam Apostolus dicit, Translato enim sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. & subinfert de Christo intelligi illud Psal. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Et infra, Hic autem scilicet Christus eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. De hac etiam translatione satis dicit August. super Luc. vbi tractatur de decem leprosis. Luc. 17. vbi ad propositum dicit August. Sacerdotium verò Iudæorum nemo ferè fidelium dubitat figuram fuisse futuri sacerdotij, & regalis, quod est in Ecclesia, qua omnes consecrantur pertinentes ad corpus Christi summi & veri Principis sacerdotum. ad quod etiam extra de constit. ca. translato. 2 q. 7. §. his ita. vers. hinc est quòd Hierony. & Specul. tractat in tit. de æta. & qualit.

Moyses Dominus in temporalibus & spiritualib.

De translatione sacerdotij.

Præterea Moyses tradidit formam & legem sacrificiorum ex reuelatione Domini ædificans tabernaculũ & altaria cũ omnibus ornamentis tabernaculi & sacerdotum, vt patet in lib. Exo. à 25. c. & successiuè. & in lib. Leui. per totum. & quod maius est, sicut præcipiebat

Forma & lex sacrificiorum.

cipiebat Moyses, ita Aaron & filii eius hostias immolabant. Leuit. 9. Imo cum Nadab & Abiud filii Aaron ignem alienum thuribu lis imposuissent, & incensum offerrent, quod eis præceptum non erat: ignis egressus à Domino deuorauit eos, & mortui sunt. Leu. x. & agitur de pœnit. dist. 5. quia omne. & §. non peccatet. vers. ignis alienus. Et sic ostendebat Dominus indignationem suam, si Moysi non pareretur imperio, quod clarius patuit in rebellione Chore & Dathan & Abiron filiorum Elyab, qui erant etiam de tribu Leui, & cum obedire nollent Moysi, disrupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia. descenderuntque uiui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis, sed & ignis egressus à Domino interfecit ducétos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron dicens, vos interfecistis populum Domini. Et cum Moyses & Aarõ fugissent ad tabernaculum fœderis, & orassent ad Dñm, percussi sunt ex incendio quatuordecim milia hominum & septingenti absque his, qui perierant in seditione Chore. Num. 16. Et si mitior videatur hodie diuina clementia, ostendit tamen cum libet suam potentiam, sicut ad vocem Petri, Simon magus euectus per aera à dæmonibus derelictus ruens crepuit, & Ananias & Sapphira vxor eius increpationem Petri de fraude, quã cõmiserant audientes, mortui ceciderũt, Act. 5.

De iudicio Dei contra rebelles Moysi.

De rebellibus Petro peremptis.

Præterea cũ fornicatus esset populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua: at illi comederunt & adorauerũt Deos earum, initiatusque est Israel Beelphegor & iratus Dominus ait ad Moysen, Tolle cunctos principes populi & suspende eos contra solem in patibulis, dixitque Moyses ad iudices Israel, occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor & Phinees filius Eleazari filii Aarõ sacerdotis, arrepto pugione perfodit virum & mulierem se pariter cõmiscentes, & occisi sunt viginti tria millia hominũ. Num. 25. circa quod pulchre tractat Greg. 20. Moral. dum dicit, Intueri libet in Moysi pectore. misericordiam cum seueritate sociatam. & quæ referuntur etiam in decretis 45 dist. c. disciplina.

Vltio de Moab.

Præterea volens Deus vlcisci peccatum Madianitarum, commisit Moysi dicens, Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, statimq; Moyses iussit armari mille viros de singulis tribub. i. duodecim.

Vltio de Madianitis.

çim millia expeditorum ad pugnam, quos misit Moyses cum Phi nees filio Eleazari sacerdotis, cumque pugnassent contra Madia nitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, & Reges eorũ quin que, Balaam quoque filiũ Beor interfecerunt gladio, ceperuntque mulieres eorum & paruulos, & quicquid habere poterant depopulati sunt. iratusq; Moyses ait, cur fœminas reseruastis? nõne istæ sunt quæ deceperũt filios Israel ad suggestionem Balaam? ergo cũctos interficite, quicquid generis est masculini etiam paruulos, & mulieres, quę nouerunt viros in coitu iugulate, puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis. & inuentæ sunt sexus fęminei quæ nõ cognouerunt viros, triginta duo millia, Num. 31. ex quo numero puellarum coniecturari potest quàm magna fuerit multitudo interfectorum. & quod talis occisio vigore iustitię licita sit, siue ex diuino imperio, siue ex commissione superiorum, satis habetur 23 q. 5. ca. quid ergo. & c. reos sanguinis. §. hic appa ret. & §. itẽ Moyses. & c. de occidendis. & c. si non licet. & c. miles. & c. cum homo. & per totum vsque ad finem quęstionis.

Præterea postquam mortuus est Aaron anno quadragesimo egressionis filiorum Israel de Aegypto, mẽse quinto, prima die mẽsis, cum esset annorum centum viginti trium, Num. 20. non minus Moyses impetrauit, mandauitque filiis Israel ex parte Dei, vt Leuiis de possessionibus suis darent vrbes ad habitandum & suburbana earum per circuitum, vt ipsi in oppidis manerent, de quibus sex erant in fugitiuorum auxilia separata, vt fugeret ad ea qui fuderat sanguinẽ, & sic consignata fuerũt quadraginta octo oppida cum suburbanis suis. debebãt aũt profugi, exules manere in prædictis oppidis, durante vita magni sacerdotis & pontificis eius temporis, Num. 36. & sic saltẽ Tribus Leui partem obtinuit in possessionibus filiorum Israel, licet primo iussum fuerit decimas sibi dari atque primitias, quibus solis deberent esse contenti. Num. 18 dixit Dominus ad Aaron, in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partẽ inter eos: ego pars & hæreditas tua in medio filiorũ Israel, filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis ĩ possessionẽ pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. & infra, Nihil aliud possidebunt decimarũ oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Quę verba Gratianus videtur intelligere 13. q. 1. his ita respondetur. quod ideo ex singulis tribubus ciuitatis ad habitandum acceperint & vnaquæque Tri-

De decimis & reditib. Leuitarum.

bus

bus illis persolueret decimas qui secum erant: nam ut supra dixit, nõ accipiebãt filii Leui decimas, nisi ab his pro quibus offerebant preces & sacrificia. Hoc etiam clarum videtur quod non habuerint aliam partem in tribubus nisi domos ad habitãdum, in quibus etiam decimas perciperent ex verbis Moysi, Deut. 14. vbi præcipitur Leuitis soluere decimam, quia non habent aliã partem in possessione. & bis hoc ibi repetitur.

Præterea eadem verba posuit Moyses Deut. 12. vbi dicit Leuites qui in uestris vrbibus commorantur, nec enim habent aliam partem & possessionem inter vos. & Deut. 18. dicit de primitiis, si exierit Leuites de una vrbium tuarum & contra partem ciborum eandem accipiet quam & cæteri, excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur. Vnde uidetur dicendum ex pręmissis, quę uidentur aliqualiter aduersari, quòd verum est quod in diuisione terrę promissionis non debuerunt partem petere vel habere Leuitæ cum alijs tribubus, sed pro parte sua decimis debuerunt stare contenti. Si tamen offerebatur uel dabatur alio iusto titulo, bene poterant recipere & possessiones habere. quomodo enim aliter intelligeretur quod supra dicitur, excepto eo quod in vrbe sua, ex paterna ei successione debetur. Quomodo etiam aliter sanè posset intelligi quod scribitur Leuitici vltimo, quòd ad iudicium sacerdotis æstimationem soluat, qui Deo spoponderit animam suam si non potest soluere pretium ibi taxatum. Quomodo etiam sanè posset intelligi alio modo, quod qui uouerit animal immundum, quod immolari non potest statuto pretio per sacerdotem, si is qui offerre voluerit animal addet super æstimationem quintam partem, & sic de domo & de agro vel alia possessione. dicitur enim ibi, possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum. & infra, omnes decimę terræ, siue de frugib. siue de pomis arborum Domini sunt & illi sanctificati. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum omnium decimarum. Et sic patet ex prędictis quod ea quæ offerebantur, vel iusto pretio donabantur, licitè recipere poterãt & habere. Nec obstat quod dicatur duo inesse præcepta, unũ affirmatiuũ, aliud negatiuũ: affirmatiuũ videlicet de decimis soluendis, negatiuum autem de possessionibus non habendis. & quod affirmatiuum obligat semper, sed non ad semper, negatiuum verò obligat semper & ad semper, quia benè confiteor regu

lam

lam esse verã, nego tamẽ hoc esse de illis pręceptis negatiuis, quę obligant semper & ad semper, sicut sunt pertinẽtia ad naturales mores, sicut circa Deum siue circa proximũ, vt nõ habebis Deos alienos, vel non occides & similia, de quibus Exo. 20.

Præterea nec etiam regula est ita pertinaciter intelligẽda, quin ex diuina dispensatione licitum possit esse contrarium, sicut clarissimè patet de præcepto, non occides, contra quod tamen toties ex diuina dispensatione licitè agitur, quoties iustè & rationabiliter occiditur malefactor. 23. q. 5. per totum, vt supra diximus. Et notandum quod præcepta pertinentia ad diuinitatem in eo quod sunt moralia, sunt indispensabilia etiam per ipsum Deum, quia dispensare contra talia esset dispensare contra se ipsum Deum: & dispensare contra seipsum, esset se ipsum priuare diuinitate & gloria diuinitatis suæ, quod est impossibile & absurdissimum. Vnde indispensabile est, non habebis Deos alienos: Non assumes nomẽ Domini Dei tui in uanum: & in eo quod est morale sanctificare diem septimum. nam licèt sit facta immutatio eius quod est ceremoniale, scilicet diei sabbati, nõ tamen est facta dispensatio eius quod est morale, scilicet sanctificare: nam non sanctificare esset contra Deum de directo, qui Sanctus sanctorum est, sanctificans omnes sanctos, imo solus Deus est principaliter & per se ipsa sanctitas in abstracto. Vnde Leuitici 20. dicit Dominus, Sanctificamini & estote sancti, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester. & infra, Eritis sancti mihi, quia sanctus sum ego Dñs & separaui uos à cæteris populis vt essetis mei, & Leu. 19. dicit, Sancti estote quia ego sanctus sum. & Leu. 21. in fine dicit, Ego Dominus qui sanctifico eos. & Leui. 22. similiter dicit ante medium & in fine c. Quæ autem sunt ad hominem pertinentia, siue sint affirmatiua siue negatiua, bene sunt dispensabilia, vt dicit Bernardus in tractatu de dispensatione & præcepto. & D. Bonauen. in primo sent. dist. 47 problemate 4. similia tangit & decidit dum quærit, vtrũ Deus possit mala præcipere. & determinat quod id quod est malum in se & secundum se, prout est deordinatio de directo cõtra Dominum, id nõ potest Deus pręcipere, & sic nec dispensare secundum id quod est malum in se, sed non secundum se, prout deordinatio contra proximum, hoc bene potest Deus præcipere, & sic per consequens dispensare. Patet autem per negatiuũ de quo loquimur, videlicet in terra eorum nihil possidebitis &c. ut supra. Nec

morale est, quia nihil possidere vel nihil habere, ad mores de necessario non concludit, nec hoc ad Dominum pertinet sed ad se ipsum non habentem, uel saltem ad proximum, vt quod non habenti deest accrescat habenti, ergo contra dixit Dominus Num. 35. Ipse quoque vrbes, quæ dabuntur ex possessionibus filiorũ Israel ab ijs qui plus habent plures auferentur, & qui minus pauciores, singuli iuxta mensuram hæreditatis suæ, dabunt oppida Leuitis. Et sic patet quòd tale negatiuum non habet perpetuam prohibitionem. Cum etiã Leuit. 25 scribatur. Aedes Leuitarum quæ in vrbibus sunt semper possunt redimi, si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuiticarum, pro possessionib. sunt inter filios Israel, suburbana autem eorum nõ væneant, quia possessio sempiterna est. Ex quo patet non strictum nec præcisum vel incommutabile fuisse præceptum quòd solis decimis perpetuò deberent esse contẽti & amplius nihil haberent. quod etiam tempore Neemiæ satis legimus fuisse mutatum Neemiæ 10. siue 2. Esd. 10. ibi, sortes ergo misimus super oblationem lignorum inter sacerdotes & Leuitas & populos vt inferrẽtur in domũ Dei nostri. & infra. Et vt offerremus primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni, & primitiua filiorum nostrorum, & pecorum & primitiua boum nostrorum & ouium nostrarum vt offerrẽtur in domo Dei nostri sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri. & infra. Et decimam partem terræ nostræ Leuitis, ipsi Leuitæ decimas accipiant ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum, erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri ad gazophilatium in do. &c. Ex quibus verbis patet quòd decimas soluebant, non solum prædiales, sed etiam personales & mixtas, nec non & primitias omnis laboris eorum. De quibus satis expeditum est hodie extra de decimis. c. ad Apostolicę, &c. pastoralis. & c. commissum. & c. cum sint homines, & c. tua nobis, cum multis concordantiis decretorum & decretaliũ, vi. & clementinarum. Pro præsenti autem sufficiat enodare quòd etiam Leuiticis licuit habere possessiones, modis supra dictis, sicut & hodie, videlicet clericis & sacerdotibus nostri temporis.

Tempore Neemiæ soluta fuerũt decima de fructibus terræ de bestijs & de operibus, &c.

Præterea hoc fortius comprobatur. 1. Paralip. 6. c. vbi filiis Leui & Aaron, consignatæ fuerunt vrbes & suburbana quæ eis

forte

sorte contigerunt, dederunt quoque filii Israel Leuitis ciuitates & suburbana eorum, dederuntque per sortem ex tribu filiorum Iuda &c. ibi satis.

Præterea recensuit Dauid familias Leuitici generis & electis Principibus ait, Vos qui estis Principes familiarũ Leuiticarum sanctificamini cum patribus vestris & afferte arcam Domini Dei Israel, ordinauitque constitui cantores in organis musicorum na. videlicet & liris & cimbalis vt resonarent in excelsum sonitus letitiæ, de quo satis habet primo, Peral. 15. & 16. c. Salomone quoque Rege coronato, per patrem numerati sunt Leuitæ à viginti annis & supra, & inuenti sunt triginta octo millia virorum primo, Paralip. 23. & successiue. Adueniente quoque tempore Ezechiæ regis, renouatoque solemniter celebri cultu diuinæ laudis & solemnitate Paschali, demolitisque simulacris idolisque confractis præcepit Ezechias rex populo habitantium Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis vt possent uacare legi Domini. quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulerunt primitias filii Israel, frumenti vini & olei mellis quoque & omnium quæ gignit humus decimas obtulerunt. Sed & filii Israel & Iuda qui habitabant in vrbibus Iuda obtulerunt decimas boum & ouium, decimasque sanctorum quæ vouerant Domino Deo suo, atque vniuersa portantes fecerunt aceruos plurimos, secundo Paralip. 31. & infra, Dispositi erãt viri qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino de sacerdotibus & Leuitis. Ex quibus etiam patet triplices prædictas decimas atq; primitias & oblationes fuisse solutas, & sic plura quàm decimas habuerunt. Commendatur etiam Tobias qui etiam in captiuitate detentus omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerebat. Tob. primo c. Ad hoc etiã exhortatur filius Sirach dicens Ecclesiastici 35. bono animo gloriam redde Deo & nõ minuas primitias manuum tuarum, in omni dato hilarem fac vultum tuum & in exultatione sanctifica decimas tuas.

De decimis mixtis.

Præterea licet primitias & decimas Dominus etiam se requisiturum diceret, Ezechiel 20. & licet ipse Ezechiel referat verba Domini, Ezech. 44. dicens, non erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum, & possessionem nõ dabitis eis in Israel: ego enim sum possessio eorum, victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent & omne uotum Israel ipsorum erit & primitiua omniũ

De possessionibus Leuitarum. primogenitorum & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur sacerdotum erunt. & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti vt reponat benedictionem domui suæ: attamen satis in subsequentibus vltra prædicta ex diuina reuelatione subinfert ampliando dicens, Ezech. 45. Cumque cœperitis terram diuidere sortito separate primitias Domino sanctificatum de terra, longitudine 25. milliaria, & latitudine decem milliaria, sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum & erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos quadrifariam per circuitum & quinquaginta cubitis in suburbana eius per girum & à mensura ista mensurabis longitudinem vigintiquinque millium & latitudinem decem millium, & in ipso erit templum sanctumque sanctorum sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij qui accedunt ad ministerium Domini, & erit eis locus in domos, & sanctuariũ sanctitatis. 25. autem millia longitudinis & decem millia latitudinis, Leuitæ qui ministrant domui, ipsi possidebunt gazophilatia viginti & possessiones ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis uigintiquinque millia secũdum separationem sanctuarii omni domui Israel Principi quoque hinc & inde &c. Patet igitur expressissime ꝙ alia quàm decimas habuerunt, quod etiam obseruatum est tempore Machabeorum, vt habetur primo Machab. 10. vbi etiam statutũ est tributa dari sacerdotibus per regem Demetrium, qui in sua epistola dixit, & Hierusalem sit sancta & libera cum finibus suis & decimæ & tributa ipsius sint. remitto et potestatem arcis quæ est in Hierusalem & do eam summo sacerdoti vt constituat in ea viros quoscunque ipse elegerit, qui custodiant eam. & infra, & tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur vt sint sub vno & non obediant alij potestati nisi summi sacerdotis. Ptolemaida & confines eius, quas dedi donum sanctis qui sunt in Hierusalem ad necessarios sumptus sanctorum, & ego singulis annis dabo quindecimmillia siclorum argenti de rationibus regis quæ me contingunt. & super hæc quinque millia siclorum argenti quæ accipiebant de sanctorum ratione, per singulos annos, & hæc ad sacerdotes pertineant qui ministerio funguntur &c. Hæc autem promissio facta est Ionathæ summo sacerdoti qui non ob hoc renuit ꝙ sibi nõ liceret accipere: sed quia nõ confidens de Demetrio adhæsit Alex.

Rex Demetrius statuit tributa sacerdotibus elargiri.

de quo plenè confidebat, obediebant tamen Ionathæ & suis determinationibus annuebant. 1. Machab. 11. & 12. Cum igitur tale negatiuũ vt asseritur præceptum (si præceptum dici debet) videatur pluries immutatum: affirmatiuum verò stabile perseueret cum nusquàm inuenies reuocatum. Ergo quod non mutatur cur stare prohibetur? C. de testam. l. sancimus, & C. de appellat. l. præcipimus. Quinimo cum Christus dicat, Non veni legem soluere, sed adimplere, Matthæi 5. Quare igitur etiã hodie excusari possint qui decimas non exoluunt? licèt clerici possessiones obtineãt quibus etiam hodie id moraliter prohibetur, quod & Leuiticis cõstat prohibitum extitisse. scilicet auaritia, cupiditas, vel inhiatio ad temporales possessiones ampliandas.

Quod non mutatur, &c.

Præterea etiam hodie nullam immobilem possessionem obtinẽt absolute tanquàm propria quæ sit Ecclesię, cum nec faciliter à se valeant abdicare. extra de reb. Eccl. non alie. c. nulli liceat. & per totum. & in c. 3. extra de præbendis.

Præterea cum quicquid eis superest sit pauperibus erogandũ, vt dicit Hieronymus ad Nepotianum, & habetur in decretis 12. q. 2. c. aurum habet Eccl. & c. gloria Episcopi. & 16. q. 1. c. quoniã quicquid. & extra de decim. c. à nobis. 2. glos. & in rubrica per Innoc. & Io. And. qui affirmantes etiam personales decimas non esse soluẽdas, iudicãt hæreticos & insanos, cũ tot rationibus & auctoritatibus tam veteris quàm noui testamenti, nec non & sanctorum patrum, talis sententia fulciatur: nam cum Christus dixisset Apostolis, Nolite possidere aurum nec argentum nec pecuniam nec peram nec duas tunicas nec calciamenta nec uirgam. Matth. 10. subiunxit tamen, dignus est enim operarius cibo suo. quasi volens exprimere quòd non intendebat vsum licitum rerum prohibere, sed ne verbum Dei vel spirituale ministerium pecunia venderetur. Vnde mittens eos ad prædicandum, dixit, Gratis accepistis, gratis date. ex quo Aug. super Io. in verbo, loculos habens, Ioan. 12. & 13. dicit, Habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conseruans & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat: tunc primum Ecclesiastica pecuniæ forma est instituta, vt intelligeremus quòd præcepit nõ esse cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse præceptum vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur & propter inopiæ timorem iustitia deseratur. quod etiam habetur in Decretis 12. q. 1. habebat. & Apo-

Quicquid clericis superest pauperum est.

Decimas non esse soluendas affirmantes, hæretici reputantur.

De loculis Christi.

ſtolus dicit 1. ad Corint. 9. Quis militat ſuis ſtipendijs vmquàm? & infra. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus. & infra. Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altari deſeruiunt cum altario participant &c. Ecce & nunc ſimiliter cum Leuiticis prouocantibus iudicabimur eſſe tranſgreſſi, ſed meo iudicio non ſumus de impertinentibus concertati, ſed nec dum Moyſen ſummum patrem quaſi nauſeati ſuperfluis relinquamus, cui etiam filij Iſrael dicebant, tibi Domino noſtro præcepit Deus vt terram ſorte diuideres filijs Iſrael, Num. vlt. Cumque conſpiceret ſe morti iam fore vicinum epilogum legis repetens & nonnulla ſubiungens aduentumque Chriſti prænuncians & legem euangelicã præfigurans, cum prædixiſſet comedetis vetuſtiſſima veterum & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis, Leui. 26. Tandem ad finem vſque propinquans quaſi teſtamẽtum pro futuro regimine texens dicebat populo Iſrael. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, leprã & lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus; veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis & ad iudices qui fuerint illo tempore, quæreſque ab eis qui iudicabunt tibi iudicij veritatem & facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quẽ elegerit Dominus & docuerint te iuxta legem eius, ſequeris ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram vel ad ſiniſtrã. qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tẽpore miniſtret Domino Deo tuo & decreto iudicis, morietur homo ille & auferes malum de Iſrael cunctuſq; populus audiẽs timebit vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia &c. Deuter. 17. & tranſumptiue in c. per venerabilẽ. §. rationib. qui filij ſint leg. vbi Innoc. III. in fi. §. dicit, ſanè cum Deuteronomium lex ſecunda interpretetur ex vi vocabuli comprobatur vt quod ibi decernitur in nouo teſtamento debeat obſeruari: locus enim quem elegit Dominus, Apoſtolica ſedes eſſe cognoſcitur. & proſequitur auctoritatẽ præfatam tam Petro quam ſucceſſoribus ſummis Romanis Pontificibus attributam. Plurima conneximus in hoc 15. argumento, ex quibus prolixior à delicioſis Lectoribus iudicabor, mihi autem tanquã rudi talis prolixitas pro mea intelligentia neceſſaria iudicatur: iam tñ expeditius ad vlteriora procedere nõ deſiſtã.

Qui altari ſeruit, de altari participat.

Decretum Moiſi quaſi teſtamentũ.

Inobediens ſacerdotis Imperio moriatur.

Decimo septimo probatur ex continuatione sacerdotii post Moisen, cui de Christo reuelatum extitit, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorū similem tui, hoc est secundū veritatem humanitatis, & ponā verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia q̄ pręcepero illi: q aūt verba eius quę loquet᷑ in noīe meo audire noluerit, ego vltor existā. Deuter. 18. q̄ prophetia licet quodāmodo possit intelligi de Iosue discipulo & successore Moisi q introduxerat filios Israel interfectis triginta uno regib⁹ Iosue 12. q etiā consignauit vrbes & suburbana Leuitis de possessionibus filiorum Israel ciuitates 48. cum suburbanis suis per familias distributas. Ios. 21. post mortē verò Iosue tempore iudicum cum satis impugnarētur filii Israel à Philistinis, surrexit Gedeon cum virtute magna & percussit Madian victoria magna nimis cum trecentis viris. Madian autem & Amalech, & omnes orientales populi fusi iacebant in valle vt locustarum multitudo, immisitque Dominus gladiū suum & Gedeonis in omnibus castris & mutua se cæde trucabāt, Iudic. 7. postmodum surrexit Samson qui dictus ē Nazarenus ex vtero matris nunciatus ab Angelo Domini, Iudic. 13. qui multas strages de Philistinis exercuit, & tandem captus ab eis atque deceptus à Dalida & obcæcatus orans ad Dominum exauditus est & plures occidit moriens quam ante viuus occideret iudicauitque Israel viginti annis, Iudic. 16. post quem surrexit Micas, qui sacerdotium Leuitici generis releuauit. & cū non haberent regem in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur agebat, pugnassentq; vndecim Tribus contra vnam. s. Beniamin pro peccato commisso cōtra vxorem cuiusdam Leuitici generis, mortui fuerunt omnibus computatis circa nonaginta millia personarum, Iudic. 19. vsque ad finem libri, & sic Tribus Beniamin quasi tota deleta fuit, Iudic. vltimo.

Sacerdotij continuatio.

De Iosue.

De Gedeone.

De Samsone

Per aliquod temporis interuallum subterescentibus Eli & filiis suis Offini & Finees, qui erāt sacerdotes Dn̄i, placuit Altissimo educere Samuelem prophetā magnum & sanctum sacerdotem, indignatus est autem Dn̄s cōtra Eli & filios suos qui omnes vna die pariter corruerūt, & ait Dominus, Suscitabo mihi sacerdotem fidelem qui iuxta cor meum & animam meam faciat. 1. Reg. 2. quod licet de Samuele intelligeretur ad literam, antonomaticè tamen de Christo Iesu conuenientius explanatur. Samuel tamen cunctis diebus vitæ suæ Israeliticum populum iudicauit

De Samuele sacerdote, qui primum Regem populo præsentauit.

1. Reg. 7.

1.Reg.7.Cunque senuisset iudices populi filios instituit, quibus recusatis populus regem petiit.1.Reg. 8. Samuel autem ex verbo domini correxit Saul, Regem Israel, qui fuit primus Rex unctus in Israel.1. Reg.9.& 10. post quem fuit unctus Dauid etiam à Samuele.1. Reg.16.& post Dauid Salomon, restauratumque est sacer dotium tempore Dauid regis & ampliatus cultus tempore Salomonis qui fuit primus qui ædificauit templum.2.Reg.6.& sic successiue de tempore in tempus & in dies sacerdotium suble natum est & cõtinuatum vsque ad Christum, licet multotiens fluctuasset, nunquam tamen omnino deperiit. promiserat enim Dominus Dauid & per semetipsum iurauerat de fructu ventris sui ponere super sedem suam. Psal. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem meam. Cum igitur Virgo benedicta Maria, mater Iesu, de stirpe Dauid, originẽ traxerit, Christusq; Dei filius spiritus sancti flamine conceptus de Virginis vtero natus sit. Luc.1.&. 2.cõstat expresse de Christo prædictum poni super sedem Dei, cum verus ipse sit Deus & verus homo de regia stirpe Dauidica prodiens & de sacerdotali genere deriuatus, vt ex genealogia Matth.1. & Luc.3. collecta monstratur. ex quo patet expresse, Christum Iesum summum sacerdotẽ summumque regẽ veracissime comprobari.16.dist. Dominus noster Iesus Christus. ibi, sicut ille verus est Pontifex.& ibi, ex illa antẽ progenie. s. Dauid, origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est vtriusque, si quidem gessit officium, Regis videlicet & Pontificis.2. q.7. §. ecce.& §. his ita. dicit. n. textus in ca. testes §. ecce. uers. Christus qui erat pastor pastorum &c. & eadem cau. & q. c. nos si incompetenter §. cum Dauid, dicit text. Sed notandum est quod duę sunt personæ quibus mund[9] iste regitur, Regalis videlicet & sacerdotalis, sicut Reges pręsunt in causis sæculi, ita sacerdotes in causis Dei. & infra, vnde Reges à prophetis & sacerdotibus ungebãtur &c. & Glos. dicit in c. cum ad verum.96. dist. quòd Christus aliqua gessit tanquã imperator, puta cum eiecit de templo, &c. 2.q 7. accusatio. & cum coronã de spinis portauit, quod est signum Regni. 11. q.1. duo.& glo. sequens, per modum oppositionis in eo quod text. Nic. Papæ dicit, quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque propria discreuit. dicit glos. imo videtur cõtra quòd nõ

Christ[9] Iesus summ[9] Rex & summus sacerdos.

Christus tanquam Imperator expurgat templum.

discre-

discreuit sed cōfudit, cum ipse vnus & idem vtrūque officiū gesserit. sed dic quòd ipse ideo vtrūque officium gessit per se, vt notaretur quòd ex eodem fonte processerunt, dist. 21. cleros. nam dicit lex quòd summa dona à Deo nobis concessa sunt. s. sacerdotium & imperium. in Authen. quō opor. Epis. in princ. colla. 3. nos autē dicim⁹ Christū se pluries gessisse ꝑ Rege vel īperatore & pōtifice.

Primo nanque tanquam Rex regum, & sic tanquam Imperator adoratus est à Regibus Magis, qui venerunt ab oriente quærentes vbi natus esset Rex Iudæorum, quem sub micātis & fulgidissimæ stellæ signo mirabili præcognouerant esse natum, cui reperto nedum tanquàm Regi aurum exhibent pro corona, verum etiam tanquàm Pontifici thus offerunt cū mirra pro perpetua incorruptione seruanda, vt satis habetur Matth. 2. de quo prædictum erat in Ps. 71. Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. & infra, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducēt. & licēt Hebræi Psal. intelligant pro Salomone Rege, Dauid Regis filio: attamen anthonomasicè, & anagogicè, de Christo sumitur, cum nec ad literam de Salomone possit intelligi, quod in eodem Psal. scribitur, & permanebit cum sole & ante lunam in generatione & generationem: non enim Salomon permanet cum prædictis in generatione & generationem sed Christus Iesus, creator solis & lunæ & omnium creaturarum, tanquàm verus Deus, qui pro tempore humanatus, homo factus est ex Virgine benedicta, & ex tūc permanet cum sole, scilicet summo Pontifice, & ante lunam, scilicet Ecclesiam, in qua etiam Imperatores & Reges atque summus ipse Pontifex tanquàm solare caput cum omnibus membris sub diuersis gradibus, tanquàm varijs & diuersimodè refulgentibus stellis in firmamento cœli, quæ à plenitudine solaris luminis illustrantur quælibet pro suo captu, vt sicut omnia in cœlis refulgentia participant de splēdore solari, ita in Ecclesia militante sub figurato sole Romano Pontifice, omnia membra iustè rationabiliterque supposita de plenitudine potestatis eius accipiant pro salute. & sicut sol increatus Dei filius nobis ortus in plenitudine temporis angelicam, & humanam naturam exornat atque in Ecclesia triumphante sublimat & homines tantum in Ecclesia militante decorat, quorum sanitas salusque tota consistit & gloria in merito crucis eius, iuxta vaticinium Malach. 4. descri-

Christus tanquā Imperator adoratur a Regibus.

De Sole & Luna.

ptum ex parte Dei dicētis, orietur vobis timentibus nomē meū sol iustitiæ & sanitas in pennis eius. ita sub mistico intellectu & figura solari omnes Christi milites sacris pedibus summi Pontificis incuruētur & flexis poplitibus etiam Imperatores & Reges & Principes ac vniuersi Christi fideles ob reuerentiā, & deuotionis cultum veri Dei & hominis, quem nobis antonomasicè repræsentat in terris, adoratione debita prosequātur, iuxta no. in c. solitæ. de maio. & obed. & in c. Romani. de iureiur. in clem. & in c. venerabilem, extra de elect. & facit 2. q. 7. nos si incompetēter. §. item cum Dauid. & sic bene intelligitur ad propositum, quod Christus promisit dicēs, Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. & in fine dicit, & ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad. cōnsummationē sæculi. quasi dicat, non videatur vobis difficile q̄d iubeo, quia paratus sum ad vos iuuandum, Psal. 9 & factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Item ad protegendum Ezech. 33. Protegam te dextera mea, Ps. 90. Qui habitat in adiutorio Altissimi &c. usque ad finem. Item ad consolandum Ier. 31. exultate in lætitia Iacob & himnite contra caput gētium: personate, canite & dicite, salua Domine populum tuum. Et infra; & conuertam luctum eorum in gaudium & consolabor eos & lætificabo à dolore suo & inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus me⁹ bonis meis adimplebitur, ait Dominus Quomodo n. verificari potest de Salomone quod nec adimpletū extitit suo tempore, nec adimplendum censeri valeat in futurum: non enim ipse descendit sicut pluuia in vellus, sed Christus figuratus in vellere Gedeonis, Iudic. 6. Nec Salomon dominatus est à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, sed Christus Iesus, verus Deus & homo, qui tanquàm verus Deus vniuersorum, omnia quæcunque voluit fecit in cœlo & in terra, in mari et in omnib. abissis, & dominatur vbique semper & regnat in sæcula, coram quo ad iudicium veniente procident Ethiopes & inimici eius terram lingent, vt sicut nos hodie de populo gentili progeniti ex cordiali deuotione affectuque beniuolo cupimus terram lingere in sacratissimis locis, in quibus propter nostram salutē passionem pertulit tanquàm homo: ita in illo finali iudicio, velint nolint, omnes inimici eius humiliabuntur ad lingendum terram & in inferno reclusi omnes terræ spurcitias at-

Christus semper est cum Ecclesia multipliciter.

que.

que fæces bibent omnes peccatores terræ, & tunc adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gētes seruient ei, aliqui in vitam æter nam, aliqui in opprobrium, vt videantur semper, Dan. 12. Quomodo ēt de Salomone verum est dicere, sit nomen eius bene dictum in sæcula, cum multi dicant, ipsum à Deo maledictum, quòd æternaliter sit damnatus, cum quasi Reginas septingentas & concubinas trecentas habuerit: cumque iam esset senex depra uatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, & sic abnegato vero Deo coluit idola Moabitarum & Ammonitarum, ædificauitq; templa Dijs alienis alienigenarum mulierum obcæ catus amore, vt patet 3. Reg. 11. c. & de pœn. distin. 2. si enim in quit. & 3. q. 7. item in Euangelio. & licèt glo. Ezech. 14. videatur velle, ipsum pœnitentiam egisse, quod etiam ipse nititur probare oris proprii testimonio, præsupponens post peccatum composuis se Prouerbia, in quibus dixerit, Nouissimè ego egi pœnitentiā & respexi vt eligerem disciplinam. quod tamē in translatione Hier. non habetur, nec authēticum est quòd Sapiētiales libros post ido latriam composuerit. quod si esset, ad huc restaret dubium de sa lute, cum non pœnitentia frustratoria, sed vera salutem afferat pœnitenti, non tamen dicitur uera, si non sequitur effectus satisfa ctionis, cū habilitas inest, qui per Salomonem secutus nō extitit: nam si fructus pœnitentiæ dignos egisset, sategisset utique ante omnia, vt idola quæ fecerat de Ciuitate sancta deleret, & non in stultorum & simplicium scādalum reliquisset, vt dicit Beda sup. 3. Reg. 19. c. & quia de scripturis sacris certa veritas haberi non potest an saluus sit, ut satis pro & contra, Doctores tractant, 32. q. 4. Salomon. ideo licet cuique tenere quod libet, vt dicit Innoc. in c. ne innitaris. extra de constitu. & Hug. & Arch. in dicto c. Sa lomon, dicunt quòd incertum est an Salomon pœnituerit licèt hoc quædam apocriphæ scripturæ testentur. credo igitur Bedam verius dicere, scilicet quòd Salomon verus pœnitens non decesse rit. ad quod satis videtur facere verbum Christi dicentis, Matt. 6. considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant nec nent. dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coo pertus est sicut vnum ex istis: lilia namque florentia pro tempore malos significant, quorum sex folia tanquam lilii sunt sex prospe ritates eorum, videlicet prima potentia, secunda opulentia, tertia fœtulentia, quarta confidentia, quinta sanitas, sexta voluptas. De

Salomon an sit damnatus.

his omnibus Iob 21. concludit dicens, Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt? quasi dicat, sublimati sunt potẽtia & honore. Pro prima, prosperitate sequitur, confortatique diuitiis. ecce secunda, scilicet opulentia rerum siue diuitiarum abundantia. sequitur, semen eorum permanet coram eis propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum. ecce tertia, scilicet fœtulẽtia siue prolis fœcunditas. sequitur, domus eorum securę sunt & pacatæ & non est virga Dei super illos. eccce quarta, scilicet confidentia siue pax exterior & tranquillitas ab aduersis cum abundantia terrenorum. ex quo subiungit, bos eorum concepit & non abortiuit, uacca peperit & non est priuata fœtu suo. hoc etiam potest ad fertilitatem referri. sequitur, egrediuntur quasi Reges par uuli eorum & infantes eorum exultant lusibus. ecce quinta, scilicet sanitas corporis in domibus impiorum. sequitur, tenent timpanum & citharam & gaudent ad sonitum organi. ecce sexta, scilicet voluptas sensuum ex huiusmodi prosperitatibus accumulata resultans. Sed quàm sit periculosum, quàmve damnosum in talibus delectari, ostendit cum subdit, ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt, qui dixerunt Deo, recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus, quis est omnipotens vt seruiamus ei? Certè de talibus Salomon fuisse perhibetur, cuius gloria lilio comparatur. lilij namque gloria citò decidit, & quasi fœnum citò arescit, & in clibanũ mittitur. Veh igitur Salomoni, si talis extitit eius gloria, ergo nõ est nomen eius benedictum in sæcula, nec ante solem permanet nomen eius, cum post solem fuerit per multa temporum curricula generatus. Non ergo de Salomone, sed de Christo sumi conuenit, cui nomen æternum, sicut dixit, ęternus est. Exo. 3. Ego sum qui sum, hoc nomen mihi in æternum. Neque in Salomone benedictæ sunt aut benedicentur omnes Tribus terrę, sed in Christo Iesu Domino nostro, sicut etiam prædictum fuerat Abrahæ, Gen. 22. & in sermone tuo benedicẽtur omnes gentes. quod declarans Apostolus ad Gal. 3. sic inquit, non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus, ergo de regno Christi prænunciabat Psal. præfatus, non de Salomone, cum Christus plusquàm Salomon sit, ut ipse testatur. Matth. 12. dicens, Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquàm Salomon

Lilia quãdoque malos signant.

lomon hic. Salomon namque interpretatur pacificus, ex quo Christũ significat, qui Rex pacificus & mansuetus tanquam pauper & humilis super asinam & pullum eius voluit equitare, vt adimpleretur prophetia descripta Zachar. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce Rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ.

Secundo tãquam Rex bina vice templum expurgauit, videlicet quando super asinam & pullum equitans ingressus est Ierusalem, vt scriptum est Matth. 21. ibi, hoc autem totum factum est vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem, Discite filiæ Sion, ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus, & sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Cui historiæ Marc. suppleuit, turbas dixisse, Osanna, b. q. u. in n. Domini, benedictũ quod venit regnum patris nostri Dauid Osanna in excelsis. Mar. 2. Lucas autem expressius protestatur, turbas dixisse, Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cælo & gloria in excelsis. Luc. 19. Io. etiam dicit turbas clamasse, Osanna. i. salua nos, b. q. ve. in n. D. Rex Israel, Io. 12. Cum igitur intrasset in tẽplum Dñi, eiecit omnes vendentes & ementes de templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit. vbi Hieron. dicit. Plerique arbitrantur maximum esse signorum quòd Lazarus suscitatus est, quia cæcus ex vtero lumen acceperit: mihi inter omnia signa quę fecit, hoc uidetur ẽt mirabile, quòd vnus homo & illo tempore contemptibilis Scribis & Pharisæis contra se sæuientibus luce sua destruere potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eiicere multitudinem, mensasque subuertere, & talia facere quæ inuictus non fecisset exercitus. Igneum enim quiddam radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat ĩ facie. Alia vice, scribit Ioannes, simile fecisse primo anno, quo cæperit prædicare, cũ idem scribit quòd aqua factum vinum, fuit initium signorũ, post hæc descẽdit Capharnaum ipse & mater eius & fratres & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus, & prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierusalem, & inuenit in templo vẽdentes boues & oues & columbas, & nummularios sedentes, & cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tẽplo, oues quoque & boues & nummulariorum effudit mensas & subuertit, & his, qui columbas vendebant dixit, Auferte ista hinc & nolite

Christus tanquã Rex templum expurgauit.

nolite facere domum patris mei, domum negociationis, Io. 2. Vnde ergo sibi tanta audacia? vnde tanta potestas? vnde tanta auctoritas? vnde vel tanta præsumptio? vt in res alienas tanquàm insanus taliter insiliret, nisi quia tāquàm verus Rex, Imperator & Dominus imperiali fastigio disponebat tanquàm de propriis. Io. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt.

Tertiò tanquam Rex timebatur ab Herode, primo Rege in Iudæa sub imperio Romanorum, qua de re suspicatus successorem, occidi fecit omnes pueros, qui erant in Bethlehē, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Matth. 2.

Quarto patet ex ordine Euāgelistarū, quia ex regali, & sacerdotali atque prophetali stirpe, in quantum homo, traxit originem. vnde August. de concord. Euangelist. dixit, quia Christus futurus erat Rex, propheta & sacerdos: ideo diuina prouidentia factum est, vt tres Euangelistæ, qui Christum, quantum ad humanam naturam assumptam notificare sumpserunt, hoc ordine inciperent, quia Matthæus incipit à semine regali, dicens: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. & infra, Iesse autem genuit Dauid Regem, &c. Matth. 1. Marcus verò à vaticinio prophetali, dicens: Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptū est in Isaia propheta, &c. Mar. 1. Lucas verò incipit à sacrificio sacerdotali, dicens: Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ sacerdos quidam, nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen illius Elisabeth, &c. Luc. 1. Confirmatur etiam: nam Angelus apparens beatę Virgini, tanquam paranimphus summi Regis, nuncians sibi supremam salutationem & filij Dei proximam conceptionem dicit: Aue gratia plena. & infra, Ne timeas Maria inue. n. g. a. Deum: ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabitur n. e. Ie. h. e. m. & f. al. v. & dab. illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Ecce quòd ex tunc nunciatus est Rex æternus, sicut etiam prophetatum fuerat per Dauid, Psal. 2. dicentem, Quare fremuerunt gētes. Et infra. Astiterūt Reges terræ & infra in persona Christi dicit, Ego autē constitutus sum Rex ab eo super Sion mōtem sanctum eius. i. super speculationem omnis perfectæ sanctitatis. Ex quo subdit prædicans præceptum eius, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Patet igitur quòd de filio

Christus Rex, sacerdos & propheta.

Dei

Dei loquitur, de quo etiam subdit, Postula à me & d.t.g h.t.& p. t.terræ. Reges eos in virga ferrea.i.in iustitia & æquitate. Et tanquam vas figuli confringes eos.s.ex contritione pœnitentes, & cõdemnatione impænitentes. Et vt ostendat quòd talis de quo loquitur Deus, est Rex regum, & Dominus dominantium, commonet quoscũq; Reges terræ dicens, Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. seruite Domino in timore & exultate ei cum tremore, appræhendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de uia iusta. cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.i.in Christo Iesu, Dño nostro.

Quinto Regem se Christus ostendit in responsione quam fecit Petro cum interrogauit eum, dicens, Quid tibi videtur, Simon, Reges terræ, à quibus accipiunt tributum, vel censum, à filiis suis, an ab alienis? & ille dixit, ab alienis. dixit illi Iesus, ergo liberi sunt filii, Matth.17. vbi dicit Hierony. quòd Dominus noster & secundũ carnem & secundum spiritum filius Regis erat, quia secundum humanitatem ex Dauid stirpe erat: secundum diuinitatem verò Verbũ est Dei patris omnipotẽtis. Cõfirmatur hoc ẽt ex testimonio. Isaiæ 9. qui vtranque Christi filiationem scribens sanè intelligendo pro Messia dicit, Paruulus enim natus est nobis.s. secundum humanitatem. Sequitur, & filius datus est nob.s. secũdum diuinitatem ad humanãdum pro nostrã salute. ex quo ipsemet dicebat Ioan.3. Sic enim Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eũ non pereat, sed habeat vitam ęternam. Et infra vsque ibi, quia non credit in nomine vnigeniti filii Dei, &c. Sequitur in Isaia, Et factus est principatus super humerum eius.s.in cruce pẽdentis pro redẽptione humani generis cõsummanda. Et nota septẽ misteria in denominatione, quã nunciat propheta prædictus subdens, Et vocabitur nomen eius admirabilis.s. ex sua natiuitate, q̃ non humano semine, sed diuino flamine ex Maria virgine patuit euidenter, de qua reuelatum fuerat Achaz, Esaiæ.7. Ecce virgo cõcipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscũ Deus. quasi dicat tunc Deus fiet homo, quod est primum misterium. Sequitur in denominatione consiliarius.s.in p̃dicatione. Alia trãslatio dicit, magni consilii Angelus.s. officio, nõ natura. Angel⁹ enim nuncius interpretatur. Nuncius itaque Christus factus est, cum Euangelium.i.bonum nuncium nobis explanat. Vnde cum Esai.

De tributo soluto per Christum.

Septem misteria Christi per Esa.

1

2

40.c. scripsisset, Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, verbum autem Dñi manet in æternum. statim subiunxit, super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Syon, exalta in fort. vo. t. qui euangelizas Ierusalem. Et infra, Ecce Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet & brachium eius dominabitur: brachium enim Dei verbum est patris, de quo beata Virgo dixit Elisabeth. Magnificat anima mea Do. Luc. 1. Et infra, Fecit poten. in brac. suo. De Christi etiam prædicatione, Isaiæ 61. Spiritus Dñi super me, eo quòd vnxit me, ad annunciandum mansuetis misit me. Alia translatio dicit, euangelizare pauperibus, &c. vsque, & prædicarem annum placabilem Domino. Ecce secũdum.

3 Sequitur in denominatione, Deus. s. in miraculorum perpetratione, quia solus Deus miracula facit. de quo Isaiæ 35. Deus noster ipse veniet & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus; & diserta erit lingua mutorum. Ecce tertium.

4 Sequitur in denominatione, fortis. s. in passione, de quo Isaiæ 51. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini, cui reuelatum est? Et infra. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et infra, Disciplinam pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Et infra. Generationem eius quis enarrabit? s. secundum diuinitatem. Vnde sequitur, quia abscissus est de terra viuentium. Et totum cap. de Christi passione proloquitur euidenter, in tantum quòd Hierony. dicit, Isaiam Euangelistam, magis quàm Prophetam posse depingi: vel, vt propriis eius verbis vtatur, sicut in prologo dicit. de Isaia etiam hoc adiiciendum est, quòd non tam Propheta dicendus sit, quam Euangelista. Ecce quartũ. Sequi

5 tur in denominatione, pater futuri sæculi. s. in resurrectione, de qua Sophon. 3. Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurum. Psal. 3. Domine, quid multiplicati sunt. Et infra in persona Christi dicit, Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me. Dicit igitur, pater futuri sæculi, quia primus resurrexit glorificato corpore, post quem omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, vt dicit Apost. 1. ad

6 Corinth. 15. ecce quintum. Sequitur in denominatione, Princeps pacis. s. in triumphali ascensione, propria virtute, de qua prædictum fuerat per Dauid, Psal. 67. Exurget Deus & dissipentur inimici eius. Et infra, Currus Dei decem millib. multiplex millium

lætantium,

lætantium, Dominus in eis in Synai in sancto.i. associatus multis millibus Angelorum, & huiusmodi, quia multa corpora Sanctorum surrexerunt cum eo, & introierunt in sanctam ciuitatem Ierusalem. Matth. vlt. Subdit Psalm. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Alia trāslatio dicit, ascendēs in altum, captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominib. vtraque de Christo sumitur euidenter. & sic patet sextum. Sequitur septimum.s. imperium sempiternum. Vnde dicit, multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis, super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia a modo & vsque in sempiternum. Et sic patet septimum misterium pro finali futuro iudicio & summo imperio sempiterno.

Sextò tanquam Rex susceptus est in eo quòd turbæ sustinebant vestimenta sua in uia: alii autem cædebant ramos de arboribus & sustinebant in uia, vt sibi regium ostenderet famulatum, cum ciuitatem Ierusalem introibat. Et hoc post suscitationem Lazari, quod solus Ioānes exprimit, Io. 12. dicens, Testimonium ergo. Et infra, quia audietur eum fecisse hoc signum.

Septimò, tanquam Rex & Dominus in cœna se habuit circūdatus discipulorum turba, vbi adimpleta est sententia Iob, tanquā propheticè descripta, Iob. 29. qui dicit, Cumque sederem quasi Rex, circumstante exercitu, eram tamē mœrentium consolator. Et Iob. 30. dicit, Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium, abominantur me, & longè fugiunt a me, & faciem meam cōspuere non verentur. In cæna etiam tanquam sacerdos sacrificans & consecrans, sacrificiū semetipsum & hostiam offerens, Pontifex Apostolos suos sacerdotes instituens. Matth. 26. & Luc. 22. & supra tetigimus. Vnde colligūtur versus.

Rex sedet in cæna turba cinctus duodena,
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Glos. de cōs. dist. 2. nec Moises. Ad qđ 56. dist. Dn̄s noster. 93. dist. Dn̄s noster. 96. dist. cū ad verū. extra de summa Trinit. c. 1. §. vna verò. ibi, sacerdos & sacrificiū, Iesus Christus, &c. De pontificatu verò eius Paulus plenè disputat in epistola ad Heb. 2. circa finē ibi, Vt misericors fieret & fidelis Pōtifex ad Deū, vt repropitiaret delicta populi. Et ad Heb. 3. dicit, Considerate Apostolum.i. missum, & Pontificem confessionis nostræ Iesum, & ad Heb. 4. Habentes

De Pontificatu Christi Iesu Domini nostri.

ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum filiũ Dei, teneamus confessionem: non enim habemus Pontificem, qui nõ possit compati infirmitatib. nostris &c. Et ad Heb. 5. dicit, Omnis namque Pontifex. Et infra, Nec quisquam sumat sibi honorẽ, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non se ipsum clarificauit vt Pontifex fieret, sed qui loquutus est ad eum, filius meus es tu, ego ho.ge.te. Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacer. in æter. sec. or. Mel. Et infra, Et quidem cum esset filius Dei. Et infra, Appellatus a Deo, tãquam Pontifex, iuxta ord. Mel. & ad Heb. 6. Præcursor pro nobis introiuit Iesus secundum ord. Melchis. Pontifex factus in æternum. Et ad Heb. 7. de Melchisedech disputans subdit, Assimilatus autem filio Dei, qui manet sacerdos in perpetuum. Et infra, asserens secundum ord. Melchis. & non secundum ordinem Aaron futurum fuisse surgere sacerdotes subdit, Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua Tribu nihil de sacerdotibus Moises loquutus est. Et infra, Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Et infra, Hoc enim fecit semel offerendo se ipsum: lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi, qui post legem est, filium in æternum perfectum. Hoc dicit referens se ad prophetiam Dauid Ps. 109. dixit Dominus. & infra, Ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus & non pe.e. t.es s. in æt. se.ord. Melch. Et idem ad Heb. 8. dicit, talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera magnitudinis in excelsis sanctorum minist. & tabernaculi ueri, quod fixit Deus & non homo. Et ad Heb. 9. dicit, Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum. Et infra, Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et ad Heb. 10. dicit, Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et infra, Hic autem unã pro peccato offerens hostiam in sempiternum sedens in dextera Dei. Et prosequitur hanc fidem esse tenendam vsque ad consumationem sæculi, per totam epistolam. Et notandum, quòd dicit glos. Genes. 14. super illud de Melchisedech sacerdote, Aiunt Hebræi, omnes primogenitos a Noe vsque ad Aaron, Pontifices fuisse. Dicit etiam glos. super illud Gene. 27. Vestibus Esau valde bonis, quod tradunt Hebræi primogenitos vnctos officio sa

cerdotis,

cerdotis,& habuisse vestimentũ sacerdotale,quo induti victimas efferebant. Ex quo patet quòd quamuis in lege naturæ fuerit sacerdotium,non tamen propriè fuit ibi ordinis sacramentum : licèt enim fuerit potestas à Deo ordinata ad offerendum aliquid in significationem rei sacræ, non tamen erat distincta à sęculari potestate:nec inuenitur antequàm Aaron eligeretur in sacerdotẽ, quod de Dei mandato ad hoc consecraretur per aliquod sensibile signum. Post Aaron autem successiuis temporibus continuatum est sacerdotium de Tribu Leui usque ad Christum. Et licet aliqui piè velint dicere,quòd dispositione diuina Tribus Leui cõmixta fuerit cum Tribu Iudæ,& quòd Lucas appellat ex testimonio Angeli salutantis beatam Virginem Elisabeth cognatam Virginis. Luc.1. Et ecce Elisabeth cognata tua. Elisabeth autem de filiabus Aaron fuisse describitur, & Zacharias vir eius sacerdos erat. Matthæus autem genealogiam Christi retexens, prosequitur Iudæ stirpem vsque ad Ioseph, virum Mariæ,de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Matth.1. Pręsupponunt autẽ communiter Doctores quòd de eadem Tribu fuerint Ioseph & Maria,scilicet de stirpe Dauid, cui singularissimè de Christo facta est repromissio cum iuramento diuino,dicit Dominus,de fructu ventris tui ponam super sedem meam.Ps.131. & quòd Trib. Leui de eadem Tribu vxorem ducere deberet,patet Leui. 21.vbi dicitur,Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum. Et infra,Pontifex idest sacerdos maximus inter fratres suos,super cuius caput fusum est vnctionis oleum. Et infra,Virginem ducet vxorem puellam de populo suo. non commisceat stirpem generis sui, vulgò gentis suæ,&c.& Num.vlt. Moises pręcepit ne commisceretur populus Israel de Tribu in Tribu dicẽs, Omnes enim viri ducent vxores de Tribu & cognatione sua & cunctæ fœminæ maritos de eadem Tribu accipient,vt hęreditas permaneat in familijs,nec sibi nascatur Tribus, sed ita maneãt vt à Domino sunt separatę. Ecce igitur quòd ex communi lege Tribus non debebant commisceri, sed ex dispensatione diuina sacerdotium translatum est in Christum, vt dicit Apostolus ad Hebr. 7. ibi,Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster in qua Tribu nihil de sacerdotibus Moises loquutus est. Et infra, Nihil enim ad perfectum adduxit lex &c.Cum igitur sacerdotii translatio facta sit in Christum, & à Christo in Petrum &

successores, patet exprefsè Petri successores Christi vicarios, super Imperatores & omnes Reges & inferiores vice Christi iurisdictionem omnimodam obtinere.

Pertinentia ad ordines Ecclesiasticos in quibus omnib. & singulis Christus ministrauit.

Præterea, si bene aduertamus absque molestia præmissi sermonis, nouerimus euidenter Christum Iesum in singulis ordinibus ministrasse. Nam sequendo modum Isidori Ispalensis Episcopi, in epistola ad Ludefredum, transumptiuè descripta 25. distin. perlectis. vbi quid cuilibet ordini conueniat, enarrauit. videlicet ad Ostiarium, ad Exorcistam, ad Acolitum, ad Psalmistam ad Lectores, ad Subdiaconum, ad Diaconum, ad Presbiterum ad Episcopum &c. Vbi Archid. tangit, Christum in singulis ministrasse.

Primò officium Ostiarij ostendit se habere, cũ dixit, Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Io. 10. vbi primò dicit, Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium. Et infra, Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium, huic ostiarius aperit, &c. Ostiarii etiam vsus est officio cum eiecit de templo vẽdentes & ementes. Matth. 21. & Io. 2. & 2. q. 7. accusatio. & Matt. 11. & Luc. 19.

Exorcistę officio vsus fuit toties, quoties obsessos à dæmonib. liberauit, vt Matt. 9. vbi dæmones expulsi de Christi licẽtia intrauerunt in porcos, quorum totus grex per præceps in mare cum impetu se demersit. Item Matth. 1. scribitur quòd dæmonia multa eijciebantur. Item Luc. 4. exibant autem dæmonia à multis & mirabantur omnes, quia imperabat spiritibus immundis, & exibant. Et Luc. 8. occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium: interrogauit autem illum Iesus dicens, quod tibi nomen est? at ille dixit, legio, quia intrauerãt dæmonia multa in eũ & infra exierunt ergo dæmonia ab homine, &c.

Tertiò Acolitatus officium se habere monstrauit, cum dixit, Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ioan. 8.

Quartò Psalmistatus officium ostendit se habere cum dixit Pharisæis, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei Dauid. At illi, quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum dicens, dixit Dominus Domino meo s. a d. m. d. p. i. t. s. pedum tuorum. Et sic psalmizauit. Sicut etiam quando pueri clamabant, Osanna, Principes sacerdotum, & Scribæ in

dignati

dignati dixerunt ei, Audis quod isti dicunt? Iesus autem dixit eis, Vtique: nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem? Matth. 21. quæ verba habentur Ps. Domine Dominus noster. Præterea omnis Christi actio & operatio Psalmistatus dici potest, eo quòd in omnibus operibus suis Deum benedixit & perpetuò collaudauit: vnde & Apostolis dixit, oportet semper orare, & non deficere. Luc. 18. vbi glo. dicit, Non cessat orare, qui non cessat benefacere. Præterea multoties actu Christum orasse legimus, vt Matth. 14. Ascendit in mōtem solus orare. Matt. 10. Abijt in desertum locum, ibique orabat. Itē Matt. 6. Ascendit in montem solus orare. Item Matth. 14. orauit vt si fieri posset, transiret ab eo hora. simile Matth. 26. item Luc. 5. secedebat in desertū & orabat. Itē Luc. 6. exiit in montē orare. Item Luc. 9. ascēdit in montē vt oraret. Itē Luc. 22. & positis genib. orabat dicēs, Pater si uis, trāsfer calicē istū à me. Et infra, Et factus in agonia prolixius orabat, & factus ē sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et Io. 17. orabat dicens, Ego pro eis rogo. Et infra, Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. & Petro dixit post cænā, Simon, ecce Satanas expetiuit uos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, Luc. 22.

Quintò Lectoratus officium exercuit, & se habere ostēdit, cum in medio Seniorum in Nazareth, vbi nutritus erat, intrauit in Sinagogam & surrexit legere, & traditus est illi liber Isaiæ prophetæ. & vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me, euāgelizare pauperibus misit me, &c. Lucæ. 4. originaliter autem Isai. 61. Et volens ostendere prophetiā essede se, subiunxit, Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. & Io. 7. Mirabātur Iudæi dicētes, Quō hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.

Sextò Subdiaconatus officio usus est, cum misit aquam in peluim, & lauit pedes discipulorum & tersit, Ioa. 13. nam subdiaconus cum ordinatur, patenam de manu Episcopi vacuam accipere debet, & calicem vacuum: de manu verò Archidiaconi accipit urceolum & aquā & manile quod est vas, in quo aqua manib. infunditur, vt dicunt Doctores, & est nomen compositum: accipit

etiam

etiam manutergiū. 23. dist. c. subdiac. & 25. dist. ad subdiaconum.

Diaconus quomodo potest corpus Domini dispensare.

Septimò diaconatus officio vsus est, cum Sacramentum corporis & sanguinis sui tradidit discipulis post cenā, Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. & licèt Io. non exprimat, includit tamen, cū dicit quòd intinctum panē dedit Iudæ Simonis Scariothis. & post huc cellam, tunc introiuit in eum satanas. Io. 3. Nam Diaconus in necessitate, etiam præsente presbitero, & sibi iniūgente, potest Eucharistiam populo dispensare. 93. dist. diaconi. ibi, Et sicut in sacerdote ministratio. i. consecratio Eucaristiæ, ita in ministro. i. diacono, dispensatio sacramenti. Potest etiā diaconus absentibus Episcopis & presbiteris in casu necessitatis ad infirmū corpus Christi deferre, secundum Vinc. per nota. in c. Diacones. 93. dist. vbi dicit tex. Sed absque Episcopo, vel presbitero baptizare non audeant, nisi prædictis ordinibus, fortassis longè constitutis necessitas extrema compellat. & infra, Sacri corporis erogationē, sub conspectu Episcopi seu presbiteri, nisi his absentibus, ius nō habeant exercendi. Vbi glo. dicit, No. ꝙ vbi necessitas exigit, & presbiter est absens, potest etiā diaconus iure suo baptizare, & corpus Christi erogare infirmis, si consecratum est. sed in Ecclesia in præsentia presbiteri non potest, etiā si necessitas exigat, nisi missis à presbitero, puta cum multi sint, qui indigent baptismo, & presbiter non potest omnibus sufficere. Similiter si multi volunt accipere corpus Christi, nec presbiter sufficit omnibus. Et in c. sequenti assignat glo. rationem, quare Diaconi porrigunt sanguinem etiam presbiteris, sed nō Eucharistiam confectam. hæc est ratio, dicit glo. quare sacerdos corpus Christi per se sumat, calicem autem non, licet presbiteris de altari sumere, sed Diaconus ei porriget, quia sumptio corporis futuram resurrectionem significat, quam Deus sua virtute faciet sine omni ministerio: sed sumptio sanguinis significat redemptionem peccatorum, quæ fit intercessionibus aliorum. 50. dist. presbiteros, &c. Hug. autē dicit 96. dist. c. Diaconi ita se. quòd absente presbitero, si tanta fuerit necessitas, quòd iussus presbiteri expectari non possit, non est expectandus. Dicit etiam satis notabiliter quod si presbiter diacono etiam in necessitate prohibeat, & expressa causa, vt quia fortè vsurarius vel aliàs impænitens est, qui petit communionem, obediendum est ei, aliàs nō. Beatus Thomas etiam in 4. Sen. dist. 13. dicit, quod Diaconus licèt possit sanguinem in calice dispensare, sicut adhuc

in

in quibusdam Ecclesijs diaconus dispensat ministris sanguinē, tamen non debet corpus Christi dispensare, quia non habet manus consecratas ad tangendum. quod dictū intelligendū est, vt supra. s. nisi de mādato episcopi, vel presbiteri, vel ipsis absentib. & longe positis in casu necessitatis, vt supra. Ad quod etiam facit, quod habetur in c. præsente 93. dist. vbi dicit textus, Præsente presbitero, diaconus Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit, iussus eroget. vbi glos. dicit, vel missus, longè tamen positis episcopo, vel presbitero. supra eod. diacones. concordant autem communiter Theologi in 4. Sent. dist. 24. quod in quolibet ordine caracter imprimitur, cuius signum est, quia perpetuò manent, & nunquā iterantur. nam recepto posteriori ordine & prætermisso præcedenti, non propterea debet reordinari in ipso posteriori. extra de cler. per saltum promo. c. vnico. Nā cum in ordinatione aliquid de forma substantiali omittitur, tota ordinatio iterari debet. Si aūt omittatur aliquid, quod non sit de substātia, non debet ordinatio iterari, sed quod omissum est, debet statuto tempore cautè suppleri. extra de sacra. iter. vel non. c. 1. & c. presbiter. vbi plenè per Innocentium & Ioannem Andrę. Secus esset autem si quis non esset baptizatus & esset presbiter ordinatus: tunc enim opus esset illum baptizari & postmodum denuò suis temporibus ordinari, vt in c. veniens, extra de presb. non bap. & ratio est, quia vbi non est principale fundamentum, superædificari non potest. Baptismum enim, ianua est sacramentorū omniū & spirituale fundamentum totius ædificij spiritualis, vt in d. c. veniens, & in c. vnico, extra de sacra vnct. ergo opus est baptismum præcedere cætera sacramenta.

In quolibet ordine caracter imprimitur & si quid omittitur suppleri debet.

Octauo Christus officiū presbiteri designauit, qn̄ misteriū sui sanctissimi corporis & sanguinis instituit & sacrauit, dicens, hoc est corpus meum. & de sanguine dixit, hic est calix sanguinis mei, &c. Matth. 26. Mar. 14. & Luc. 22. quæ verba qualiter intelligantur, & quid importent, & quot verba sunt de necessitate substantiæ, dixi satis in c. omnis vtriusque sexus, extra de pęnit. & remis. & Theologi plenè tractant in 4. sent. dist. 78. & sequen. Hic autē sufficiat interserere, quod tūc Dominus Iesus Christus se sacerdotem ostendit secundum ordinem Melchisedech panem & vinum offerens in sacrificium sempiternum, & sub prædictis speciebus, seipsum imolans immaculatam hostiam à suis fidelib. ordinauit-

Christus sacerdos.

ca-

catholicè deguſtandam. Vnde dixit, accipite & manducate, & bibite ex hoc omnes, &c. vbi ſupra. Et quod non figuraliter, ſed propriè ſit loquutus, expreſſit cum dixit, hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur. Et hic eſt ſanguis meus, qui pro uobis effundetur, Luc. 22. qui ſolus inter Euangeliſtas expreſſit, quod pro uobis tradetur, vt oſtenderet illud idem corpus, quod de Virgine traxit, & in ara crucis pro noſtra redemptione pependit & mortem ſubſtinuit, à mortuis reſurrexit, & in cælum glorioſus triumphator aſcendens propria ſua virtute & maxima potentia deitatis mirabiliter exaltauit, in ſacramento altaris nobis quotidie miniſtrari, & ſummo Deo patri verißimo, tanquam verißimus Dei filius illud quotidie repræſentãs pro noſtra ſalute depoſcat præmia ſempiterna, iuxta not. de cõſecr. diſt. 2. quia corpus aſſumptum. & extra de ſum. Trinit. & fide cath. c. firmiter, §. vna verò. & ibi per gloſ. & Docto.

Chriſti Pontifex. Nono Chriſtus oſtendit ſe fore Pontificem, vel epiſcopũ, quando ſuos Apoſtolos preſbiteros ordinauit, quod propriè fecit, quã do dixit eis, Hoc facite in meam commemorationem. quæ verba ſolus etiam Lucas expreſſit, Luc. 22. de quo ſatis dixi ſupra in prima quæſt. ptinc. De Chriſti põtificatu ſatis diſſerit Apoſt. ad Heb. 7. & incipit in fine 6. c. dicens, Præcurſor pro nobis introiuit Ieſus ſecundum ordinem Melchiſedech, Pontifex factus in æternũ. & ſubſequitur tractatum vſque ad decimum cap. & ſupra dixi plenius allegando.

An Chriſtus inſtituerit Eccleſiaſti. Sacramẽta. Sed incidenter quæro, an Chiſtus inſtituerit eccleſiaſtica Sacramenta? Reſpondeo quod ſic, licèt nonnullis oppoſitum videatur, dicentibus quod non reperitur inſtituiſſe vnctionem extremam, quam Iacobum aſſeret ordinaſſe cum dixit, Infirmatur quis in vobis. & infra, vngentes cum Deo, &c. Item dicit quod non legitur, Chriſtum inſtituiſſe confirmationem, ſed ipſam dicunt ab Apoſtolis inſtitutam, Act. 8. ibi, tunc imponebant manus ſuper illos & accipiebant ſpiritum ſanctum. Sed certè, ſi rectè inſpiciatur legiſlatoris intentio, qui dedit nouam legem, noua inſtituit ſacramenta. tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis traſlatio fiat, vt dicit Apoſtolus ad Heb. 7. & habetur in c. tranſlato, extra de cõſtit. & vulgò dicitur, Nouus Rex, noua lex. & Auguſt. in quo dã ſermone dicit, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus nouus homo venit in mundum, noua præcepta dedit mundo: nam ſi purus

rus homo, sicut Apostoli fuerunt, instituisset sacramenta, cuius est condere, vt in l. 1. ff. de constit. Princ. cũ similib. Sed patet quòd sacramenta Ecclesiæ tolli non possunt, nec alterari, vt in c. ad abolẽdam, extra de hæret. ergo à Christo immediatè tanquam fundamẽta nouæ legis sacramenta sunt ecclesiastica instituta, a quo immediatè virtutem obtinent efficacem, vt dicit Riccar. in 4. sent. dist. 2. art. 1. q. 3. & beatus Thomas dicit ibidem, quod sacramentorum institutio pertinet ad plenitudinem potestatis, quæ soli Christo conuenit inter homines principaliter. Ergo ab ipso sunt principaliter instituta. Et vt pateat de omnibus sigillatim.

Primò dico, quod instituit sacramentum baptismi, quando dixit Nicodemo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Formam verò baptismi instituit post resurrectionem cum dixit Apostolis, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: eũtes ergo docete oẽs gẽtes, baptizantes omnes in nomine patris & filii & spiritus sancti. Matth. vlt. Effectum autem baptismi nunciauit in die ascensionis, quando dixit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Marci vlt. De quo dixi in Tract. de baptismo, & de futuro iudicio, in 5. euidentiali. vers. sic etiam intelligimus. *

Secundò dico, quod instituit sacramentum cõfirmationis, quãdo offerebantur ei paruuli, & complexans eos, & imponens manus super illos benedicebat eos, Mar. 10. Vnde cum Apostoli manus imponebant, utebantur sacramento iam instituto, vt dicunt Theologi in 4 Sent. dist. 2. *

Tertiò dico, ꝙ Christus instituit sacramentum pœnitentiæ, cum dixit, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim Regnum cœlorum. Math. 4. Remissionem autem, cum dixit paralitico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. & Magdalenę similia verba, Luc. 7. Auctoritatem verò clauium commisit Apostolis post resurrectionem, quando dixit, Accipite spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ioan. 20. & in 4. Sent. distin. 14. & 22.

Quartò dico, quod Christus instituit sacramentum Eucharistiæ, quando suum corpus & sanguinem consecrauit, & cum Apostolis communicans dixit, Accipite & manducate, Matth. 26 Marci 14. Luc. 22. de quo supra dictum est, & plenius dixi in c. omnis extra de pœn. & remis. & latius in 4. sen. dist. 7. vsque 14.

& de consec. distin.2. per totum.

Quintò dico, quod Christus instituit scr̃m extremæ vnctionis, quando discipulos tradidit infirmos vngere, vt à languoribus sanarentur, Mar.6.& vngebant oleo multos ægros, & sanabãtur. Non est enim verisimile, quod hoc fecissent, nisi Christus commisisset eisdem. vnde quod dicit Vgo de Sacramen. par.15.c.2. & Magister in.4.sent. dist.23.c.2. videlicet, quod scr̃a confirmationis & extremæ vnctionis Christus instituit mediantibus Apostolis, intelligendum est sanè de institutionis rememoratione, quia rememorati sunt discipuli quod Christus sic instituerat per seipsum, vt dicunt Moderni in 4.sent.dist.2.

Sextò dico, quod Christus instituit sacramentum ordinis sacerdotalis, quando dixit Apostolis, Hoc facite in meam commemorationem, Luc.22.& refert Apost.1.Cor.11.& satis dictum est supra in prima quæstione huius Tractatus, & dixi in dic. c.omnis, de pœn.& remis.

Septimò dico, quòd Christus instituit & confirmauit sacramẽtum matrimonij non solum quando præsentialiter interfuit nuptiis in Cana Galilææ, vbi primum suum actuale miraculum demonstrauit, aquã in vinum transubstantians. Ioan.2. sed expressius cum dixit, Quod Deus coniunxit, homo non separet, Matt. 19. de quo satis plenè dixi in Tractatu de Matrimonio, parte 2. ar.1.q.1.& 5.& 6. consideratione. ibi plenè de prima institutione diuina in statu innocentiæ & successiuè de approbatione & confirmatione Christi Iesu. Cum ergo Christus Iesus, Rex regũ, & Dominus dominantium vtique sit, Apoc. 2. 19. c.& Pontifex summus atque sacerdos & propheta super omnes, & ipse Petrũ instituit suum Vicarium principalem, vt supra iam patuit. ergo ex continuatione sacerdotij, de primo ad vltimum concludendo, idem est de quolibet Petri successore canonico concludendum.

Langueo super legentes tanquam tædiosus prolixitate sermonis: sed, vt opinor, non mihi soli studeo laborare, verum etiam aliis proficere zelo Dei, & ad vlteriora procedere festinabo, si patiẽter libeat expectare fructum temporaneum & extremum.

De capite et membris. DECIMOOCTAVO probatur sic, Respectu eiusdem subiecti nõ potest quis esse superior & inferior, vnde caput non potest esse pes eiusdem corporis, nec econuerso. circa quod dicit Apostolus ad Rom.12. Vnicuique, sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut

enim

enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem mẽbra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra habẽtes donationes, secundum gratiam, quæ data est nobis differentes: siue propheciã &c. Ecce quòd oportet distinguere membra, & cuique dedit natura quod conuenit, sicut dicit et Apostolus. 1. Cor. 12. Sicut enim vnum corpus est, & membra habet multa, omnia autem corporis membra cum sint multa, vnum corpus sunt: ita & Christus, etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus & omnes vno spiritu potati sumus, nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? & si dixerit auris, quia non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? si totum corpus oculus, vbi est auditus? & si totum auditus, vbi odoratus? nec autem posuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore, sicut voluit, quòd si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? nũc autem multa quidem mẽbra, vnum autem corpus. non potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij, sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt, &c. Ecce quàm splẽdidè nos informat Apostolus secundum ordinem naturalem, membra corporis sub vno præside tanquàm capite gubernari. ad quod 23. dist. c. in nomine Domini. ibi dum Nicolaus Papa dicit, quia sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur Ecclesiis, atque ideo super se Metropolitanum habere non potest. Patet prima propositio, tunc fit assumptio minor Sic, si Papa tanquàm Cephas subesse debet Regibus vel Imperatori, ergo simul erit superior in spiritualibus, & inferior in temporalibus, & sic caput & pes, quod est absonum & monstruosum. Sed talia sunt euitanda, ergo Papa Princeps in spiritualibus, debet similiter in tẽporalibus eminere, vt tanquàm dignior propter eminentiam, supremus in omnibus habeatur, & sibi tanquam supremo ab omnibus est parendũ: quia quanto gradus celsior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus siquidem est regendi & iubendi potestas: in minoribus autem obsequendi necessitas. 21. dist. quamuis. §. in his omnibus. & c. seq. nam sicut miserabilis insaniæ signum esset, si pes supra caput erigere se tentaret, vel oculi dignitatem manus

Sedes Apostolica cũctis præfertur Ecclesiis.

De comparatione Episcopi ad Regẽ, quasi auri ad plumbum.

eripere procuraret, aut oculus cerebri uellet ingenium vsurpare: ita videtur insania pertinaciter obstinata super summum Pontificem Regnum vel Imperium exaltare, cum Principum & Regum terræ vicissim & frequenter pateat colla subiici genibus sacerdotum. 96. dist. duo. vbi Gelasius Papa scribẽs Anastasio Imperatori, refert verba beati Ambrosij circa principium sui Pastoralis dicentis, honor fratres, & sublimitas episcopalis, nullis poterit operationib. adæquari, si Regnum fulgori compares; & Principũ diademati, lõge inferius erit quàm si plumbi metallũ ad auri fulgorem compares, quippe cũ uideas Regum colla & Principũ submitti genibus sacerdotum & osculata eorum dextera eorum credunt orationibus se iuuari, aliàs cõmunicari. Hæc Ambr. Quid enim incompetentius, quid ve ineptius esse cernitur, quàm turbare ordinem vniuersi? vt minor in maiorem non vereatur insurgere supra caput, quasi filius supra patrem, discipulus supra magistrum, vel supra dominum seruus eius. At si catholicus esse cupit Imperator & Rex, non dominus, sed seruus: nõ pater, sed filius: non magister, sed discipulus esse debet sub cathedra Principis sacerdotum, cui tradidit Deus omnia regna mundi, sicut de Petro cantat sancta mater Ecclesia in 6. Respons. principalis festiuitatis eiusdem. Non sit ergo præsumptuosus seruus super dominum suum, uel discipulus super magistrum, iuxta sententiam Saluatoris, Matth. x. ad quod accedunt testata per Ioannem Papam, 96 dist. si Imperator. erubescit equidem lex & natura permittere filios esse correctores parẽtum, vt in Auth. de nup. §. si verò. nisi parẽs forte caderet in furorem, & tunc non vt corrigat, sed vt regat & protegat, filio committitur cura patris. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. his, qui in ea causa. ad quod 6. q. 1. oues pastorem suum non repræhendant. nam, vt dicit Beatus Gregorius ad Hermanum, Metensem Episcopum, Quis dubitat sacerdotes Christi Regum & Principum, omniumque fidelium patres & magistros censeri. 96. dist. quis dubitet? vbi subditur, Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, si discipulus magistrum, sibi conetur subiugare, & iniquis obligationib. illum suæ potestati subijcere, à quo credit non solum in terra, sed etiam in cœlis se posse ligari & solui, intendens se referre ad verba Domini Petro dicentis, quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.

Petrus accepit claues pro Ecclesia.

lis. Matt. 16. ex quibus verbis dicit Aug. super Ioan. quòd Petrus quando claues, accepit Ecclesiam sanctam significauit. 24. q. 1. quodcunque. quasi dicat quòd Petrus pro sua suorumque in officio successorum persona, vel personis, claues accepit cum potestate ligandi pariter & soluendi, & ipse solus sit vocatus ad plenitudinem potestatis, cæteri verò Pontifices tanquàm minores in partem sollicitudinis deputentur, de quo satis 21. distin. ca. 1. & supra dixi, & eadem distin. c. in nouo. & c. quamuis. & 22. distin. c. sacrosancta, & 2. q. 6. decreto nostro, & c. qui se scit, cum similib. non ergo debēt Imperatores & Reges suam dignitatem præsulibus anteferre. 96. dist. Imperatores. Nec pudet Imperatorem Christianissimum se Papæ filium appellare, vt in epistola, inter claras, & in epistola, Victor. C. de sum. Trin. & fide Catho. vbi dicit Iustinianus Imperator, Reddentes honorē Apostolicæ sedi & vestræ sanctitati, quod semper nobis in uoto fuit, & est, prout decet patrem, honorātes vestram beatitudinem. Similiter etiam in Auth. vt clerici apud prop. Epis. collat. 6. dicit Imperator, quòd non dedignantur leges sacros canones imitari. ad quod c. clerici, extra de iudic. & in c. 1. extra de iuramen. calum. & in c. 1. de no. op. nunc. & in c. intelleximus. eo. tit. Accedunt verba beati Ambrosii in epistola ad Vercellenses de basilica non tradenda, & referuntur 23. q. 8. conuenior, cum dicit, Ea quæ diuina sunt, Imperatoriæ potestati non esse subiecta. & infra, in consistorio non solet Christus reus esse, sed iudex causam fidei in Ecclesia agendam quis abnuat? & infra, allegatur Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. respondeo noli grauare te Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere: noli te extollere, si vis diutius imperare: esto Deo subiectus, scriptum est, quę Dei Deo, & quę Cæsaris Cæsari: ad Imperatores palatia ptinent, ad sacerdotes Ecclesiæ, publicorū tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum. & infra, cum narrasset historiam de vinea Nabute subdit, Respondi ego qđ sacerdotis est faciā: quod Imperatoris est, faciat Imperator, prius est vt animā mihi quam fidem auferat. & infra, quid enim honorificentius quam vt Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur? Ecclesiam enim mundanis legibus subiacere nō conuenit. 96. distin. bene quidē. §. itē Hormisda. ibi, dicite quid vobis videtur de me licuit laico legem dare. Sancta Sinodus dixit, non licuit. & infra, Laur. Episcopus Mediolanensis

Diuina nō sunt Imperatoris.

Papa caput est totius populi Christiani.

sis Ecclesiæ dixit, Ista scriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem, quia non licuit laicis statuendi in Ecclesia, præter Romanum Papam, habere aliquam Ecclesiæ potestatem quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. & infra, à laicis quamuis religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliqd, disponēdi legitur vnquam attributa facultas. & infra : quanto magis, quod in Apostolica sede nunc extante præsule, qui beati Petri Apostoli merito per vniuersum orbem primatum obtinens. & infra, ne in exemplū remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacūque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarū solis sacerdotibus disponendi indiscusse à Deo cura commissa docetur. Ad prædicta accedunt notata 16.q.vlt. laicis. & c. placuit. & 97. dist. Victor Honorius. Ex pdictis igitur Papa multotiens summus Pontifex nuncupatur, & vniuersalis pastor omnium populorum, vt in Clem. pastoralis, de re iud. & ipse omnes iudicatur à nemine iudicatur. 40. dist. si Papa. nisi erraret in fide, vt ibi declaratur, & 9.q.3. nemo iudicabit primam sedem. & extra de electione, c. significasti. cui tanquam Petro quicquid fidelium est vbique, submittitur in orbe terrarum, dum totius corporis, Ecclesiæ caput esset significatur. 9.q.3. aliorum. ex quo de vniuersali Ecclesia iudiciū infert, 9.q.3. ipsi. ergo & de Imperatore tanquam de membro ipsius Ecclesiæ potest licitè iudicare, vt in dicto c. conuenior, & in Auth. de non alienan. vel permut. reb. ecc. §. pen. collat. 2. Nam, vt ait Gelasius Papa. 9. q.3. cuncta per mūdum. cognouit Ecclesia quod sacrosancta Romana Ecclesia fas de omnibus habet iudicandi, nec cuiquā de eius liceat iudicio iudicare. Siquidem ad illā de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus. Hinc & Simmacus ea. causa & q. §. item Simmacus. inquit, Aliorum hominū causas Deus voluit per homines terminare ac sedi istius præsulē suo sine quæstione reseruauit arbitrio. & infra, patet sanctorum voce Pontificum dignitatem sedis eius factum toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium est vbique, submittitur, dum totius corporis caput esse designatur. ergo sicut vnica est Christi sponsa, & cunctorum fidelium sancta mater Ecclesia, vnicum debet habere rectorem, tamquam vnicū caput in terris sub Christo Domino præcepturum. ad quod extra de præbē. c. cū nō ignores.

res.97.dist.c.1.24.q.1.loquitur, cum similibus. è quibus multa gratia breuitatis omittens ad vlteriora progredior festinanter.

Decimonono probatur sic, Ars imitatur naturam quantũ est possibile, vt in 1. Metaph. vnde filius illegitimus post legitimationem Principis vel Ecclesiæ, iuris fictione legitimus reputatur, vt in c. per venerabilem. extra qui fil. sint legi. & adoptatus in filium, pro filio iudicatur. ff. de adop. l. adoptio. & ingressus monasterium, censetur mortuus postquam est professus, de quo per Archidia. 2.q.7. placuit. & 16.q.1.c. placuit. 2. & in c. susceptum. de rescrip. lib. 6. & per Ioan. And. in c. cum sis prædictus, extra de conuer. coniug. nam monachus censetur seruus, vt not. Arch. 54. dist. multos. & de offic. ord. c. fin lib. 6. & 12.q.1. non dicatis. Seruitus autem morti comparatur. 22.q.4. sed cum in his. in fi. glos. & hæc omnia & multa similia iuris fictionis censentur. Sic etiam dicit Apostolus ad Colos. 3. mortui enim estis, & uita vestra abscõdita est cum Christo in Deo. & supra. 2. c. dixerat, Si enim mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tãquã viuentes in hoc mundo decernitis? Sic ergo sancta mater Ecclesia vnica debet esse omnium filiorum fidelium mater, vnica regenerans suos filios baptismate Saluatoris, sicut dixit Dominus Ioan. 3. Amen, amẽ dico tibi. s. Nicodemo principi Iudæorum, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei. nam sicut vnius patris. s. Dei, vnica est filia sancta Ecclesia, & vnius sponsi. s. Christi, vnica est sponsa. 24.q.1. loquitur. de quo Baptista Ioan. dixerat, Io. 3. qui habet sponsam, sponsus est amicus autem sponsi, qui stat & audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi, &c. vnde sicut necesse est quemquã ex vnica matre nasci, & ex vnico patre generari, nec est possibile diuersorũ patrũ vel diuersarũ matrũ esse filium: ita vnicum patrẽ summũ Pontificem, & vnicã matrẽ, sanctam Ecclesiam, necesse est ab omnibus Christi fidelibus humiliter confiteri, à quo patre tanquam à Monarca præcipuo omnium fidelium structura dependeat, & tota domus & familia vniuersalis Ecclesiæ gubernetur, cũ cuncta ordine congruenti sub vno melius quam sub diuersis principib⁹ regi pateat & saluari, vt probat Hierony. in epistola ad Rusticũ monachum, vt refertur. 7.q.1. in apibus. & dixi supra, 14. argumẽto. Ex quo etiam Aristoteles concludit, vnum oportere in republica principem esse. 11. Metaph. & Bonif. VIII. in proœ. vi. lib. dicit,

Ars imitatur naturã.

Necesse est quemquã ex vnica matre nasci.

dicit, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quã imperscrutabilis diuinę prouidentiæ altitudo vniuersis dispositione incommutabili prætulit Ecclesiis & totius orbis præcipuum obtinere voluit magistratum. Et infra, Nos ad apicem summi pontificatus superna dispositione vocati. Ecce qualiter Apostolicæ sedis toti⁹ orbis magistratũ exprimit, & summum pontificium attestatur. & similiter Innoc. III in c. damnamus, ad finem, extra de sum. Trin. & fide cat. de Ioachim abbate dicit, quod in epistola, quam propria manu subscripsit, firmiter confitetur se illam fidem tenere, quã Romana tenet Ecclesia, quæ disponẽte Domino, cunctorũ fidelium mater est magistra: & nã cui commissa est animarum cura, multo magis debet esse commissa cura corporum & rerum temporaliũ, quæ satis minus sunt quam anima, quæ cunctis rebus est preciosior, vt dictũ est supra, & probat Philosophus. 7. Polit. & satis patet in c. cũ infirmitas. extra de pœn. & remiß. vt dicit Apostolus, quod spiritualis omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur. 1. ad Cor. 2. Et plus infert dicens. 1. ad Cor. 6. Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia? quod refertur etiam in c. per venerabilem. §. tria. extra qui fil. sint legi. Iudicare autem ad superiorem pertinet, vt in c. cum inferior. extra de maior. & obed. cum igitur Papa iudicet de Imperatore & Regibus vniuersis, vt satis patet in c. nouit, extra de iudic. & in c. ad Apostolicæ, de senten. & re iudic. lib. 6. & in c. 1. de iureiuran. in clemen. ergo Papa maior est Imperatore, & cũctis Regib. orbis terrę. multo magis ergo inferiorib. quibuscunq; Accedunt verba Io. Baptistæ de Christo Iesu principaliter attestata, Io. 3. dicentis, Qui desursum venit, super omnes est. & subdit, Qui de terra est, de terra loquitur, qui de cælo venit, super omnes est. Quæ verba respectu Christi Iesu, à quo Papalis principalis auctoritas emanauit, intelligi possunt etiam de principalissimo eius vicario, summo Pontifice nominato. Accedunt etiam attestata per Dauid Psal. 71. Deus iudicium tuũ Regi da, & iustitiam tuam filio Regis, iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Quem psalmum quamquam literali sensu nonnulli intelligant de Dauid & Salomone, rectius tamen de Deo patre & Domino nostro Iesu Christo filio suo capitur euidenter, secundũ August. & alios catholicos protectores. ergo & de Papa sumi potest per deriuationem auctoritatis eius à Christo, quod sequitur in Psal. prædicto, &

Ecclesia Romana totius orbis obtinet magistratum.

Angelos iudicabimus.

Christus habuit curã nedum animarum, sed etiam corporum.

cto, & dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum.& infra, & adorabūt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei. s. debito iustitiæ, quæ sic requirit, vt omnes gētes Dominum nostrum Iesum Christum verum Deū & hominem recognoscant, per quem omnia facta sunt, Io. 1.& in symbolo fidei, in c. 1. de sum. Trinit. & fide catho. & suo summo Vicario obedientiam debitam impendere non postponant, sub cuius pedibus omnia sunt subiecta, & sic dominium obtineat vniuersi, nam insolidum eiusdem rei dominium nequeunt adipisci plures vno contextu. ff. commo. l. fi. §. si duobus vehiculum. Constat enim qđ habens principale, habere debet omne ius consecutiuum ex illo. ff. de ædil. edic. l. iustissime. ergo habens curā animarū totius orbis, iustissimè habere debet tanquā principalis curam & sollicitudinem rerum temporaliū propter homines creatarum. 1. Pe lit. & probatur in l. in pecudū, ff. de vsuf. quod & Christus exemplo monstrauit, quando ad nuptias aquam vinum fecit Io. 2.& duabus vicibus excellentissimo miraculo de paucis panibus turbam famelicam satiauit. Matth. 14.& 15. Mar. 6. & 8. & Io. 6.& corporū ēt habere curā ostendit, quando tot infirmos à variis languoribus liberauit, vt de leproso Matth. 8. & de seruo Cēturionis. idem & de socru Simonis ibid. & de multis dæmoniacis liberatis. & subdit ibi Matth. & omnes malè habentes curauit. & Luc. 4. scribitur, Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Iesum At ille singulis manus imponens curabat eos. Simili modo etiam, immo magis in suo primo Vicario Petro demonstrauit hoc idē cum in plateis eiicerent infirmos & ponerent in lectulis & grabatis, vt veniente Petro saltem umbra ipsius obumbraret quenquā eorum & liberarentur ab infirmitate. Concurrebat autem & multitudo vicinarū ciuitatum Ierusalem, afferentes ægros & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes. Act. 5. vbi etiam patet de plenitudine potestatis Petri, etiam super vitam hominum iussu Dei, quando Ananias & Saphira vxor eius ad verbum Petri, mortui ceciderunt. Accedunt ad prædicta quæ not. 2 q. 7. quis ex vobis. de consec. dist. 2. scriptura. 39. dist. ecce. Ex quib. patet etiam super bona temporalia summum Pontificem habere potestatem, nam sub vniuersali etiā particularia continentur, & in toto partē non est dubium contineri, vt in c. in toto, de reg. iur.

Petrus umbra sua infirmos sanabat

Petrus solo verbo mortē intulit tuaria.

Sub vniuersali ēt particularia comphenduntur.

lib.6.ergo qui dixit,quodcunque ligaueris, & quodcunque solueris,nihil excepit.Matth.16.& in c.vt circa.de elect.lib.6. & 75.distin.§.1.in glo.idest omni.& in c.1.de iud.in clem. & 1.q.1. sunt nonnulli.& in proœ.decret.& 1.q.3.si quis abiecerit. qa nequeūt spiritualia sine temporalibus ministrari.32.q.2.Moises. Nam qui vult necessarium consequens, vult etiam eius antecedens. ff. de procur.l.ad rem mobilem.& l. ad legatum, & ff. de sponsalib. l. oratio.Sed cum Dominus noster Iesus Christus voluerit Petrum habere curam animarum,cum dixit,Pasce oues meas.Ioan.vlt.& in c.signasti, extra de elect.& in c.solitę,de maior.& obed.ergo & omnium inferiorum Petro fuit cura commissa, & per consequēs singulis suis successoribus canonicè intrantibus in ouile,ad quod 39.dist.Petrus.& 86.dist.fratrem nostrum. vbi beatus Gregorius dicit de quodam Episcopo, Nec sibi credat solam lectionem & orationem sufficere,vt remotus nihil studeat de manu fructificare,sed largam manum habeat,necessitatem patientibus concurrat,alienam inopiam suam credat,quia si hoc non habet, Episcopi vacuum nomen tenet.& sic patet quòd rei spirituali annexa est etiam cura temporalium:nam quomodo potest Episcopus hospitalitatem seruare, quam Apostolus astruit. 1. Timot. 3. & ad Ti. 1. si bona temporalia ad hospitalitatem necessaria non obtinet? Ergo & temporalium & sæcularium rerum rectè cura Pontificibus est à iure commissa,& remouetur Episcopus à pontificio, si nescit Ecclesiæ negocia ministrare.1.q.4. quia præsulat⁹ nostri. vbi Leo.IIII.dicit,Quia præsulatus nostri, quod bene nostis,magisterium non solum de sacerdotum, verum etiam de sæculariū vtilitatibus debet esse sollicitum. Hinc & Gratianus dicit 39. dist.in prin. Debēt namque prælati subditis non solum spiritualia,sed etiam carnalia subsidia ministrare exēplo Christi, qui turbas se sequentes non solum verbo docebat & uirtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat,& per consequens sæculariū negociorum oportet Episcopum habere solertiam. ex quo beatus Gregorius Petrum Diaconum electum in Neapolitanum Archiepiscopum refutauit, assignans rationem, quia hoc tempore talis, in regiminis arce debet constitui, qui non solum de salute animarum,verum & de extrinseca vtilitate & cautela sciat esse sollicitus.facit etiam ad prædicta,74. dist. Episcoporum. nam corporalia ordinantur ad animam, tanquàm in finem perfectū: quia

Nequeunt spiritualia sine temporalibus ministrari.

Consequēs præsupponit antecedens.

Episcopi tenentur seruare hospitalitatem, ergo temporalia subsunt eis.

quia, vt dicit Aug. super Gen. & Magist. sent. in 2. dist. 1. sicut factus est homo propter Deum idest vt ei seruiret, ita mundus factus est propter hominem, scilicet vt ei seruiret. positus est ergo homo in medio, vt & ei seruiretur, & ipse seruiret, vt acciperet vtrinque & reflueret totum ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impendit. Et infra dicit, Totum igitur bonum hominis erat, & quod factũ est propter ipsum, & propter quod factus est ipse: omnia enim, vt ait Apost. nostra sunt. s. superiora, æqualia, & inferiora. superiora quidem nostra sunt ad perfruẽdum, vt Deus Trinitas. Aequalia ad conuiuendum, scilicet Angeli, qui et si modò nobis sint superiores, in futuro erũt æquales, qui & modò nostri sunt, quia ad vsum nobis sunt, sicut res dominorum dicuntur esse famulorum non dominio, sed quia sunt ad vsum eorum. quasi dicat, sic ergo Angeli nostri esse dicũtur, quia ad vtilitatem nostram eorum ministerium exequũtur. ex quo dicit Amb. Qui facis Angelos tuos spiritus & ministros tuos, flammam ignis, scilicet flammigeros charitate, ex quo dicit Apostolus ad Heb. 1. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Et infra 2. c. dicit, Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. testatus est autem in quodam loco quis dicens, Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum, minuisti eum paulo minus ab angelis gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum omnia subiecisti sub pedibus eius: in eo enim quod ei omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Intelligit enim Apostolus hæc verba de Christo Iesu p anthonomasiã capiẽda. ergo ex eius commissione, & de Papa per consequens assumenda. Nostra sunt etiam inferiora, quia ad seruiendum nobis facta sunt. Vnde Vgo de sancto Victore in Discalcal. sic ait, Vide homo dicit mũdus, quomodo amauit te qui propter te fecit me, seruio tibi, quia factus sum propter te, vt seruias illi qui fecit & me & te: me propter te, & te propter se. si sentis beneficium, redde debitum. si accipis benignitatẽ, redde charitatẽ. Hinc & Apostolus ad Heb. 2. subdit, Decebat enim eum propter quem omnia, & per quẽ facta sunt omnia, qui multos filios ad gloriam adduxerat auctorem salutis eorum per passiones consumari. Et 1. ad Corint. 3. dicit, Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cæ-

Mundus factus est propter hominẽ & homo propter Deum.

Omnia nostra sunt.

Angeli & homines aquabuntur. phas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia nostra sunt: nos autem Christi, Christus autẽ Dei. Vnde sicut anima vero dominio debet dominari corpori vel carni, sicut Sara dominabatur Agar ancillæ suæ, cui fugienti à facie dominæ suæ dixit Angelus Domini, reuertere ad dominam tuã, & humiliare sub manu ipsius. Gen. 16. hinc & Apostolus ad Galat. 5. dicit, Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Et infra, quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege, scilicet carnis & peccati: ita Christi Vicarius summus Pontifex, qui principaliter ordinatus est ad curam animarum, quib. quæcunque temporalia sunt subiecta, dominari debet dominio salutari quibuscunque inferioribus constitutis sub rationalis animæ potestate, & sic pertransiens breuitatis causa, procedam ad vltimum argumentum.

Vigesimo et vltimo, probatur sic, Diuina debent super esse humanis, & cœlestia terrenis: Papa autem diuina tractat & cœlestia, ergo magis debet præesse terrenis. Probatur maior ex dictis Greg. Nazanzeni Imperatoribus Constantinopolitanis, relatis 10. dist. suscipitis. vbi sequitur, Suscipitis me, libertatẽ verbi libenter accipitis, quòd lex Christi sacerdotali uos subiicit potestati. atque istis tribunalibus subdit, dedit enim & nobis potestatem, dedit principatum multo perfectiorẽ principatibus vestris: aut nunquid iustum uobis videtur si cedat spiritus carni, si à terrenis cœlestia superentur, si diuinis præferantur humana? Patet ergo maior, minor probatur ex dictis Isidori 7. Etimolog. & 21. dist. c. 1. vbi dicit Isid. quod Dominus Petrum in summum sacerdotem elegit, dum ei præ omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & à se petra Petri sibi nomen inposuit, de quo originaliter Matth. 16. subdit Isid. ubi supra, & habetur 21. dist. cleros. §. Pontifex. Princeps sacerdotum, quasi via sequentium ipse & summus sacerdos, ipse Pontifex maximus nuncupatur: ipse enim efficit sacerdotes atque Leuitas, ipse omnes ordines Ecclesiasticos disponit, ipse quid vnusquisque facere debeat ostendit. ante autẽ Pontifices & Reges erant, nam maiorum hæc erat cõsuetudo, vt Rex esset & sacerdos & Pontifex, vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. totum patet in prædicto §. Pontifex. Confirmantur oĩa præcedentia argumẽta & longa, imo longissima præscriptione & antiquissima consuetudine

Diuina super sunt humanis et terrenis cœlestia præferuntur.

Pontifex summus sacerdos Princeps & Rex.

tudine rationabiliter approbata per ipsosmet Imperatores, qui se humiliter submiserunt culmini sedis apostolicæ prędsidentis, quorum primus extitit Constantinus, qui miraculose liberatus à Syluestro Papa, conuersus ad Christum Dominũ, vrbem Romam Syluestro & successoribus eius benigne relaxans in ipsa vrbe vtriusque potestatis monarchiã disponendam Romanis Pontificibus declarauit, non iustum arbitrans, vt vbi sacerdotii principatũ & Christianę religionis caput Imperator cælestis instituit, illic Imperator terren⁹ habeat potestatẽ, quĩ magis ipsa Petri sedes ĩ Romano iam solio collocata libertate plena in suis agendis per omnia potiretur, nec vlli subesset homini, quæ ore diuino cunctis digno scitur esse prælata. ita dicit textus decretalis, fundamenta, §. ne autem. de elec. lib. 6. vbi Io. And. glossator ordinarius super verbo Monarchia. dicit, Monarchia dicitur à monos, quod est vnus, vel singularis: & arcos, quod est princeps, vel principatus, quasi vn⁹ & singularis principatus, intellige sedis Apostolicæ, cuĩ Constantinus prædictam tribuit Monarchiã, vt patet in illa palea 96. di. Costantinus. vbi concluditur quod Cõstantinus Imperator quarta die baptismi sui, cum cõsensu Satraporum Senatus, & cum cũcto populo Romanæ Ecclesiæ subiacente sanciuit, sacrosanctam Romanam Ecclesiam primatũ tenere, tam super quatuor sedes s. Alexandrinam, Anthiochenam, Ierosolymitanam, & Costantinopolitanam, quam super omnes mundi Ecclesias, & quod Põtifex eius celsior & Princeps cunctis sacerdotibus existeret, concedens ei coronam similiter & phrigium & superhumerale, quod imperiale circundare solebat collum, & clamidem purpuream & tunicam coccineam & imperialia sceptra, cũcta signa & banna, & diuersa ornamenta imperialia, sanciens vtrunque ordinem Cardinalium, illa potentia vti & excellentia, qua eius Senatus adornabatur, vt essent. s. Patritii & Cõsules, & cum linteaminibus & manipulis. i. candidissimo colore decoratos equos equitarent, & sicut eius Senatus calciamentis vterentur cum ulonibus. i. candido linteamine. decernens insuper, quod summus Pontifex diademate ex auro purissimo capitis sui vteretur, quam passus non est Syluester propter coronã clericatus pro honore beati Petri. Phrigium tamẽ vertici eius, manibus propriis imposuit tenens frænũ equi ipsius, stratoris officium exhibens, concedensque ei palatiũ lateranense Romanam vrbem, & omnes Italiæ, siue occidentaliũ regio-

Ad prædicta concurrunt not. in c. futuram. 12. q. 1. ubi vide diligenter.

De Constantino liberato à Syluestro & donatione per eũ facta Ecclesia.

regionum prouincias,& ipsis orientalibus transtulit se regionib⁹ & Bizantium nomine suo ciuitatem ædificauit .s. Cōstantinopolim & illic suum instituit Regnum, congruum prospiciens, vt vbi caput constitutū est ab Imperatore cęlesti, illic Imperator terrenus non habeat potestatem: concludens,quòd si quis prædictorum temerator, aut contemptor existeret, terrenis condemnationibus subiaceret, & sanctos Apostolos in præsenti & in futuro sibi sentiret esse contrarios. Quam paginam propriis manibus roborauit,& dicitur conseruari in sacristia sancti Petri,bulla aurea roborata. Ipse Costantinus primus Imperator fuit,qui ad fidē Christi venit,& Christianis licentiam contulit per vniuersum orbem Ecclesiam fabricari, & ipse primus fossor accedens Apostolorum Petri & Pauli Ecclesiam fabricauit,& in Lateranensi Palatio Ecclesiā Saluatoris cum appenditia Ioannis Baptistæ primam sedem summorum Pōtificum instituit orbis terræ,de quibus. 15. dist.c.1.96.di.Costātinus. & c.coronam.& c.satis.& 12.q.1.c.futuram.& glos.22.dist.de Costantinopolitana.& c.renouantes.

Patet igitur ex prædictis, quam humiliter Constantinus submisit se siluestro,quam maximè dum stratoris officium suscipit; & frenum equi dextra manu porrigit reuerenter, Dumq; constās succedit Imperio Arianus effectus Catholicos toto orbe persequitur. Ex quo diuino iudicio factum est, vt dum per forum Constātii Germani diuerteret ad necessariā causam,viscera eius repente similiter cum vita effusa sunt. Cui succedens Iulianus Apostata, ex clerico Imperator efficitur & in idolorum cultum conuersus magnas strages atque sæuas neces intulit Christianis, & ipse cum cæteris diuina falce punitur,Christum confitetur inuitus, dicit Isid.in sua Cronica. Multis tādem annorum circulis reuolutis,Iustinianus oritur Saloreæ Illiricæ, de quo 23.di.extra uero.ibi per glos.& 7.dist.fuerunt.vbi glo.dicit,quòd Theodosianum Codicē Iustinianus immutauit & fecit vnum Codicem ex tribus. Etiam hic Iustinianus Imperator se & suas leges Romano Pontifici subiugauit, vt in epistola,inter claras,& in epistola Victor.C.de summa Trinit.& fi. cath.& in Auth. vt clerici apud proprios Episcopos,collat.6.Ipse etiam Iustinianus in prædicta Epistola, Victor, §.suscepimus. protestatur se amplecti.4. Cōcilia principalia,videlicet Nicenum, Constantinopolitanum,Ephesinum, & Calcidonense.& decernit,quod quicunque non credunt & tenent ea,quæ

De Iustiniano.

in prædictis quatuor Concilijs sunt statuta, tãquam hæretici puniantur, vt in l. quicũque. C. de hæreticis. Superuenerit Ludouicus Imperator primus, qui Paschali summo Pontifici & successoribus eius in perpetuum, sicut à prædecessoribus suis post Costãtinum concessum fuerat, ita & ipse concedit Romanis Pontificibus disponere Romanam ciuitatem, cum ducatu suo & suburbanis atque uiculis suis omnibus & territoriis eius montanis atq; maritimis, litoribus & portibus seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis ac villis in Tusciæ partibus, &c. 63. d. Ego Ludouicus. vbi glos. dicit quod nec posset Imperator illã donationem reuocare. nam dicit lex, quod sola immensitas est mensura rerum donatarũ in Ecclesia, vt C. de sacrosan. Ecc. auth. sed hodie. & dicit gl. quòd Ludouicus non concedit, sed cõcessa conferant: nam omnia hæc & alia plura, iam prius fuerant Ecclesię. 96. dist. Costantinus.

De Ludouico.

An donatio facta per Constantinũ possit reuocari.

Præterea solus Imperator potest alienare res Imperii. ff. de legat. 1. l. apud Iulianum §. fi. item quia per hanc concessionem non lęditur Imperium, ex quo res redit ad pristinũ statum. ff. de pact. l. si vnus §. quod si non vt tolleret. & 35. dist. ab exordio. Non obstat 12. q. 2. non licet. quia ille non poterat legem imponere suo successori, extra de elec. innotuit. hæc ibi glos. melius tamen Moderni tractãt in c. nouit. extra de iudic. & Archid. in d. c. ego Ludouicus, apostillat verbum concedo. i. habere permitto & non resisto, quin pacificè & quiete habeat & possideat. nam hæc omnia antea habuerat, sicut patet ex littera & glos. Sed fortè non omnia secundum Hug. Sicut etiam Rodulphus Rex Alemaniæ donauit Ecclesiæ Romanæ ciuitatem Bononiæ cum suo districtu, & totã Romandiolam, quam tamen ei prius donauerat Pipinus, pater Caroli magni, & etiam alii Imperatores, quod dic, vt in Specu. de rescrip. præsentat. §. ratione causæ. vers. item quod obtentum est. Hugol. etiam dicit quod Imperator non posset talem donationem reuocare. hoc tenent communiter Doctores moderni, & benè: nam cõmunis doctrina est, quòd Papa & Imperator possint donare in quantacunque quantitate volent, & valet etiam sine scriptura & insinuatione. C. de donat. l. sancimus. vel magister militum militibus, vel priuatus priuato in reparatione domus, vt in Auth. vt non fiant pignorat. §. illud quoque. collat. 5. & econuerso, quæ fiunt à priuatis in Principẽ, similiter valent, cuiuscunque fuerint quantitatis. C. de donat. auth. & à priuatis. Item cum do-

De Bononia & Romandiola.

natur

Papa & Imperator possunt immense donare.

natur piis locis, in quibus optima mensura est rerum donatarum immensitas, vt in Auth. de non alien. aut permut. reb. Ecclesiæ. §. si minus, collat. 2. secundum Goffr. sed textus ille nõ sic indistincte loquitur de donatione, quam Imperator facit Ecclesiæ: sed in donatione, quã facit alius priuatus etiam Ecclesiæ, nam illa potest fieri secundum veterem legem vsque ad quingentos solidos. C. de sacrosan. Ecclesi. l. illud. vel hodie vsque ad octingentos solidos, ea ratione, vt sicut olim poterat quis donare priuato vsque ad ducentos & Ecclesię vsque ad quingentos, & sic trecentos Ecclesiæ plus licebat quam laico donare, & hodie commune iussit, vt vsque ad quingentos laico possit donari, vt C. de don. l. penul. Sic vltra quingentos licebit trecentos Ecclesiæ donare & ita octingentos, vt notat Bald. de Perusio in dicta l. illud. & quod talis donatio per Constantinum licitè fieri potuerit, nec per successores possit reuocari, satis probatur 16. q. 3. placuit. vbi decretũ Gelasii Papæ sic dicit, Placuit huic sanctæ & magnæ Sinodo, vt res, vel priuilegia, quæ Dei Ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, & siue ab diuæ recordationis Imperatoribus, siue ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata & ab eis per annos 30. possessa sunt, nequaquam à potestate præsulum eorum quæcunque persona sæcularis per potestatẽ subtrahat, aut per argumenta, quælibet auferat, sed sicut omnia in potestate ac iussu præsulis Ecclesiæ quæcũque intra 30. annorũ spatia ab Ecclesiis possessa fuisse noscũtur. Quisquis ergo clericorũ, vel sæculariũ contra præsentem diffinitionem egerit, tanquam sacrilegus iudicetur. & donec se correxerit & Ecclesiæ propria priuilegia, seu res restituerit, anathema sit. Vides ergo quàm clarum textum ad robur talis donationis, cum dicit, Donata, &c. quod nunquam valeat reuocari donatio, tam longissima præscriptione munita, nedum 30. annorum, sed vltra mille, cum Imperator etiam ipse Iustinianus Christianissimus instituerit donationẽ factam per Imperatorem quadriennii præscriptione tueri, vt in l. bene à Zenone. C. de quadriẽnij præscript. vnde Glos. in dicto c. placuit, bene concludit, quod præscriptio 30. annorũ non refertur ad Imperatorem, sed ad alios Dei cultores, de quibus loquitur tex. ibi. Sufficit ergo Ecclesiæ iam tanto tempore quietè, & pacificè possedisse: dico sine iudiciali disceptatione, præsertim cum imperium non lædatur, sed iuuetur ex tali inclita donatione, quia magis sacrorum clericorũ

precibus

precibus protegitur & augetur, quàm armis militum & bellatorum, sicut Iosue, Moise orante, vincebat: quo non orante Amalech superabat. Exo. 17. Summus ergo Pontifex cum toto clero populi Christiani imperium & Imperatorem cum omni exercitu suo quotidie student suis deuotis orationibus Altissimo commẽdare, iuxta doctrinam Apostoli ad Timot. 2. dicentis, Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillã vitam agamus in omni pietate & castitate. Et nota quod Apostolus diuidit orationem in quatuor species, videlicet obsecrationẽ orationem, postulationem, & gratiarum actionẽ. Obsecratio, secũdum glo. ibi, est adiuratio pro rebus difficilibus, vt pro conuersione impii, vel pro remouendis malis. Oratio est, cum iam conuersis virtutes & bona orantur. Postulatio, vt cum pro iustis gloria cælestis petitur. Gratiarum actio est de omnibus beneficiis & donis receptis. His igitur quatuor modis orant Pontifices & clerici ꝑ Imperatore & Regibus & omni populo Christiano, & aliquãdo etiam pro infidelibus, vt ad lumen redeant veritatis. Hac similitudine dicimus compositam vrbem Romã sub figura quatuor partiũ orbis terræ propter quatuor Patriarchales sedes, quę sunt in vrbe, sicut in orbe, vt patet in c. antiqua. extra de priuileg. & illæ quæ sunt in vrbe, sunt videlicet Ecclesia sancti Petri, Ecclesia sancti Pauli, Ecclesia sanctæ Mariæ maioris, Ecclesia sancti Laurẽtij. Sed principalissima sedes omniũ est Lateranensis Ecclesia sancti Ioa. Bap. 23. dist. c. 1. in prin. & 65. d. Adrianus, 2. nã in maiori altari sancti Ioannis solus Papa & episcopi Cardinales celebrare solent: sed in aliis nedum ipsi, sed etiam presbiteri Cardinales celebrare consueuerunt. Aliqui tamen dicunt quod Ecclesia sancti Petri non est Patriarchalis, quia subest episcopo Portuensi, & est de ipsius diæcesi. Archidiac. dicit hoc videri mirabile, cum Ecclesia beati Petri prima vocetur. 12. q. 1. futuram. & est caput cæterarum, sicut Petrus caput Apostolorum. 3. q. 6. dudũ. & ibi Laur. arguit Ecclesiam sancti Petri maiorem Lateranense, arg. 10. q. 1. sanctorũ. & in dicto c. futurã. & in Cronicis legitur, quod Bonif. IIII. obtinuit ab Imperatore, quod Ecclesia sancti Petri caput esset omnium Ecclesiarum. Communiter autem tenetur, quod Lateranensis est maior, & Romana Ecclesia nuncupatur, & est prima

Orat Ecclesia pro regib. & reliquis.

An Lateranensis Ecclesia sit principalis in urbe & orbe.

ſedes Apoſtolici, ſecundum Hugol. & in Cronicis legitur, Cõſtã-tinum vltra palatium Lateranenſe conſtruxiſſe Eccleſiam Saluatoris, quam in toto orbe terrarum matrem omnium Eccleſiarum cenſuit nominari. de hoc tractant Moderni in c. fundamenta, de elect. lib. 6. Ad propoſitum igitur redeundo pro Imperatore facit ad ſalutem animæ, ad conſeruationem vitæ, ad protectionem Imperialis culminis & apicis dignitatis, talem donationem perpetuò acceptare, ratam habere & protegere & defenſare, vt tantorum virorum orationibus & patrociniis adiuuetur. Accedunt etiam ad prædicta notata. 23. q. vlt. igitur. vbi dicit glo. quòd ciuitas Romana eſt Apoſtolici & non Imperatoris, allegat prædictum ca. ego Ludouicus, & dicit quòd Imperator eſt aduocatus vrbis, de quo in c. venerabilem, extra de elect. & de prædicta donatione Romã idolæ not. Io. And. in c. cauſam quæ. extra de iur. calum. Et quòd regnum & inſulæ Siciliæ, ſint de patrimonio beati Petri, patet 94. diſt. c. 1. 1 c. q. : . relatum. 11. q. 1. peruenit. extra de iudic. nouit, & in c. ad Apoſtolicæ. de ſen. & re iudic. lib. 6. & in dictis iuribus per glo. & Doct. Item quòd regnum Angliæ ſit Eccleſiæ Romanæ & Rex in feudum recipiat ab Eccleſia, not. Io. And. in c. cauſam. 2. extra qui fil. ſint legit. & de prædicto regno Siciliæ not. etiam in c. paſtoralis, de ſent. & re iudic. 1 clem. De prædicta donatione, an valuerit, vel poſſit reuocari per ſucceſſores Conſtantini, not. Io. And. in gloſ. ſua ordinaria, ſuper verbo, Coſtantinum. in c. 1. §. fi. de iureiur. in clem. vbi ſic dicit. Diſputãt aliqui, an donatio per Conſtantinum facta Eccleſiæ Romanæ & in perſona beati Silueſtri, de qua 96. diſt. Conſtantinus, valuerit? & an ſucceſſor illam reuocare potuerit? Accurſius tenet ꝙ donatio non valuit, in Auth. quomodo opor. Epiſc. poſt princ. ſed Io. contra, qui hoc not. 63. diſt. ego Ludouicus. ꝙ valuit, & ſit reuocabilis, probat hæc literà, & ſupra de elect. fundamenta. §. ne antem, lib. 6. & facit quod not. Hoſt. in ſumma de immunit. Eccl. §. pen. ad fi. hæc glo. Ibi hãc partem etiam tenet D. Ant. & communiter omnes Canoniſtæ, quã quàm Guil. de Cun. Butrig. & Bar. in proœ. ffʼorum, & C. aliud dixerunt: ſed ſtandum eſt determinationi Papæ, quæ ſeruanda eſt in dubiis, ut in c. per venerabilem, §. reſponſionibus. extra qui filij ſint leg. Sic etiam tenet Paulus de Leazar. in dic. c. Romani, de iureiur. in clem. qui addit, quod prædicta donatio de iure valuit, quia ex cauſa, ſcilicet propter beneficium receptũ, fuit facta dona-

Imperator eſt aduocatus Vrbis

De regno Siciliæ.

De regno Angliæ.

De Conſtantino, & donatione, &c.

donatio,& sic fieri potuit,arg.l.Aquilius, ff. de donat. Item quia ratione dignitatis licet donare,quod aliàs non liceret.ff.de donat. l.filius.& potissimè ratione dignitatis Imperatoris, cuius uoluntas ius facit.Instit.de iure naturali.§.sed quod Principi. Ad hoc quia talis donatio facta fuit capaci & fauorabili, ideo tenuit.C. de sacrosan.Eccl.l.priuilegium.Nec debet posse reuocari,quia facta fuit cum causa,scilicet recepti beneficij sanitatis,& sine causa scilicet ingratitudinis,non debet posse reuocari,vt in c. fin. de donat.Cum ergo Ecclesia non possit esse ingrata, & sic non possit subesse causa reuocationis: cum etiamsi ingratitudo prælati adesset illa non debet nocere Ecclesiæ,vt in reg.delictum, de reg.iur.lib. 6.Præterea deficit iudex,qui habeat de hoc cognoscere, quia Papa habet iudicem,solum Deum.9.q.3. aliorum, &c.nemo. & 40. dist.si Papa.Item quia per donationem non minuitur imperium, licèt minuatur exercitium iurisdictionis in persona Imperatoris, quia Imperium est penes Ecclesiam, siue Apostolicum,hoc est ipsum Papam: sed exercitium clauis,est in manu Regali ad nutum Ecclesię,vt in extrauag.Bonifacij,quæ incipit,Vnam sanctam. & ratione Imperialis dignitatis diminutæ non debet dici inualida donatio,quia à quocunque exerceatur iurisdictio de rebus prædictis, exercetur pro Imperio, vt in c.cum Apostolica.de his,quę fi.à præl.si.con.cap. Item ratione donantis non debet dici inualida,quia donans potuit sibi præiudicare,ut in c.cum venissent, extra de iudic.Item nec ratione successoris,quia non perdidit quod nõ habuit,& sic nullo modo potest reuocari. Nec Imperator posset reuocare priuilegia,quæ dedit Ecclesiæ Romanæ, ut notat Innoc.in c.nouit,extra de iudic.ad quod 22.q.2. non enim.hec etiã confirmat,ut dictum est,longissima præscriptio,confessiones,iuramenta,recognitiones,& promissiones Imperatorum, de quib. patet 63.dist. tibi Domino. vbi ponitur iuramentum fidelitatis & obedientiæ Ottonis Imperatoris Io. Papæ: in quo iuramento promittit Imperator in Roma ciuitate nullum placitum, aut ordinationem facere,& quicquid de terra sancti Petri ad Imperialem potestatem venerit,Papæ reddere, et cuicumque regnum Italicum commiserit Imperator,iurare faciat illum, ut adiutor Papæ sit ad defendendã terram sancti Petri,secundum suum posse. Confirmatur etiam,quia Ecclesia habet habitum iurisdictionis, & Imperator solum exercitium suscipit ab Ecclesia.ex quo patet

quod Papa poteſt imperium reuocare, etiam ſi talis donatio minimè proceſſiſſet. ergo fortius ſtante donatione. Rationes autem, & quæ allegãtur in oppoſitum, pręſupponunt duo eſſe principia. & quòd Imperium non dependeat ab Eccleſia, quod tamen incõuenientiſſimum iudicatur, vt ſupra dictum eſt, & dato quòd ſic eſſet, ad huc tamen dici poſſet quòd tunc etiam donatio tenuiſſet ex cauſa beneficij iam ſuſcepti, quando donatio non eſſet immenſa, etiam Imperatori, vel Regi, licèt eſſet in præiudicium ſucceſſoris, vt in c. intellecto, extra de iureiu. & in Auth. de non alien. §. ſi minus, collat. 2. Et ſi dicas, eodem modo, & eadem ratione poſſet totum regnũ donare, vel imperium: dico quòd nõ ſequitur, quia reuocaretur donatio, ex qua tanta lęſio ſequeretur, argum. notat. in l. 1. C. de inoff. donat. Confirmatur hæc ſententia, quia vſque ad Sigiſmundum, noſtris temporibus coronatum à S. D. N. Eugenio Papa IIII. exemplo mõſtrauerunt Imperatores approbationẽ perſonæ ad imperialis celſitudinis apicem aſſumendę, nec nõ vnctionem, conſecrationem, & Imperii coronam à ſummo Pontifice accipere, & ſua ſubmittere capita non reputarunt indignum: ſeq; illi & eidem Eccleſiæ, quæ à Græcis Imperium tranſtulit in Germanos, aſtringere vinculo iuramenti, vt in d. c. vnico, de iureiu. in clem. Nam primò tranſlatum fuit à Græcis in Francos, & poſtmodum à Gallicis in Germanos. 28. q. 1. §. ex his. de quo plenè in c. venerabilem, extra de elec. ibi, Quæ Romanũ Imperium in perſonam mag. Caroli, &c. Electio tamen Imperatoris hodie ſpectat ad quoſdam Duces Alemaniæ, cum tribus prælatis, qui ſunt Archiepiſcopi, videlicet Maguntinus, Colonienſis, & Treuerẽſis, & quatuor Laici. ſ. Comes Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brãdeburgenſis, & Rex Boemiæ olim Dux. Et dicunt quidam, quòd Rex Boemiæ de neceſſitate non eſt vocãdus, niſi cum alii diſcordant nec iſtud ius habuit ab antiquo, ſed hodie de facto tenet. & hęc p Hoſt. in d. c. venerabilẽ. extra de elec. p gl. Io. And. in d. c. ad Apoſtolicæ. de ſen. & re iud. li. 6. ad fin. c. in gloſ. pen. vbi ſubdit, Canõ dicit quod exercitus Imperatorẽ facit. 93. diſt. legimus. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſtea, & §. deinde cum eſſet. & §. deinde quia difficile. & §. quia nouiſ. Inſtit. de iure natu. §. ſed quod. & C. de vete. iure enuc. l. 1. §. hoc etiam nihilominus. Et certè clarum eſt, quod electores imperii ab ipſa Eccleſia Romana eligendi poteſtatem auxerint, vt in dic. c. uenerabilem, extra de elec. quam quidem poteſtatem

Electores Imperii qui ſunt.

statem conferre non potuisset Ecclesia, nisi saltem habitu obtineret, quia nemo dat quod non habet, vt in c. nemo plus, de reg. iur. lib. 6. & de consec. dist. 4. quomodo. nam cum imperium esset in Græcia, & Rex Desiderius Romanam Ecclesiam deuexaret, Adrianus Papa. II. dispositionẽ sui prædecessoris Nicolai Papæ sequut' suos legatos ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Constãtiũ & Leonem Augustos, Constantinopolim direxit, vt Ecclesiã defensarent, quibus renuentibus Adrianus Papa victoriosissimũ Carolum magnum, Regem Francorum, ad defendendas res Ecclesiæ postulauit. Carolus verò Romam veniens, Papiam obsedit, ibique relicto exercitu in sancta Resurrectione ab Adriano Papa Romæ honorificè susceptus est. Post sanctam verò Resurrectionem reuersus Papiam, cepit Desiderium Regem, deinde Romam reuersus constituit ibi Synodum cum Adriano Papa in Patriarchio Laterani in Ecclesia S. Saluatoris, quæ Sinodus celebrata est à 153. episcopis religiosis & Abbatibus, & exinde translatũ est imperium à Græcis in Germanos, qui sic vocati sunt, eo quod sub eodem patre, s. summo Pontifice, & eadem matre. s. sancta Romana Ecclesia, tanquam germani ex vtroque parente congaudeãt humiliter obedire: nã illa Germania, q̃ post Scithiam inferiorẽ à Danubio inter Rhenum fluuium Oceanumque cõclusa cingitur à Septentrione & Occasu Oceano, ab Ortu verò Danubio, à Meridie Rheno fluuio dirimitur, propter fœcunditatẽ gignẽdi Germania dicta est, vt dicit Papias. Ergo quasi ex fęcunditate diuinæ gratiæ, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Io. 1. Sicut nouellæ oliuarum Ecclesiæ filii in circuitu mensæ Domini, Germani meritò nuncupantur. De prædicta imperii trãslatione satis habetur in historia Ecclesiastica, & tangitur 63. d. Adrianus. j. & 2. & in c. in Sinodo, ead. dist. Quęrit ẽt Io. And. in dicto c. ad Apostolicæ. in glo. pen. Nunquid Papa possit prædicto principes electores imperii electionis iure priuare, & per seipsum eligere Imperio vacante? Et respondet, s'm Ber. ꝙ nõ dũmodò ipsi velint eligere, secus videtur si nollẽt eligere, vel concordare nõ possent. ꝓbat per decre. venerabilẽ, extra de elec. & hoc maximè locũ habet ĩ laicis, ad q̃d extra de iure patro. c. cũ dilectus, cũ ibi not. & vltra glossam dicit idẽ Io. And. in dic. c. ad Apostolicæ, ꝙ ex eo quod à iure certũ tẽpus non statuitur electoribus ad eligendum Imperatorem, hinc

Translatio imperii ex vexatione ecclesiæ per Regẽ Desiderium.

Desiderius Rex capitur.

An Papa possit priuare electores Imperij.

est

An Papa possit priuare electores Imperij & per seipsum eligere. est quod Papa non potest eligere; nisi prius illos admoneat, vt in dicto c. venerabilē. extra de elec. & sic post statutā diem, si electores fuerint negligentes, electio deuoluetur ad Papam, quia statuta dies interpellat pro homine, & facit contumaciā, iuxta not. in c. potuit. extra de locato. Et an in Ecclesiis, in quibus siue sint cathedrales, siue inferiores, statuta sint tempora electionis, vt in ca. ne pro defectu, extra de elec. & in c. 2. de concess. præben. & in c. ex parte, eodem titulo.

De Carolo Magno. Et nota, secundum Dominum Florentinum, Franciscum de Zabarel. in d.c. venerabilem, in 5. notabili, quod Carolus Rex Franciæ cum suis successoribus de Francia, tenuerunt imperiū per annos ciij. & amplius vsque ad Ardulphum, cuius tempore cum Ecclesia oppugnaretur à Beregario tyranno, nec Ardulphus succurreret, i subsidiū Papa vocauit Ottonē Ducē Saxoniæ, q succurrit, & ob hoc p Leonē Papā V. cōstitutus fuit Imperator & deinde remansit Imperium apud Germanos, vt legitur in quibusdā Cronicis. De prędicto Carolo Magno & de eius statura & morib. & gestis tractatur in Speculo historiali, lib. 25. c. 1. & sequen. Et sciendum quod quamquàm olim eligeretur Imperator à populo Romano, à quo etiam iurisdictionem habet. 93. dist. legimus. & in d.l. 2. ff. de orig. iur. cum aliis iuribus superius allegatis: tamen per concessionem Ecclesiæ pertinet ad prædictos electores tā de iure quàm de antiquata consuetudine, vt patet in d.c. venerabilē. vnde conclusiuè dici potest quod quamquàm imperium principaliter sit à Deo, quia omnis potestas à Deo est, Ad Ro. 13. placuit tamen Deo vt ab eo sit principaliter, sed per manus sui Vicarii offeratur & confirmetur, vt in d.c. 1. de iureiu. in cle. & in c. solitæ, de maior. & obed. & in c. nouit. de iudic. & in c. licet. 1. de foro compet. & in d.c. per venerabilem, §. responsionibus. qui fil. sint leg. *Deriuatio Imperij.* Superflua tamen iam videtur hęc disputatio & multa iurgia cōnexata hinc inde plurima prodierunt. Cōstat enim quod aliquale Imperium fuit primò orientale Assyriorū, quod dicitur Babilonicum. Aliud dictum est Imperiū Persarum, & Medorū, cui præfuit Arphaxad Rex Medorum, qui multas gentes subiugauit imperio suo, & quem Nabuchodonosor Rex Assyriorum debellauit & obtinuit in campo magno Ragaurum, Iudith. 1. Aliud est etiam dictum Imperium Græcorum, cui præfuit Alex. Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia & destruxit Da

rium

rium Regem Persarum & Medorum. de quo 1. Machab. 1. Quartum igitur fuit Imperium Romanorum, destructo Anibale, qui pugnabat pro regno Carthaginẽsium, vt patet per Tit. Liuium in tit. de secundo bello Punico. Et de his quatuor regnis prænunciauit Daniel Nabuchodonosor in declaratione somnii de statua cuius caput aureum, pectus & brachia de argẽto, venter & fœmora ex ęre, tibię autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quędam fictilis. Et dixit Daniel Nabuchodonosor, Tu es ergo caput aureum, & supra dixit, tu Rex regum es, Deus cæli, & regnum & fortitudinẽ & imperiũ & gloriã dedit tibi. Et infra, Et post te cõsurget regnum aliud minus te, & regnum tertium aliud æreũ, quod imperabit vniuersæ terræ. Et regnum quartum erit velut ferrum. Quomodo ferrum comminuit & domat omnia, sic comminuet omnia hæc & conteret. Porrò quia vidisti pedum & digitorum partem testeã figuli & partem ferream, regnũ diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte regnum erit solidum & ex parte cõtritũ. Et infra, In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnũ, quod in æternũ nõ dissipabitur, & regnũ eius populo alteri non tradetur. Cõminuet autem & consumet vniuersa regna hæc & ipsum stabit in æternum, &c. Dan. 2. vides igitur quartum Imperium, quod fuit Romanorum, & quod tanquam ferrum comminuit & domauit omnia, cuius princ. Iulius Cæsar præfuit, & armorum ui mundum sibi subiugans, caput dedit imperio Romanorum, cui successit Octauianus, qui per 56. annos vniuersum sibi orbem sua magna potentia subiugauit & pacificè rexit & gubernauit. Cuius imperii anno 42. abscissus est lapis de monte sine manibus. hoc est, quia à summo Deo & Domino cæli & terrę factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris & omnium intuentium, vt. s. natus sit Christus Dei filius ex intacta Virgine gloriosa, cuius regni nõ erit finis. Luc. 1. Ad quod 2. c. subiungit Lucas, Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. quod ad literam factum est, quia anno imperii Octauiani, quia natus est Christus Dñs, Rex regũ & Dominus dominantiũ secundum omnes Catholicos tractatores. Regnum igitur temporale contritum est, regnum verò spirituale stabit in ęternum. Simili modo prophetauerat Balaam Num. 24 dicens, Orietur stella. s.

De Imperio Romanorum.

Statua Nabuchodonosor.

Virgo

extra de elect.& in d.ca.1. de iureiur. in clem. Quid enim.si electus esset indignus, vt paganus, tyrannus, hæreticus, excommunicatus, periurus, vel fatuus, aut Ecclesiæ & Christi fidelium persecutor? Certè ridiculum esset talem in Imperio confirmare, vt in d.c. venerabilem, §.nunquid enim.extra de elect. Fatemur enim nos electionem Imperatoris ad Theutonicos pertinere virtutum merito & dispositione Pontificum Romanorum. 28. q.1.ex his. Confiteantur ipsi Imperatorem debere ceruicem submittere coram pedibus summi Præsulis & Vicarii Iesu Christi, & caueant ne partam dignitatem & tanto tempore iam possessam pacificè & quietè, eorum ignauia vel detestabili vita lasciua deperdant, cum ex quolibet mortali peccato incorrigibilis Imperator deponi valeat & priuari, vt dicit glo.40.dist.si Papa, in fi. Sicut etiam deponitur, si est inutilis populo Christiano.15.q.6.alius.vbi Zacharias Papa Regem Francorum non tam pro suis iniquitatib. quam pro eo quòd tantæ potestati erat inutilis à regno deposuit & Pipinũ Caroli Imperatoris patrem in eius locũ substituit. Vbi dicit glos. ergo Papa deponit Imperatorem. 96.dist.duo, & c.si Imperator. Et quamquàm glos. Io. dicat ibi, dicitur deposuisse, quia deponẽtibus consensit: attamen clarum est hodie quod ex iusta causa Papa potest Imperatorem deponere & priuare, cum ad eius officiũ spectet de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Christianum. Et si correctionem contempsit, per districtionem Ecclesiasticam coercere, vt in c.nouit, vers.cum enim.extra de iudic. & clarius patet in c.ad Apostolicæ, de sent.& re iud.lib.6. Vbi Innoc. IIII. in Concil. Lugdu. priuauit & deposuit Imperatorem Federicum. vbi Io. And. in gl. 1.dicit. Et nota primò quod in superscriptione dicitur. Sacro præsente concilio, ad memoriam sempiternã. quod dicit de Concilio, potius est ad honestatem quam ad necessitatem, & sine sententia Concilii sententia Papæ sufficeret cõtra Imperatorem & quemlibet alium.15.q.6.alius.ibi enim non dicitur quod in Concilio facta fuerit depositio. Ipse enim Papa habet plenitudinem potestatis. 3.q. 6.decreto nostro. &c.qui se scit, & in c.ad honorem, de auth.& vsu pal. Papa igitur Canonib⁹ non subiicitur, nec ab eis auctoritatẽ habet, sed ecõuerso, vt in c.significasti. extra de elect. ipse ergo omnes iudicat, & à nemine iudicatur. 22.dist.omnis.9.q.3.sola.&c.nemo, & c.cuncta per mundum. Dicit etiam Io. And. in glos. super verbo, Pharaonis, in d.c.

Depositio Imperatoris

De Federico deposito.

Papa non subijcitur canonib.

Papa omnes iudicat & à nemine iudicatur.

ad Apostolicæ. Et potest dici de Federico Imperatore, quod magnus sine comparatione creatus, sine venia dânatus fuit, sicut diabolus. de pænit. dist. 2. princ. & super verbo, hęresi. dicit, propter quod crimen nō solum Imperator, sed Papa etiam deponi debet. 40. dist. si Papa. suspectus enim de hæresi, si se non purgat & si per annum sic steterit & iurare noluerit, punit' vt hæreticus. extra de hæret. c. excommunicamus. 1. §. sic verò. Et est idē in excommunicato ob contumaciam in causa fidei, vt in c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. Dicit etiam Io. And. in d. c. ad Apostolicæ, in glo. super verbo priuamus. propter crimina ergo deponit Papa Imperatorē vt hic. Item cum est inutilis. 15. q. 5. alius. Item dat coadiutores Imperatori malè administrantis, vt in c. grandi, de supplen. neg. præl. lib. 6. Item per negligentiam Regum iurisdictionē assumit, vt in c. licet, extra de foro compet. Item ipsos compellit iustitiam ministrare. 23. q. 5. administratores. Item compellit eos in casibus debitis ius Canonicum obseruare vt in c. 2. de foro compet. lib. 6. & in c. licet, & in c. decernimus, de sent. excom. lib. 6. Patet igitur ex prædictis quantum præualet auctoritas Papæ super Imperialē celsitudinem, quam transtulit, examinat, confirmat vel infirmat approbat vel reprobat: & si approbat, coronat, vngit, & cōfouet tanquam pater: & si delinquit, punit deponit & priuat, eius sententiam reuocat & infringit, cum iniustam decernit, vt in c. pastoralis, de sent. & re iud. ī clem. Nec prædicta facere posset Papa, si in his iurisdictionem ordinariā non haberet: nam eius est deponere cuius est ponere, quia omnis res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur vt dicit Io. Chrisost. & habetur in c. 1. extra de reg. iur. ad quod ff. de reg. iur. l. nihil tam naturale. Ille etiam benedicit, qui & maledicit, & econuerso. 21. dist. denique. nam leges Imperatoris non sunt supra legem Dei & Canonicas sanctiones, sed subtus. 10. dist. c. 1. Nec iudicia Ecclesiastica dissolui possunt per Regias sanctiones. 10. dist. non licet.

Suspectus de hæresi per annum &c.

Imperator deponitur per Papam multis de causis.

Qui ponit, ipse deponit.

Ex quibus patet Imperatorē & omnes reges cunctosque Christi fideles Papæ subiici oportunè, donationemque prædictam, & si facta nō esset, de nouo fiendam tanquā debitam & vtilem facienti de rebus meritò relaxandis sub dominio summi Regis Iesu Christi, qui sanguine suo Pontifices Reges fecit, vt ipse idē Apost. princeps Pet. dixit sua 1. Canonica. c. 1. scientes quoniā non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis, sed precioso sanguine

Donatio Ecclesiæ si facta non esset fienda foret.

Iesu

Iesu Christi. Et in 2.c.dicit, Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis . ad quod extra de sacra vnct.c.vno. Nam & ipse Deus dixit, Dominium ab iniustis auferendum, & iustis tradendum , cum parabolizando sub figura plantatæ vineæ de humano genere loquebatur, quod agricolæ appræhensis seruis domini, alium ceciderunt, alium verò lapidauerũt, & filium domini, idest ipsum Iesum similiter occiderunt, & contra se ipsos sententiã protulerunt dicentes, Malos malè pdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructũ temporibus suis, Math.21.ad quod 23.q.7. c.1. & c.si de rebus. & c.seq. vbi Aug. cõtra Petilianum ad Vincentium probat, quod bona terrena non rectè à quoquã possideri possunt, nisi vel iure diuino, quo cũcta sunt iustorũ, vel iure humano, quo in potestate debent esse fidelium Regum, & concludit in dicto c.si de rebus, dicens, quid ergo indignum, si ea quę tenebant hæretici secundum patem Domini voluntatem Catholici tenent? ad omnes enim iniquos & impios illa vox Domini valet, Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabit genti facieti fructus eius. Math.21.subdit Aug. si qua iã præcisi possidere cœpistis, q̃ à vobis ablata nobis De⁹ dedit, nõ ideo concupiscimus aliena, quia illius Imperio, cuius sũt omnia facta sunt nostra & iustè nostra sunt: vos enim vtebamini ad præcisionem nos ad vnitatem Alioqui & pro populo Dei possent illi obiicere alienæ rei concupiscentiã, qui diuinã potestate ab eorum facie, quia terra malè vtebantur, expulsi sunt & ipsi Iudæi, à quibus ablatum est regnum, secundum verbum Domini, & datum est genti facienti iustitiam, &c. Patet enim dominium orbis terræ tunc datum fuisse primis parentibus , quando iusti erant, scilicet in statu innocentiæ cum benedixit illos Deus, & ait Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & subiicite eam & dominamini piscib⁹ maris, & volatilibus cæli & vniuersis animantibus, quæ mouentur in terra. Gen.1. Ex quo autem peccauerũt eiecti sunt de Paradiso. Gen.3. Et multiplicatis natorum pignoribus & vitiis & concupiscentiis adueniente tempore diluuii, omnes submersi sunt, & priuati vita, nedum dominio, excepto Noe, cum sua familia. Noe verò nedũ testimonio Moysi vir iustus atque perfectus fuit in cognationibus suis, Gen.6. verum etiam iustus ipsius Dei testimonio approbatur cum ait, Ingredere, & omnis domus tua in arcam: te enim uidi iustum coram me in gene-

Bona terrena quo iure tenentur.

Dominium rerum ad iustos pertinet.

in generatione hac, Gen. 7. Et ficut tunc, dum fuerũt in arca, Noe præfuit omnibus animantibus rationabilibus & irrationabilibus in arca cõclusis: ita cessante diluuio eductis de arca omnibus animãtibus, quæ intus fuerãt, oblatisq́ue super altare holocaustis per Noe, benedixitq́ue Deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cęli cum vniuersis, quę mouentur in terra, omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, quasi olera uirentia tradidi vobis omnia. Gen. 9. Cumq́ue postmodum iterum multiplicati essent filii hominum, creuissetq́; superbia eorum vt vellẽt ædificare ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingeret cælum, confudit Deus linguas eorum, vt se mutuò intelligere non valerent, Genes. 11. Denique natus est Abraham iustus & amicus Dei, cui dixit Dominus, Egredere de Terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris, & veni in Terrã, quã monstrauero tibi, faciamq́ue te in gentem magnam & benedicã tibi, Gen. 12. postmodum debellauit Abraham regem Sénaar & regem Ponti & Regem Elamitarum & Regem gentium, Gen. 14. cui etiam dixit Dominus, Suspice cælum, & numera stellas si potes, sic erit semen tuum, credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Dixit, ad eum Deus, ego Dominus qui eduxi te de Vr Caldæorum, vt darem tibi terram istam & possideres eam. Gen. 15. Genuitq́ue Abraham Ismaelem & Agar ancilla Sarai, Gen. 16. & facta est sibi promissio quod reges egrederentur ex eo, & quod & Sara haberet filium scilicet Isaac. Et reges populorum orirentur ex eo, Gen. 17. Cũq́ue natus esset Isaac & creuisset in adolescẽtia sua iussissetq́ue Deus Abrahæ, vt daret sibi filiũ suum, Isaac, in holocaustum, paratusq́ue esset Abraham obedire voci Dei. Iurauit sibi Deus per semetipsum dicens, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, Gen. 22. & sic continuatum est dominium habitu saltẽ ex promissione diuina per filios Abrahę successiuè quousque introducti fuerunt in terram promissionis ipsis liberatis per Moysen de seruitute Pharaonis, vt patet in lib. Exo. & deductis per Iosue in terram promissionis, vt patet in libro Iosue, vbi tot miraculis cõcurrentibus, & regibus debellatis, datum est dominium filiis Israel, vt satis patet in principio libri

D. Reg. ib. hebræorum.

Iosue,

Iosue, vsque ad 13.c. inclusiuè. Denique i huiusmodi figura Saul tūc electus & bon⁹, & nō erat vir de filiis Israel melior illo. 1. Reg. 9. vnctus est in Regē per Samuelem prophetam & sacerdotem Dei. 1. Reg. 9. & 10. c. Cūque præuaricatus esset Saul & vertisset terga Domino, abiissetque retrorsum, priuauit eum Dominus regno, & mandauit Samueli iam mortuo, vt appareret Sauli, & nunciaret sibi, quomodo scinderet Deus regnum de manu sua, & daret illud Dauid proximo suo. 1. Reg. 28. Mortuoque Saule cum filiis suis, factus est Rex Dauid. 2. Reg. 2. c. De tribu autem Dauid orta est Virgo benedicta, Luc. i. ex qua natus est Iesus, filius Dei, qui est Sanctus sanctorum, & iustus iustificans impios, & saluum faciens populū à peccatis eorum, Math. 1. Luc. 2. & Dan. 8. & 9. & sic continuatum est regnum & Dominium per iustos habitu saltem, vsque ad iustissimum Christum Iesum, qui Rex Regum est, & Dominus dominantium, vt dictum est supra.

Cum igitur Romani sacrilegi & idolatræ tanto tempore perstitissent, tamque rebelles lumini, & inimici Dei, iniustè vsurpauerant & illicitè Imperium detinebant: Constantinus igitur cedens lumini spiritus sancti, & reuerenter attendens, diligenter cōsiderans iustum fore, quæ Dei sunt, Deo reddere, quod iniustè detinuit, iustè restituit Iesu Christo, propter quod etiam in terris Deus ipsum altius honorauit, ut tangit Aug. 5. de Ciu. Dei. c. 25. dicens, Nā bonus Deus ne homines, qui eum crederent, has sublimitates & regna terrena existimarent neminem posse consequi nisi dæmonibus supplicet, & quòd ipsi in talib. multum valerent Constantinum Imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet, cui etiam condere ciuitatē Romano Imperio sociam ueluti ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo dæmoniorum templo simulacroq; concessit, diu imperauit vniuersum orbem Romanum vnus Augustus, tenuit & defendit. in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit. In tirannis opprimendis per omnia prosperatus est, grandæuus ægritudine & senectute defunctus est. filios Imperantes reliquit sed rursus ne Imperator quisquam non Christianus esset vt fœlicitatem Constantini mereretur, cum propter vitam æternam quisquàm debeat esse Christianus, Iouinianum multo citius quam Iulianum abstulit. Ecce quàm clarè August. ostendit Constantinum

Constantinus quod iniustè detinuit, iustè restituit.

De Constantino per B. Augustinū.

De Constantinopoli.

num veri Dei cultorem effectum etiam post ædificationem Cõstantinopolitanæ ciuitatis, quam Romano Imperio sociam & ipsius Romæ filiam appellauit, vt dicit etiam Franciscus de Maironis, ad magis ardua sublimatum. Cum dicit ipsum fuisse victoriosissimum in bellis & in tirannis opprimendis per omnia prosperatum. Et sic etiam patet quòd profuit sibi relaxare Romam Ecclesiæ propter meritum orationum fidelium deuotorum etiã ad augen. sibi decus & Imperium tẽporale: verisimile est enim quòd Siluester cæterique fideles istanter orabant, vt adaugeret Deus gloriam suã & ampliaret cultum veræ fidei Christianæ ẽt p mediũ & manus Principis Cõstantini Serenissimi Imperatoris & semper Augusti, tanquàm humilis filii militantis Ecclesiæ, & Siluestro obedientis tanquàm summo Vicario Iesu Christi sicut & cęteri Imperatores successiuè tenebantur, & tenentur ac tenebuntur obedire vsque ad finem mundi, successiuis temporibus Romano præsuli canonicè intranti in sedem Apostolicam pro conseruatione veræ fidei Domini Saluatoris, qui etiam ipsi Petro dixit suæ proximus passioni Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquãdo conuersus cõfirma fratres tuos, Luc. 22. & post resurrectionẽ suam, vndecim discipulis suis manifestus apparens in monte Galilææ dixit eis, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationẽ sæculi. Matt. vlt. Habemus igitur ex prædictis verbis Christi anchoram firmissimam & securam quòd durante mundo Christi fides in Ecclesia permanebit, quia Christi verba fallere nunquam possunt, sicut ipse dixit Matth. 24. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Simile Luc. 21.

Quòd fides Ecclesiæ non deficiet.

De vita contemplatiua & actiua.

Roborantur etiam omnia supradicta ratione naturali ex præeminentia uitæ contemplatiui ad vitam actiuam, sicut ex præeminentia intellectus specul atiui ad intellectum practicum, & regiminis politici ad regimen æconomicum vel ethicum. est. n. regula generalis, quòd plus semper in se continet quod est minus, vt in c. plus semper. de reg. iur. lib. 6. & in l. in eo, quod est plus. ff. de reg. iur. sed nulli dubium quòd in plus est uita contem

platiua

platiua quàm actiua, de quib. dixit Dominus, Lucæ 10. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima, intelligens de vita actiua. & infra, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, intelligens de vita contemplatiua quam vocat optimam. Papa autem principaliter præeminet uitæ contemplatiuæ qui principaliter ad diuinum cultum pertinentibus est vocatus, ergo sibi subesse debent ea, sine quibus contemplatiua vita seruari non potest. 12. q. 1. exemplum Dñi. & c. habebat Dominus loculos. & 1. q. 4. quia præsulatus. vbi patet quòd Pontifex Romanus cæterique Pontifices suis terris deputati curam gerere debēt etiam temporalium, cum sine temporalibus non viuatur, quæ veniunt ad spiritualia tanquàm dependentia ab eisdem. ergo ratione connexionis idem iudicium esse debet, arg. C. de iudic. l. quoties. ff. de auctoritate tutor. l. 1. ff. de pact. l. si vnus. §. illud. ff. de vsur. l. si aliena. §. hoc videtur, de lib. leg. l. si is qui duos, in fine.

Similiter inducitur per comparationem intellectus speculatiui ad practicū. nā intellectui speculatiuo seruire debēt virtutes sensitiuæ, sicut animæ rationali virtutes organicæ famulantur. Nostrum siquidem intelligere, est fantasmata speculari, vt in 2. & 3. de anima. Accedunt notata de consec. dist. 5. nihil. in eo, quod dicit Io. os aureum, Fames quippe in paucis diebus aufert hominē, & liberat eum de hac vita pœnali. & in c. ne tales, ea. dist. allegatur Hieronimus dicens, Sine cura sustentat humanū genus moderatus sumptus. & infra, Nō. n. manere in vno statu possunt corpora nostra, sed aut semper crescere, aut decrescere, nec posse viuere animam. i. hominem animatum, nisi crescendi capax sit. faciunt ēt not. 42. dist. §. 1. vbi dicitur quod sacerdos primum a seipso & domestica sua Ecclesia debet exigere, quod postea populis imperet. & infra, Vt etiam præsentis vitæ subsidia & ęternæ claritatis præmia à Deo recipiāt. Cum igitur intellectui speculatiuo animæ rationalis omnia īferiora debeāt esse subiecta, ex quo dicit Apostolus Spiritus enim omnia scrutatur, etiā profunda Dei. 1. Cor. 2. vbi ēt dicit, spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Sic ergo summus Pontifex Christi Vicarius, tanquam speculator astans desuper, præeminere debet Imperatori atque Regibus, cæterisque minoribus quibuscumque: nam principāte fine debet principari his, quæ sunt ad finem, eo quod finis imponit necessitatem

De intellectu speculatiuo et practico.

Intelligere quidem.

De necessaria uite sustētatione.

Intellectui speculatiuo omnia inferiora subsistunt. tatem his, quæ sunt ad finem: & ideo finis dicitur esse bonū vnius cuiusque, & vniuersale optimum in natura, vt in j. Metaph. & quicquid intellectus intelligit, illud finit, vt in 2. Metaph. & prosequitur etiam in 3. & 4. eiusdem compilationis. faciūt notata in l. iustissimē, de ædilit. edic. & in dicta l. in pecudum, ff. de vsuf. & in clement. 1. de sum. Trin. & fi. Cath. patet exemplum, vt tactum est supra, in Ecclesiastica hierarchia: namq; cum hierarchia militātis Ecclesiæ ordinetur ad Ecclesiam triumphantem, sicut ad debitū finem, ergo præsidens Ecclesiæ militanti subiicitur solum principi triumphantis Eccles. 4 0. dist. si Papa. 9. q. 3. nemo. & in c. fundamenta, de elec. lib. 6. facultas autem rerum temporalium ordinatur ad spiritualia tanquā ad finē, quia ad seruiendum animæ rationali, & sic intellectui speculatiuo, vt in 2. & 3. de anima, & 12. Metaph. nam entia nolunt malè disponi, & pluralitas amerit confusionem. vnus ergo princeps dominetur. Accedunt not. 9. q. 3. si quis obiecerit. 12. q. 2. Moises. ff. ad municip. l. 3. 18. dist. qa sunt culpæ. in glo. quę incipit, hic per duo extrema. & 35. dist. ab exordio. vbi principium trahitur ad finem. &. ff. de legat. 3. l. siqs in principio testamenti. &. 13. q. 2. c. fin. nam, vt dicit Philosophus 1. Phisic. vltima perfectio hominis est, vt sit perfectus speculatiua, & hæc est sibi vltima fælicitas, & vita sempiterna. Cum igitur Papa ad hanc vltimam perfectionem tendat, & cęteros dirigat, quia Episcopus idem est quod supernorum speculator. ergo præesse debet cæteris adminiculis, quæ veniunt ad hunc finem. ergo ad hūc finem & Imperatores & Reges populi Christiani derigēs & inducens eos sub eius obedientia conuenit ordinari, vt in dicto c. venerabilē. extra de elec. & 63. dist. tibi Dn̄e. & 96. dist. c. fin.

De triumphāte ad militantem Ecclesia exemplum.

Entia nolunt malè disponi.

Principiū trahitur ad finem.

Fælicitas vltima hominis est perfectio speculatiua.

¶ Similiter patet per comparationem regiminis politici ad regimen ęconomicum, vel ethicum: nam nulli dubium, quod politicum regimen præeminet duobus aliis ante dictis: ethica namq; bene ordinat hominem ad seipsum, æconomica uerò bene ordinat domesticos sub præside domus, qui Latinè paterfamilias nuncupatur. politica autem sub vno Principe disponente totam rem publicā bene ordinat, regulat & gubernat. ergo vnus principaliter debet esse præeminens in regimine totius reip. spiritualis ratione & intellectu præstantior, qui merito cæterorum, inferiori tanquā Princeps, Monarca & dominus habeatur. nā, vt dicit Philosoph. in 1. Poli. quādocunque aliquid cōstituitur ex pluribus, vnum erit

regens;

regẽs: cætera verò recta sicut anima est regens, corpus verò rectũ. vnde sicut vtile est corpori regi ab anima tanquam inferius a superiori, quia regens naturaliter dignius est recto, vt dicit Philos. ita utile est Imperatori & Regib. cæterisq; fidelibus regi à summo Pontifice, qui prçualet intellectu speculatiuo intellectui practico & sic præualet regimine politico spirituali, regimini politico corporali, quia Imperator ad corpora, Papa verò ad animas deputatur. & sic patet quod politica fçlicitas subesse debet fçlicitati speculatiui intellectus tanquam vltimo fini, vt satis deducit Eustasius. 10. Ethic.

Differentia politici reginimis ad ethicum & œconomicũ.

Præterea sicut virtutes morales subsunt virtutib. theologicis vt pbat Apostolus. 1. Cor. 12. & 13. dicẽs, Æmulamini aũt charismata meliora & ad huc excellentiorem viã vobis demõstro. si linguis hominum loquar. & infra, Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem his, est charitas. concordat Philo. discipulus Salomonis Sap. 8. vbi de diuina sapientia quæ est sapida scientia (sapor. n. in amore gustatur) dicit, Sobrietatem, & prudentiã docet & iustitiã, & virtutẽ, quib. vtilius nihil est in vita hominibus. Cum igitur has morales virtutes submittat diuinæ sapientiæ, sapientia autem Dei quæ Christus est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, vt dicit Apost. ad Colos. 2. Christus autem Iesus est ille, qui donat nobis fidem, spem & charitatem suam, quia omne datum optimum ab ipso descendit, tãquã a vero Deo. Iac. c. 1. propter quod ipsemet dixit Io. 15. sine me nihil potestis facere. & Io. 16. dixit, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. ipse autem Christ° suum singularissimũ Vicarium Petrum instituit, tãquam directorem sui gregis in fidem, spem & charitatem, velut in finem virtutum moralium. ergo omnes, qui piè volũt uiuere in veritate Christi, subiici debent Petri successoribus, tanquam lumini directiuo ad verum Dei cultum, qui vt dicit Aug. in Enchirid. fide spe & charitate colendus est ab omnibus suis veris electoribus: ipse autem Christus, verus Deus & homo, Petrum instituit super homines in terris suũ Vicarium generalem in spiritualib. & temporalibus, vt supra iam patuit, quia temporalia veniunt in consequentiã ad spiritualia, sicut morales virtutes ad theoricas & intellectus practicus ad speculatiuum. Papa autem præest theoricis & speculatius: Imperator vero moralibus & practicis. ergo

Virtutes morales subsunt theologicis.

Temporalia veniunt in consequentiam ad spiritualia.

debet subesse Papæ, tanquàm consequens ad perfectum finẽ: iuxta quod dicit Aug. in lib. de uera religione, quòd conditor tẽporalium legum sicut bonus est & sapiens consulit æternam & incommutabilem legem, & secundum eius incommutabiles regulas quid pro tempore iubendum vetandumque sit discernit, ex quo ad Bonifa. scribit. Quicunque legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicunque ergo legibus Imperatorum quæ contra Dei voluntatem feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium. ex hoc enim Fœlix Papa decreuit. 10. distin. certum. quòd cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem, & regiã voluntatẽ, sacerdotibus Christi studeãt reges subdere nõ præferre: & sacrosancta præcepta per eorum præsules potius discere quam docere, ecclesiæ formã sequi nõ huic humanitus obsequendo iura præfigere, nec eius sanctionibus velle dominari, cuius clementiæ, scilicet Ecclesiæ, Deus voluit reges piæ deuotionis colla submittere: ne, dum mensura cœlestis dispensationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. & Simmacus Papa 10. distin. dicit, non licet Imperatori vel cuiquàm pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quicquàm quod Euangelicis præceptis & propheticis aut Apostolicis regulis obuiet agere. Et sic concludit quòd Imperator non potest dare legem Ecclesiæ, nec alius inferior, quamquàm talibus legibus in sui adiutorium Ecclesia vti possit, vt vult Aug. in dialogo contra Petilianum, & habetur 10. dist. si in adiutorium, ad quod faciunt no. in c. intelleximus. extra de no. ope. nunc.

Principes debent subesse præsulib. & diuina potius discere quàm docere.

Imperator non potest dare legem Ecclesiæ quamquàm in sui adiutorium Ecclesia vti possit.

Confirmantur prædicta exemplo motoris corporum supernorum: nam illa superna machina mundi ita regitur & gubernatur, quòd immediatus motor post Deũ mouet ad motũ & Imperiũ summi Dei. vnde mouens primam spheram, scilicet orbem stellatum, respicit summam intelligẽtiam, quæ Deus est, ad cuius Dei nutum mouet, motor Saturnum respicit ad nutum motoris primæ sphera; & sicut motor Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, & Lunæ. Simili ergo modo omnes ordinati motus hominum respicere debent ad motum summi Pontificis, qui post Deum primus motor est in terris & immediatior cæteris ad diuinam voluntatem adimplendam & eius æternam legem obseruandam.

Motor orbis ad Imperium summi Dei.

Impe-

Imperator uerò ad motum summi Pontificis, & eius nutum tā quàm eius minister mouebit inferiora corpora ad id, quod intenditur, vt vniantur Deo vnitate voluntatis sub regulis iustitiæ Dei & summi Pontificis ad æternam legem indeficientem, scilicet charitatem Dei, & proximi, quæ hic incipit, & in patria perficitur, ut dicit Aug. Et ad hoc seruire debēt virtutes morales Theoricis: quia vt dicit Apostolus ad Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio. & qui diligit, legem impleuit, & .1. ad Timot. dicit, Finis autem præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. In hoc igitur Imperator & Reges ac cęteri præsidentes sub eisdem populo Dei ipsum Deum creatorem suum à quoquo quicquid boni obtinent, & obtinere possunt in hoc sæculo & in futuro, suscipiunt & suscipiant pro mensura & captu cuiusque. ergo propter hoc Apostolus prædicat ad Rom. 8. dicēs Scimus autem, quoniā diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. & infra, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. & infra, quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia, an persequutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? & infra, certus sum enim, quia nec mors scilicet comminata, nec vita scilicet promissa, nec Angeli scilicet apostatici, nec principatus, nec virtutes scilicet de cœlo iam diu ruentes, nec instātia scilicet tormēta nec futura, nec fortitudo scilicet carnificum, nec altitudo scilicet Principum, nec profundum scilicet malitiæ & impietatis, nec creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu Domino nostro. Ad hoc igitur virtutes morales, quibus præesse debet Imperator in regimine Politico, seruire debent virtutibus Theoricis, quibus principaliter præesse debet Apostolicus, vt omnes & morales & theoricæ huic vltimę scilicet charitati debitæ famulētur, & sic p cōsequēs Imperator debet subesse Papæ. Circa quod ex auctoritate Greg. & Bonif. scribitur 89. dist. ca. ad hoc. sequitur, Ad hoc dispēsationis prouisio gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos, scilicet inter prælatos & subditos: vt dum reuerentiam minores exhiberent potioribus, & potiores minoribus dilectionem impenderent, & vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & rectè officiorum generetur administratio

Vniri Deo per charitatem plenitudo legis est.

A charitate Christi nihil nos separare debet.

Diuersitas rerum vniuersitatē cōstituit in natura.

ministratio singulorum, nec uniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Quia verò creatura in una eademq; qualitate gubernari vel viuere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instituit, quia dũ sunt Angeli, sunt Archãgeli. Liquet, quia nõ æquales sunt, sed in potestate & ordine sicut nostis, differunt alter ab altero. vbi gl. dicit, super verbo potiores. hoc erit usque in diem iudicii tantum. Dicit enim Apostolus, Dum mundus iste durabit, homines præsunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli angelis. cum enim Deus erit omnia in omnibus, cessabit omnis prælatio, non tamen ordo, vel maioritas: aliquis enim maior erit alio. hæc glo. verba tamen Apostoli cum reuerentia non ita sonant. nam Apostolus dicit 1. Cor. 15. Deinde finis cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem principatũ & potestatem & virtutem. & infra, vt sit Deus omnia in omnibus. Sed Magister sent. in secũdo sent. dist. 6. c. 5. dicit, quandiu. n. durat mũdus iste Angeli angelis, & homines hominibus, & dæmones dæmonibus præsunt, sed in futuro omnis euacuabitur prælatio, vt docet Apostolus. de hoc tamen puncto magna fit disputatio per Docto. in quarto sent. dist. 47. c. ult. vbi solet quæri, vtrum in inferno malis ad puniendum præsint dæmones post iudicium, de qua quæstione satis dixi in Tractatu de Inferno, parte 3. 22. consideratione pœnarum. §. de 2. crudelitate. hic tamẽ gratia breuitatis omitto. sufficiat autem nobis deduxisse quòd diuersitas ordinum statuta est propter maiorem concordiam capitis & membrorum, iuxta quod scribit Greg. 45. dis. licet. ver. dic. necesse est quæque ecclesiastica negocia post multarũ experimenta causarũ sollicitius prospici, & diligentius præcaueri, quatenus per spiritum charitatis & pacis omnis materies scandalorũ & præsumptio inuidorũ atque oppressio simplicium fratrum de Ecclesiis Dñi auferatur. & sicut non uult quisquam fratrum se aliorum iudicio prægrauari, ita non audeat alii inferre quod sibi non vult fieri. hęc fuerũt verba Tobię ad filium suum, Tob. 4. cum dixit, Omnibus autem diebus vitæ tuę Deum in mente habeto, & caue ne aliquando consentias peccato, & prætermittas pręcepta Dei tui, & sic ordinauit ipsum quantum ad Deum. Sed quia oportebat ipsum ordinare quantum ad seipsum & quantum ad proximum pro se ipso subdit, Superbiam nũquàm in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari

Durante hoc sæculo durabit prælatio.

*

Diuersitas ordinum tendit ad concordiam capitis et mẽb.

minati permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Sed ꝓ proximo subdit, quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne alteri tu aliquando facias. Hæc est igitur uia quotidie humani generis ut aliqui regāt & aliqui regantur, ut dicit Phil. 1. Polit. nā ut dicit Dn̄s Io. 14. in domo patris mei māsiones multę sunt. ubi dicit August. domus Dei templum Dei, Regnum Cœlorū. Sunt hę mines iusti, in quibus sunt multæ differentiæ & hæ sunt mansiones ipsius domus. quæ verba etiam transumptiuè describuntur de pœniten. dist. 4. in domo. 2. Totum hoc igitur factum est ad conseruandam fidelium vnitatem, vt sub vno Deo unum sint omnes Deicolę, sicut Christus orauit Io. 17. dicēs, Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi; vt sint vnū, sicut & nos. & infra Non pro his autem rogo tātum, sed pro his, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt oēs vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi nobis vnum sint, vt mundus credat, quia tu me misisti. Et Apostolus ad Ephes. 4. dicit, Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus Dominus, vna fides, vnū baptisma: vnus & Deus, & pater omnium, qui est super omnes & per omnia & ī omnibus nobis. & infra dicit, Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autē pastores & Doctores ad confirmationē Sanctorum in opus ministerii in ædificationem corporis Christi donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii Dei. Patet igitur quod ad conseruandam hanc vnitatem necessarius est vnus principalis director, sub cuius regimine omnes conquiescunt, sicut sub regimine gubernatoris nauis, etiam si Imperator & Reges in naui consisterent, acquiescerent patienter. ergo multo fortius sub regimine Papæ in his, quæ ad Deum spectant, & terminum salutarem, conquiescere debent Imperatores & Reges & singula membra corporis mistici Christiani. Tędet me tædium inferrē prolixitate sermonis, quapropter omitto plurima, quæ huic sententiæ valerent rectius applicari.

Omnes vnum corpus sumus.

RESTAT nunc tamen ad argumenta contraria respondere. Ad primum igitur cum dicunt, quòd Regnum & sacerdotiū

æqua-

æqualiter ſunt à Deo. Reſpondeo, verum eſſe in concreto, nõ autem in diſcreto, vel in abſtracto abſolutè: nam verum eſt quòd in primo parente habitualiter inſtitutum eſt à Deo regnum & ſacerdotium, quia totum genus humanum propagandum erat in lumbis eius in ſtatu innocẽtiæ ſeminaliter. Sed poſt peccatum indignum ſe reputans non eſt auſus offerre ſacrificium Deo: filii autem eius quaſi ſacerdotium iudicantes cœperunt offerre Domino ſacrificia, ſed reprobatum eſt munus Cain & acceptatum eſt munus Abel, vt patet Gen. 4. Ad intelligentiam autem prædictorum incidunt principaliter duæ quæſtiones. Primo quæritur, vtrum omnis poteſtas dominandi ſit à Deo. Secundò, vtrum poteſtas dominandi ſit à Deo, ſecundum inſtitutionem naturæ, an ſecundum punitionem culpæ.

An oĩs poteſtas dominãdi ſit à Deo.

Ad primum quæſitum arguunt aliqui ad partem affirmatiuã, quòd omnis poteſtas ſit à Deo ex verbo ipſius Chriſti dicentis Pilato, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper, propterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet. Io. 19. Fortificant argumentum per auctoritatem Apoſtoli dicentis ad Rom. 13. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo, præmiſit eam. omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Alij ecõtra, arguũt negatiuè, quia nihil iniuſtũ eſt a Deo, ſed multi iniuſtè dominantur alijs, vt ſunt tiranni, de quibus Iob 34. dicitur, Deus non accipit perſonas Principum, nec cognouit tirannum, cum diſceptaret contra populum: accipere enim & cognoſcere Dei, eſt approbare quod ſuum eſt. ergo non cognoſcere, vel nõ accipere eſt reprobare: nam omnis iniquitas reprobatur à Deo. vnde ibidem dicit Iob, Abſit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. Simile Oſeæ. 8. in perſona Dei dicitur. Ipſi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt & non cognoui. Reſpondendum eſt igitur diſtinguẽdo pro clariori intelligentia prædictorum, quod poteſtas præſidẽdi vel dominãdi dicit̃ eſſe illud per quod aliquis præſidet & dominatur alteri: illud autem per quod præſidet, dupliciter poteſt dici. vno modo dicitur ipſa virtus, per quam quis præualet alteri, & hoc modo abſque dubio à Deo eſt. alio modo illud per quod præſidet, dicitur modus deueniendi, vel proueniendi ad hãc virtutis excellentiam, et ſic diſtinguendum eſt ſecundum D. Bonauen. in 2. Sent. diſt. vlt. art. 2. q. 1. nam vt dicit ipſe, quidam prẹſunt

aliis

aliis ex iustitia, quidam ex astutia & quidam ex violentia. Quando aũt aliquis præest aliis per iustitiã, tunc illa potestas dominãdi, simpliciter loquẽdo, à Deo est, & respectu præsidentiũ & respectu subiacentium. Quando aũt aliquis præest aliis per astutiã vel per violentiã, tũc dicẽdum est ꝙ talis potestas habet comparari ad voluntatem præsidentis, & ad meritum subiacentis. Si cõparetur ad meritum subiacentis, dicendum quod talis præsidentia iusta est: quia aut ad bonorum promotionem, aut ad malorum punitionem, & sic intelligitur auctoritas Principis Apostoli. 1. Pet. 2. c. cum dixit, Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deũ siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudẽ verò bonorum. & infra, Serui subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. hæc est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitiam patiens iniustè. Si autem comparetur ad voluntatem præsidentis ex eo quòd eius voluntas iniusta est, etiam eius potestas iniusta est, & tunc rectè dicitur tirannia, quæ est violenta, vel iniqua vsurpatio dignitatis. Tirannus enim dicitur à tirphon, qui est seruiens iniquitati. tiro enim fortis est: nam, vt dicit Pap. apud veteres inter reges & tirannos nõ erat differentia, sed postea vsu accidit, tirannos vocari pessimos & improbos reges, siue præsidentes. Primo ergo modo, scilicet quando comparatur ad meritum subiacentis, talis potestas est à Deo faciente & ordinante secundum quod dicitur Io. 34. qui scilicet Deus regnare facit hominem hipocritã propter peccata populi. & Oseæ 13. Dabo tibi regem ĩ furore meo & auferam in indignatione mea. Secundo autem modo, scilicet quantum ad voluntatem præsidentis sic talis potestas dicitur esse à Deo permissiuè, non approbatiuè. & ideo dicitur regnare non ex Deo. & Sap. 12. Nec Rex, nec tirannus in cõspectu suo inquirent de his, quos ꝑdidisti. cum sis ergo iustus, iustè omnia disponis. & Abac. 1. Impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. & infra, Et congregabit quasi arenam captiuitatem, & ipse de regibus triumphabit & tiranni ridiculi eius erunt. & Ecclesiast. 11. Multi tiranni sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema. multi. potentes oppressi sunt validè & gloriosi traditi sunt in manus alterorũ. Concedendũ est igitur, ꝙ omnis potestas præsidẽdi secundum id quod est, & etiam respectu eius,

De Imperio à Deo procedente.

Imperator quod dicitur Dñs mundi.

super

ſuper quod eſt,iuſta eſt,& à Deo eſt, quia virtus eſt & ad meritum patientis,& ſic intelligitur auctoritas Christi & Apoſtoli.concedẽdum eſt nihilominus, quòd in quantũ modus deueniendi ad hãc præſidentiam in comparationem ad voluntatem præſidentis, poteſt eſſe iuſtus & iniuſtus,& ſecundum quod eſt iuſtus,à Deo eſt: ſed in quantum eſt iniuſtus,non eſt à Deo,ſed quia nunquam poteſt eſſe tam iniuſtus motus ex vna parte, quin ſit iuſtus ex altera ſcilicet reſpectu meriti patientis, ideo nulla potentia præſidendi dici poteſt, quod non procedat à Deo,ſaltem permittente:& ſic poteſt dici Imperium proceſſiſſe à Deo, aliquo ex prædictis modis. Nam dicit etiam,quod ante aduẽtum Christi Imperium Romanum proceſſit à ſolo Deo,aliquo ex modis ante dictis, & ſic tunc rectè dicebatur Imperator Dominus mundi, vt in d.l.benè à Zenone,C.de quadri.præſcrip.& gloſ.ſingularis dicit,quod Imp. eſt Deus in terris ſuis,in Auth.de hæred.& fal. in prin.in gl.1.de quibus tractatur 23. q.8. conuenior. per gloſ. & Archid. & ead. cau. & quæſt. §.quãuis,& in l.Barbarius,ff.de offic.præt.in glo. pen.& ſic dicebantur omnia eſſe ſua,licèt alicuius rei particulare dominium non eſſet ſuum,ſicut quis dicitur dominus gregis, licèt vnum pecus non ſit ſuum.ff. de rei vendi.l.2.3.& 4.& ſic etiã rectè dicebatur Dominus mundi ſcilicet vniuerſalis, licèt ſingulares ſint domini ſuorum prędiorum, vnde à poſſeſſore poſſet ipſe vendicare mundum, vt in dicta l.bene à Zenone, & ff.ad leg. Rhod. de iac. l. deprecatio. Nec etiam expedit, quod dicamus quod omnia ſunt ſua quò ad proprietatem, vel protectionem. imò omnia ſunt ſua, ſi vniuerſaliter conſiderentur.Sed poſt aduẽtum Christi:cum omne ius imperii deuolutum ſit ad ipſum,tanquam ad iuſtiſſimum et veriſſimum Deum & hominem,ergo & per conſequens ad Papam eius Vicariũ,& per Papam auctoritate Dei & Christi Ieſu transfertur in Principem ſęcularem, & dicto c.venerabilem,extra de elec.& aliis iuribus ad prædicta ſimiliter concordantibus.vnde ſi dicamus quod omnia ſunt Imperii Romani,quod nunc eſt Christi,verum eſt:ſi verò referamus ad perſonam Imperatoris ſæcularis, non propriè dicitur quod omnia ſint ſua, quia non terræ Eccleſiæ,quas ſibi ſemper reſeruat Papa ĩ quo principaliter ex Christi diſpoſitione reſidet omne Imperiũ. hoc etiam intendit D. Bartol. de Saxoferra. in extrauag.ad reprimendam,ſuper verbo,totius orbis.

Ad secundam quæstionem breuiter respondetur, quòd potestas dominandi vel præsidendi à Deo in hominem descendens, tripliciter dicitur, videlicet primò largissimè, secundò communiter, tertiò propriè. Primo modo scilicet largissimè, potestas dominandi dicitur respectu omnis rei, qua homo potest ad libitum & votum suum vti, & hoc modo dicitur homo possessionum suarum, siue mobilium, siue immobilium, quas Aristot. vocat diuitias naturales & accidentales. naturales quo ad immobilia, accidentales siue artificiales quo ad mobilia, quæ dicuntur etiam pecuniaria, de quibus tractat in primo Polit. Quamquàm sic largissimè sub nomine pecuniæ, intelligantur omnia contineri. 1. q. 3. totum. & in l. receptitia, C. de constit. pec. & de tali dominio intelliguntur communiter omnia, quæ tractantur. ff. & C. de acq. rer. dom. & in similib. tit. vt de rei vendic. de verb. oblig. & simil. Secundo modo scilicet communiter potestas præsidendi vel dominandi dicit excellentiam potestatis in imperando ei, qui est capax rationis etiam præcepti. & tali modo intelligitur potestas in omnibus primatibus reipub. Ex quo dicit Arist. vbi supra, quòd homines ratione & intellectu vigentes naturaliter sunt aliorum domini & rectores. Et i 4. Polit. dicit, quòd sine Principe impossibile est esse ciuitatem, quia ciuitas non constat ex vna parte tantum, sed ex multis, quarum vna pars sunt agricolæ, secunda artifices manuales, tertia qui negociantur circa forum, quarta mercenarij, quinta propugnatores & armigeri, quos etiam necessarium est existere in ciuitate pro tuitione reipub. Sed non debent obsequi inimicis. Patet enim quòd non omnes sunt sibi sufficientes. Vnde qui alteri seruit, non est per se sufficiens. Vnde cum det vnicuique natura quod conuenit, quia natura nihil facit frustra, ergo expedit in republica consistere præsidem, ne totum corpus in præcipitium dilabatur. Sicut naturale corpus humanum sine capite non subsistit. & ideo etiam in qualibet domo requiritur præsidētia magistralis. Tertiò modo potestas dominandi, dicitur potestas coercendi subditos, & hæc potestas dicit quandam artationē libertatis, & talis potestas dominandi propriè dicitur dominium, cui respondet seruitus. Primo igitur modo potestas dominandi cōmunis est omni statui, videlicet statui naturæ institutæ, statui naturæ lapsæ, & statui naturæ glorificatæ: sed excellentiori modo fuit in statu naturæ institutæ quàm in statu naturæ lapsæ. excel-

An potestas dominādi detur ex natura vel ex culpa.

Quib. ex causis ciuitas constituitur.

lentissimo autem modo est & erit in statu naturæ glorificatæ, vbi ad libitum & votum suum omnes beati bonis omnibus perfruãtur, & sic vsus peregrinationis in fruitionem patriæ commutatur. Nam (vt dicit Magister sent. in primo, dist. 1.) vtimur bonis illis, quæ ad illud quo fruendum est, referimus, fruendum autem propriè est solo Deo: cæteris autem rebus est vtendum. Fruimur tamen in Domino creatura participe summæ bonitatis. Inde dicebat Apostolus. 1. ad Timot. ca. vlt. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum. & ad Ro. 15. dicit, si vobis primum ex parte fruitus fuero. Et ad Philemonem dicit, circa finem, Ita fr. ego te fruar in Domino refice viscera mea in Christo. Secũdo modo competit statui viæ, siue pro statu naturæ institutæ, siue pro statu naturæ lapsæ: nam & si homo stetisset uir, potuisset etiam imperare vxori & pater filio. Et hoc etiam reperitur in Angelis quandiu sunt administratorii spiritus, quia ex illa parte aliquo modo sunt in statu uię. hęc tamen pręsidentia non manebit in gloria sicut in pręcedentibus est ostensum. Tertio verò modo potestas dominandi est in homine solum secundum statum naturę lapsæ. inest enim ei secundum culpæ punitionem, non secundum naturæ institutionem. Et hoc quia seruitus sibi correspondens, vt multi dicunt, est pœna peccati: & satis est rationabile, vt qui propter peccatum exijt sub iugo Dei, incidat sub iugum hominis, cum se proprius subiecerit iugo diaboli. Inde dixit Dominus Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati.

An Christiani teneantur subiacere tirannis.

INCIDIT hic tertia q̃stio, videlicet an Christiani teneãtur subiacere tirannis. Ad quam breuiter respondetur, quòd cum seruitus opponatur libertati, libertas autem temporaliter intelligitur, videlicet primo à culpa, secundò à miseria, tertiò à coactione. Sic ergo seruitus tripliciter attenditur in artatione libertatis: primò enim in artatione libertatis à culpa attenditur seruitus peccati, sicut dictum est supra proximè, qui facit peccatum, &c. Et Apostolus dicit ad Rom. 6. non regnet peccatum in uestro mortali corde. Secundo verò in artatione libertatis à miseria attenditur seruitus pœnę & mortis, de qua dicit Apostolus ad Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Et primo Corint. 15. Oportet enim corruptibile

hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, & reliqua vt ibi. Tertio modo in artatione libertatis à coactione attenditur seruitus conditionis, de qua dicit Apostolus. 1. Cor. 7. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in illa permaneat: seruus vocatus es, non sit tibi curæ: sed etsi potes liber fieri, magis vtere, scilicet libertate. Subdit, Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter & qui liber uocatus, est, seruus est Christi, pretio empti estis, nolite fieri serui hominũ. Vnusquisque in quo vocatus est frater, in hoc maneat apud Deum. quasi dicat si es liber, non te facias seruum sponte: si verò seruus es, libera te si potes: & sic patet quòd hæc seruitus attenditur in artatione libertatis à coactione non quantum ad interiorem motum voluntatis, quæ cogi non pòtest, sed quantum ad exteriorem. Vnde seruitus introducta fuit ex hoc quòd aliquis captiuus. victus est ab altero, cuius seruituti adijcitur, vt non liceat contrarium eius quod ipse mandabit. seruitus enim ex iure gẽtium introducta est, non quia ius gentium primò inuenerit, sed approbauit. Vnde iure diuino & naturali introducta est primò propter peccatum, sicut exprimitur Gen. 9. Quod cum vidisset Cham filius Noe, pater vero Canaham verenda patris sui esse nudata eo quòd inebriatus fuerat, nunciauit duobus fratrib. suis foris, quasi deridens patrem. Qui tamen euigilans maledixit eum in posteritate sua dicens, Maledictus puer Canaham seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem, sit Canaham seruus eius. Dilatet Deus Iaphet & habitet in tabernaculis Sem, sitque Canaham seruus eius. Ecce igitur quòd tempore legis naturæ seruitus est introducta per patrem in filium derisorem ad filios patris honorem intentantes & operientes verenda. Simili etiam modo Isaac Esau filium suum cum sua posteritate ex diuina dispensatione subiecit seruituti Iacob dicens, Seruient tibi populi & adorent te Tribus, esto dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ. Genes. 27. Hęc verba dixit ad Iacob, sed ad Esau dixit, Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui. Et infra, Viues gladio, & fratri tuo seruies, tempusque veniet vt excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Quasi dixerit, quòd seruus liberari potest. De hac tamen materia satis habetur ff. & C. de seruit. & de manumiss. & de iure postlimin. & 1. dist. ius gentium.

Vnde fuit seruitus introducta.

tium.& 23.q.5.dicat aliquis.& 23.q.7.si de rebus.& Inst.de rerum diuis.§.item ea,quæ ex hostibus.& ff.de acqu.rer. dom. l.naturalem,§.fi.& 38.dist.sexto die.& per glos.& Archid. in d.c. ius gentium.si ergo bellum iustum est,captus in bello fit seruus capientis,vt in d.c.dicat aliquis.& 12.q.2. cum redemptor.Cum igitur triplex sit seruitus principaliter distinguenda, vt supra dictum est,patet quòd vna seruitus oritur ab altera,nam non esset seruitus pœnæ vel miseriæ,nisi præcessisset seruitus culpæ, nec seruitus conditionis subsequeretur, nisi dupliciter illa præcederet. Cum ergo aliquis regeneratur in Christo, efficitur Christianus & liberatur à seruitute peccati:quia,vt dicit Apost.2.Corin.3.vbi spiritus Domini,ibi libertas. Sed tamen non sic liberatur à peccato, quin etiam possibilitatem & facilitatem & pronitatem habeat redeundi ad idem genus seruitutis, de quo satis agitur per glos. & Doct. in c. ad nostrum, §. 1. de hæret. in clemen. Hinc est igitur, quòd propter eius pronitatem & habilitatem recidiuandi relinquit Dominus talem Christianum sub seruitute miseriæ,scilicet pœnę & mortis,& est sub seruitute conditionis, de quo satis agitur in d.c.ad nostrum,§.tertiò ꝙ illi. Vnde ita moriuntur Christiani,sicut alii.Et propter pronitatem ad malum & concupiscentias militantes.in membris humanis,ex quibus consurgunt bella & lites,vt dicit Iac.4.c.suę Canon.ita indigent Christiani Rege, vel Principe terreno, sicut & aliæ nationes gentiũ,& ideo nõ solum secundũ humanã institutionẽ, sed ẽt secundũ diuinã dispensationẽ inter Christianos sunt Reges & Principes,& dñi & serui, & secundũ distinctionẽ potestatũ subiiciuntur eidẽ, & parere tenentur secundum plus & minus, vt intendit Apost.ad Rom. 13. dicens, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et ad Heb.13.Obedite præpositis vestris & subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & non gementes.hoc enim non expedit uobis. Hinc etiam dixit Dominus Matth.22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cesari, & quæ sunt Dei Deo. Hoc etiam docet Apostolus, 1. Tim. vlt. & contrarium asserentes damnat, cum dicit.Quicũque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrẽtur, ne nomẽ Domini & doctrina blasphemetur.Qui autem fideles habent dominos,non contemnant,quia fratres sunt,sed magis seruiant,quia fideles sunt & dilecti, quia bene-

Seruitus etiam inter Christianos toleratur.

Iustum est superioribus obedire.

beneficii Dei participes sunt. Hæc doce & exhortare. si quis aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quib. oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & quia veritate priuati sunt. Ecce quam clarè proloquitur de prædictis. Cōcedendum est igitur & humiliter confitendum, quod Christiani sunt terrenis Dominis obligati, non tamen in omnib. sed in his solum, quæ non sunt contra Deum, nec etiam in omnib. huiusmodi, sed in his, quæ secundum rectam consuetudinem rationabiliter sunt statuta, sicut tributa & vectigalia & consimilia. Inde dixit Apostolus ad Rom. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui aūt resistunt ipsi, sibi damnationē acquirunt. Et infra subditi estote nō solū ꝓpter irā, sed & ꝓpter cōscientiā: ideo. n. & tributa pſtatis. ministri. n. Dei sunt in hoc ipsum seruiētes. Reddite ergo omnib. debita: cui tributū, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorē: & cui honorē, honorē. de quo etiam satis habetur in tit. de censib. & 23. q. 8. tributum. 11. q. 1. si tributum. & c. magnum. & 18. q. 2. Eleuterius. cum similib. In his autem quæ ad Deū pertinent & ad salutem animæ, obedire oportet Deo magis quam hominibus, vt dicit Petrus Act. 5. Sic etiam sentit prędictus D. Bonaue. in 2. sent. dist. ult. art. vltimo. cōcordat Thom. secunda secundæ, quæst. 104. art. 6. dicens, ꝙ fides Christi est iustitię principium & causa causans, secundum illud Apostoli ad Rom. 3. In iustitia Dei per fidem Iesu Christi. Et ideo per fidem Christi non tollitur ordo iustitiæ, sed magis firmatur sicut ipse dixit Matt. 5. Non veni legem soluere, sed adimplere. & ibidem, Nisi abūdauerit iustitia uestra plusquàm Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Ordo autem iustitię requirit, vt inferiores suis superioribus obediant, quia iustum est reddere vnicuique quod suum est, ff. de iust. & iure. l. iustitia. & ff. de orig. iur. l. iuris præcepta. & in procem. Decret. aliter enim humanarū rerum status cōseruari nō posset, quia effrenata cupiditas tot quotidie noua litigia generat, vt nisi iustitia sua virtute occurreret, cōcordia extra mundi terminos exularet, vt in d. procem. Decret. & ideo per fidem Christi non excusantur fideles quin sęcularibus tęneantur potestatibus obedire: nā, vt dicit August. in 4. de ciui. Dei

Motio est à virtute motoris.

Quando potest subditus excusari ab obedientia Domini vel præsidis huius vita.

remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? Et ad cõfirmationem eius, quod dictum est supra, videlicet quod Christiani non tenentur obedire nisi in his quæ iusta sunt, dicit ead. q. art. 5. quod obediens mouetur ad Imperium præcipientis quædam necessitate iustitiæ, sicut res naturalis mouetur à virtute sui motoris necessitate naturę. Quod autem aliqua res non moueatur à suo motore, potest contingere dupliciter. vno modo propter impedimentum, quod prouenit ex fortiori virtute alterius mouentis sicut lignum non comburitur ab igne, si fortior uis aquę impediat. Alio modo & defectu ordinis mobilis ad motorẽ, quia etsi subiiciatur eius actori quantum ad illud, non tamen quantum ad omnia, sicut humor quandoque subiicitur actioni caloris, quantum ad calefieri, non autem quantum ad consumi, vel exiccati. Ita similiter ex duobus potest contingere quod subditus suo superiori non teneatur in omnibus obedire. Vno modo propter pręceptũ maioris potestatis, secundum ꝙ dicit glos. ad Rom. 13. super illo verbo, qui sibi resistunt, ipsi damnationem acquirũt. cum ait, si quid iusserit curator faciendũ, nunquid fieri debeat si contra proconsulẽ iubeatur? Rursus si quid ipse proconsul iubeat, & aliud Imperator, nunquid dubitatur illo cõtempto, isti esse seruiendũ? Ergo si aliud Imperator, aliud Deus iubeat, contempto illo, obtẽperandum est Deo. Alio modo non tenetur inferior suo superiori obedire, si ei aliquid pręcipiat, in quo ei non subdatur. Dicit enim Seneca in 3. de beneficiis, Errat siquis æstimat seruitutem in totũ hominem descẽdere: pars enim melior excepta est. Corpora siquidem obnoxia sunt & ascripta dominis. Mens quidem est sui iuris: & ideo in his quę pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed soli Deo. Tenetur autem homini obedire in his quę exterius per corpus sunt agenda, in quibus tamẽ etiam secundum ea, quę ad naturam corporis pertinente, homo homini nõ tenetur obedire, sed soli Deo, quia oẽs homines natura sunt pares, puta in his quæ pertinẽt ad corporis sustentationem & prolis gubernationem. Vnde non tenentur serui dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo, vel virginitate seruanda, aut aliquo alio huiusmodi, sed in his quæ pertinent ad dispositionem actuum & rerũ humanarum tenetur subditus suo superiori obedire secundum rationem superioritatis, sicut miles duci exercitus in his quę pertinent

tinent ad bellum: seruus domino in his quæ pertinent ad seruilia opera exequenda, filius patri in his, quæ pertinent ad disciplinam vitæ & curam domesticam. & sic de aliis. Tali sensu debet intelligi quod dicit Apost. ad Colos. 3. Filij obedite parentib. per omnia. Et infra, Serui obedite per omnia dominis carnalibus. vt illud, per omnia, intelligatur quantum ad ea quæ pertinēt ad ius patriæ, vel dominatiuæ potestatis, secundum rationem liciti & honesti pro mensura iustitiæ, cum non sit credibile, Apostolum voluisse præcipere illicitum vel iniustum. Vnde ad Ephes. 6. simile verbum lucidius declarauit, cum dixit, Filij obedite parentibus uestris in Domino. Et infra, Serui obedite dn̄is carnalibus cum omni timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Dicens enim in Domino, & sicut Christo, lucidè instruit obediendum fore solummodo in rebus iustis, licitis & honestis, cum contraria minimè Deo placeant, nec Christo, nam Deo subiicitur homo simpliciter quantum ad omnia & interiora & exteriora. Et ideo in omnibus ei obedire tenetur. Superioribus autem non subiicitur homo quantum ad omnia, sed quā tum ad aliqua determinatè. Vltra quæ immediatè subijcitur Deo, a quo instituitur & instruitur per legem naturalem & scriptam. & sic triplex obedientia distinguitur. Vna sufficiens ad salutem, quæ scilicet obedit in his, ad quæ obligatur. Alia perfecta, quæ obedit in omnibus licitis. Alia indiscreta, quæ etiam in illicitis obedit, vt dicit Thom. vbi supra. Patet igitur ex prædictis, quomodo Imperium & sacerdotium sunt à Deo: nā sacerdotium à Deo est de directo, Imperium autem de transuerso, sicut eiusdem radicis truncus de directo procedit: rami autem & si aliqui per directum, aliqui tamē per transuersum, quāquàm ab eadem radice omnes rami & tota arboris substātia deriuetur, sicut patet etiam in linea parentali & in fontibus, fluminibus & riuulis & aliis similibus. Iura autem in contrarium allegata nil aliud rectè concludunt, nisi quòd iurisdictiones sunt distinctæ, quod bene fatendum est, quia non esset conueniens quòd Papa haberet executionem gladij temporalis. Sufficit enim sibi pro clericali honestate contentari de habitu vtriusque Imperij, cœlestis scilicet & terreni. 22. dist. c. 1. cum alijs similibus iuribus superius allegatis, quàm maximè. 16. dist. duo sunt. & in c. solitæ. de maior. & obed. & in d. c. nouit. de iudic. in glo. 2. vbi Io. And. & D. Ant.

De triplici obedientia.

De gladio temporali.

de

de But.cũ glo.ibi,& in c.causam,quæ inter R.qui fil. sint leg.cõcludunt quòd Papa habuit, & habet originalem vtriusque gladii potestatem,& in hoc Imperium dependet à potestate sacerdotali,unde à Papa accipit coronam & gladium ab altari,& sic recipit approbationem & confirmationem à Papa,ut in d.c.1. de iureiur.in Clem.ius etiam electionis iam ortum est ab ecclesia, vt in d.c.uenerabilem.de quo satis supradixi.Executionem tamen gladii temporalis Iesus & Ecclesia transmittunt in Imperatorem,quamquàm aliquando etiam per Sacerdotes Deus exercuit gladium temporalẽ,de quo xi.q.1.relatum. translato autem sacerdotio etiam legis translatio facta est, secundũ Apost. ad Heb. 7. & in c. translato,extra de constit. Vnde pro maiori honestate ad maius etiam decus & gloriam sacerdotis Imperii & Pontificalis maiestatis Papa transmittit,quo non decet vti, quia quædam possumus in alios transferre,quæ non licitè retinemus. 12.q. 2.quatuor.11.q.1.in te quidem. Hanc igitur conclusionem tenent cõmuniter Canonistæ, pro qua etiam satisfacit verbum Dñi Petro dictum Io.18.vbi cum quæstiones prẽmittat,Simon ergo Petrus habens gladium,eduxit eum & percussit Pontificis seruum & abscidit eius auriculam dextram. erat autem nomen seruo Malchus.dixit ergo Iesus Petro,mitte gladium tuum in vaginam. Matthæus autem non exprimit nomen serui, nec dexteram, sed solum auriculam & exprimit Iesum dixisse, conuerte gladium tuum in locum suum. Matth.26. Sed Marcus non exprimit de Petro,nec nomen serui,nec dexteram, nec verba Christi ad Petrum. Lucas verò exprimit dexteram, sed nõ exprimit nomen serui,nec nomen Petri,nec verba Christi ad Petrum, sed dicit quòd cum tetigisset Iesus auriculam eius,sanauit eam. Lucæ 22. Ioannes ergo,quia vltimus Euangelistarum fuit, quantum ad propositum attinet,clarius edisserit veritatem. Vbi notandum quòd dicit,Simon ergo Petrus habens gladium.ergo patet ꝙ Petrus habebat gladium nedum materialem, sed habitu ex commissione Domini habebat etiam iudicialem,de quo agitur etiam 23. q. 1. in summa,& in Auth.quomo.oport.Episc.in princ. vnde cũ post cœnam dixisset discipulis, Qui non habet gladium, vendat tunicam suam & emat gladium. At illi dixerunt: Domine,ecce gladii duo hic.at ille dixit eis,satis est,non est credibile quòd intelligitur de gladijs materialibus,cum dixit,satis est. Luc.22.quia non fuisset

De translatione sacerdotij, & legis.

De auricula incisa per Petrũ.

De duob. gladijs.

ser satis, si illi undecim qui cum ipso erant, habuissent nedum vndecim, sed centum, si corporaliter intendebant hostes armis opprimere vel resistere. Satis est igitur duos gladios iudiciarios in auctoritate summi Pontificis, spiritualem videlicet potestatem habitu, temporalem verò potestatem non actu, sed habitu retinere. Huic etiam veritati obsequitur quod subsequitur, quia dicit Dominus, mitte gladium tuum in vaginam, vel conuerte gladium tuum in locum suum. Quasi dixerit, non decet te vti gladio temporali, sed conuerte hanc potestatem in alterum, cui congruat. Notandum est tamen quòd dixit tuum: nam per hęc pronomina, meum, tuū & suum, significatur dominium, ff. de auro & arg. leg. l. Quintus. §. argento, & ff. de relig. & sump. fun. l. 2. §. in locum. & not. 8. dist. c. 1. & 12. q. 1. si ergo. in glos. 1. hoc etiam bene inducit Bernard. in 4 de consideratione ad Eugenium. vbi dicit, Aggredere subditos, sed verbo & non facto, quid vsurpare gladium tentas, quem semel iussus es mittere in vaginam? quem tamē qui suum esse negat, non satis videtur attendere verbum Domini dicentis, conuerte gladium tuum. est ergo tuus & forsitan tuo nutu, & si non tua manu euaginandus. Alioquin etsi nullo modo ad te pertineret, non dixisset Dominus ipsis Apostolis dicentibus, ecce duo gladij hic, satis est, sed potius nimis est: vterq; ergo est Ecclesiæ, scilicet spiritualis & materialis, sed is quidem per Ecclesiam, ille verò est ab Ecclesia exercendus: ille sacerdotibus, is militis manu, sed sanè ad nutum sacerdotis & iussu Imperatoris. hæc etiam verba referuntur in prędicta extrauaganti Bonifacii, quæ incipit, vnam sanctam. & Io. And. refert aliqua in prædicto c. nouit. de iudic. in nouella. Non enim decet Episcopum esse percussorem, secundū Apostolum. 1. Tim. 3. & ad Tit. 1. Papa igitur Christi Vicarius minister esse debet mansuetudinis & pietatis, & sacramenti vnitatis, cum dixit Dominus, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, Matt. 11. Sacramentum verò altaris vnionem Christi & Ecclesiæ reputat, quia sicut de multis granis efficitur vnus panis, & de multis racemis vnum vinum conflatur: ita multi vnum corpus sumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamus. de consecr. dist. 2. quia passus, & c. seq. & c. re vera. & c. in Christo pater. & in clem. vna, de reliq. & vener. Sanct. Nam sicut anima vnita cum corpore viuificat corpus, ita Christus vnitus cum

De hoc pro nomine tuū.

Ecclesia per gratiam suam & sacramenta viuificat Ecclesiam, idest animas rationales catholicè conuiuentes. Item exequutio gladij temporalis, qui diuidit animam à corpore penes ministrũ, Sacramenti vnitatis esse non condecet. De hac materia satis dictum est per tot argumenta superius ordinata, & Host. tractat in c. per venerabilem. §. responsionibus, extra qui fil. sint leg. & in d. c. causam. eo. tit. & per Innoc. in c. licet, de foro compet. & per Ioã. 28. dist. quoniam, 22. dist. c. 1. 96. dist. cum ad verum & c. duo; 2. q. 7. his ita respondetur. 88. distin. Episcopus gubernatorem, de priuil. c. 2. in glo. 1. & in d. c. solitæ, de maio. & obed. nam, vt dicit Ioa. de Ligna. in habentibus ordinem in vniuerso impossibile est duo: æquè esse perfectè Imperator ergo, quia non est maior, non erit æqualis. Item quia multitudo principatuum mala est. Item quia Imperator est Dominus temporalium, Papa verò spiritualium principaliter, sed per consequentiam etiam temporaliũ eo quòd temporalia veniunt in finem spiritualium 1. q. 3. siquis obiecerit. Sicut ergo anima dominatur corpori, ita Papa dominatur Imperatori. Item quia principatus Papæ est de directo infusus à Deo, quia (vt dicit Apostolus ad Heb. 5.) nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquàm Aaron, de quo 8. q. 1. in scripturis. & in c. qualiter. extra de elec. & 21. distin. in nouo testamẽto. Principatus autem Imperatoris est à Deo, & ab homine modis, quibus supra dictum est, & habetur. 93. dist. legimus. ergo principatus Dei de directo debet esse supra principatum hominis. Item cum Christus, sit Deus, ergo Papa vt Dei Vicarius habere debet omnimodam potestatem, sicut Deus in terris, quia Vicarius idem consistorium habet cum ordinario, vt in c. 2. extra de consuet. & in c. Romana. de foro compet. lib. 6. Item principatus optimus est, vbi vnus principatur. 2. Polit. & 2. œconom. vnus ergo Princeps in orbe. & 11. Metaph. Item quia sic est in regno cœlesti: nobilissimum autem est regnum spiritualiũ, ergo ab illo dependet Imperium. & sic non obstat primum argumentum, ad quod confutandum facta est tã prolixa responsio, vt etiam ad confutationem cæterorum amplior via pateat & planior ad pergendum.

Nemo sibi sumit honorem, nisi vocatus à Deo.

Vnde princeps.

An Imperium præcessit sacerdotium, vel ecõuerso.

Ad secundum igitur argumentum in eo, quod arguitur quod, prius fuit Imperium quàm sacerdotium eo modo quo ponitur, negatur maior, & totum consequens: quia, vt supra clarè proba-

tum

tum est, nedum tempore Moisis assumptum est sacerdotium de tribu Leui, sed etiam tempore Abrahę sacerdos Dei altissimi fuit Melchisedech. ergo prius fuit sacerdotium quàm Imperium. Sed in eo quod arguitur quòd prius fuit Imperium quàm Papa, vel Apostolatus: Respondeo quòd regere quantum ad inferiorem naturam Christi, scilicet respectu humanitatis, qa Christus natus est tempore Octauiani Imperatoris, vt supra dictum est, & sic Imperium præcessit natiuitatem Christi, secundum carnem. Falsum est tamen dicere quòd Imperium præcessit Papatum Christi secundum superiorem naturam, scilicet respectu diuinitatis æternę de quo intelligitur illud Isaiæ 53. Generationes eius quis enarrabit? quam generationem omnes catholici Tractatores intelligunt de diuina æternitate Christi in emanatione verbi æternaliter geniti à patre: Petrus autem in iure Christi successit in Papatu ex institutione ipsius Christi Iesu. Alii autem canonicè electi successerunt loco Petri, qui nedum pro se, sed etiam pro omnibus suis successoribus canonicè intrantibus suscepit à Christo vt supra dictum est, quia auctoritas Christi influxit à Christo in Petrum, & per consequens in omnes suos legitimos successores. vnde etiam Moisi dictum fuit & Aaron, vt dicit Aug. in lib. qq. veteris Testa. & refertur. 1. q. 1. dictum est à Domino, Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego Dominus benedicam eis, vt gratiam traditam per ministerium ordinati transfundam hominib9. Et sic intelligimus quod id, quod facit Papa de sacerdotibus & Impatore, facit auctoritate Dei. 50. dist. si quis Diaconus, & sic quādo instituitur sacerdos, Deus dat potestatem per ministerium pōtificis, vt in c. 1. de sum. Trin. & fi. cath. & in c. vno, de sacra unc. vnde Clemēs V. in c. pastoralis, §. fi. de sen. & re iud. in clem. dicit ex ipsius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum & Dominus dominantium nobis, licèt immeritis, in persona tamen beati Petri concessit. Et sic nihil obstat.

Ad tertium Argumentum, quod fit de donatione, vel dote facta Ecclesiæ per Cōstantinum, quasi Ecclesia donataria debeat subesse donatori & eius successoribus in perpetuum. Respondeo vt supra dixi in 20. Argumento, quod Constantinus potius relaxauit, quod illicitè detinebat, recognoscens ab Ecclesia ius Imperij, quantū simpliciter donasse dici possit. Nec est verū, quod ante Constantinum Ecclesia nihil habuerit, cū & Christus ab æterno, *De donatione facta Ecclesia per Cōstantinum.*

tanquam Deus Rex Regum fuerit, & Dominus dominantium, vt ipsemet innuit. Apoc. 1. dicẽs, Ego sum Alpha & O, principiũ & finis, dicit Dominus Deus, qui est & qui erat, & qui venturus est omnipotẽs. Et ĩ salutatione Io. dicit, Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à Iesu Christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum & Princeps regni terræ. Ex quo igitur omne regnum & Imperium Christi est, vt etiam Io. ibidem dicit, ipsi gloria & Imperium in sæcula sæculorum. Et Apoc. 19. dicit, quod habebat in vestimẽto, & in fœmore suo scriptum, Rex Regum & Dominus dominãtium. ergo Imperiũ Christi cum sit æternum, præcessit nedum Imperium Constantini, sed & cõstitutionẽ mundi, quem Deus constituit hæredem vniuersorum, per quẽ fecit & sæcula, vt dicit Apost. ad Heb. 1. &. 1. ad Tim. 6. dicit, Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens Rex Regum & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem & lucẽ habitat inaccessibilẽ. Petrus aũt, vt dictũ est, in ius Chri successit institutus ab eo: ergo ius Petri Christi successoris præcessit ius Cæsaris, & cuiuslibet Imperatoris. Patet. n. expresse falsum esse, quod dicunt, quòd ante Constantinum Ecclesia nihil habuit, cum etiam tempore Christi loculos habuisset, Io. 12. & 13. Nec potuisset Constantinus ius dare Ecclesiæ proprium possidendi, si incapax Ecclesia præfuisset. Sed Deus ipse capacẽ fecit eam, & Dominus Iesus Christus exemplum sui posteris fidelibus reliquit, sicut dicit Aug. super Ioan. & habetur. 12. q. 1. exemplum. vbi sequitur, Exemplum Domini accipite conuersantis in terra, quare habuit loculos, cui Angeli ministrabant, nisi quia Ecclesia ipsius loculos habitura erat. Et idem Aug. ea. cau. & quæst. refertur dicens, habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conseruans & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vt intelligeremus quod præcepit non esse cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nil pecuniæ seruetur à Sanctis, sed ne Deo ꝓpter ista seruiatur & propter inopiæ timorẽ iustitia deseratur. Et ea. cau. & quæst. dicit Melchiades Papa, Futurã Ecclesiã in gẽtib. Apostoli pręuidebãt, id circo prædia in Iudæa minimè sunt adepti, sed precia tantummodo ad fouendos egentes, intẽdẽs se referre ad illud quod scribitur Act. 4. ad Phi. quod venientes ad lumen fidei Iesu Christi vendebant posses. & domos

Omne regnũ est Christi.

Christus habuit loculos vt exemplum Ecclesia demõstraret.

& affe-

& afferebant precia eorum ante pedes Apostolorum. Subdit Melchiades, At verò cũ inter turbines & aduersa mundi subcresceret Ecclesia, ad hoc vsque peruenit, vt non solum gentes, sed etiam Romani Principes, qui totius orbis monarchiam tenebãt ad fidẽ Christi & baptismi sacramenta concurrerent, e quibus vir religiosissimus Cõstãtinus prim⁹ fidẽ veritatis patẽter adeptus licẽtiã dedit per vniuersum orbem suo degentibus Imperio non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi Ecclesias & prædia constituit & fabricam templi primæ sedis beati Petri instituit, adeo vt sedem Imperialem relinqueret, & beato Petro suisque successoribus profuturam concederet. vbi notandum quod Gratianus errauit in nomine Papæ, quia nõ fuit Melchiades successor Siluestri, cuius tempore conuersus est Constantinus, vt dicit ibi glossa: nã Melchiades immediatè p̃cessit Siluestrum, sed qui scripsit talia verba, debuit esse Marcus Papa, qui successit immediate Siluestro. verba autem dicti capituli optimè probant etiam ante Constantinum Ecclesiam habuisse precia, & sic bona mobilia, & post Constantinũ etiã prædia, & sic nedum mobilia, sed etiam immobilia tenuisse, sicut continuatis temporibus vsque ad præsens habuit & tenuit & possedit. Quod autem ante Constantinum bona immobilia Ecclesia non habuit, non fuit ex defectu iuris, sed ex iniustitia & violẽtia: quia nedũ poterãt pacificè bona stabilia possidere, sed etiam veritatem prædicantes mactabantur vt canes. ergo etiam si Imperatores ius aliquod in mũdi dominio obtinuissent, propter innumera scelera impietates & vitia, quæ cõtra Christi fideles immaniter commiserunt, omni iure suo meritò sunt priuati, quia priuilegiũ meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. 11.q.3. priuilegium. 25.q.2. ita nos, & in c. fin. extra de immun. Eccl. Patet expressè etiam temporibus modernis, quòd Papa propter delictum deponit Imperatorem. 40. distin. si Papa. & ibi per glos. & Archid. & in d. c. ad Apostolicę. de sen. & re iud. li. 6. & ibi cõiter p modernos. & ĩ d. c. pastoralis, de sent. & re iu. in clem. & ibi per Fran. de Zab. dominum Florentinũ, Paulũ de Leaza. Io. de Lig. & Io. de Imola, cæterosq; Modernos.

Constantinus, Christ' ad fidem venit.

Constantinus Imperialem sedem reliquit Ecclesiæ.

Ad id autem quod dicitur, quòd Ecclesia tanquam donataria debet subiici donatori, falsum est quòd debeat subiici, sed non debet esse ĩgrata de donis & beneficiis sibi collatis. 96. dist. si Imperator. & per Io. And. in c. vlt. extra de donat. Vnde propter ingratitudinẽ

gratitudinem liberti reuocantur in seruitutem, vt in l. 1. C. de ingra. liber. & 12, q. 2. octaua discussio. & de pœn. dist. 3. §. hac auctoritate, & est bona glos. in c. fi. extra de postul. & in lib. de vsib. feud. in tit. in quib. cau. feu. amit. & tit. seq. vbi traditur ꝙ si dominus de causa ingratitudinis, nec egit, hæres agere non potest. & ibi est bona glo. & 54. dist. qui ex familia. Cum igitur in Ecclesia ingratitudo minimè possit cadere tali casu, quia potius quod suum est recuperauit, quam se tali donatione subiecerit donatori, ergo patet quod arg. nihil obstat.

De tributo soluto per Christum et Petrum. Ad qvartvm igitur argumentum de tributo soluto per Christum & Petrum, Matth. 17. ex quo infertur, quòd se & suos regibus subiugauit. Respondeo illationem falsam esse, quia ipsemet Christus declarauit quòd nec ipse, nec sui tributum, vel censum soluere tenebantur, cum dixit Simoni, Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit, ab alienis. dixit illi Iesus, ergo liberi sunt filii? & sic innuit Ecclesiasticã libertatẽ. quare autem soluit, subdit dicens, Vt autem nõ scãdalizemus eos, uade ad mare & mitte hamum, & cum piscem, qui primò ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies stateram, illum sumẽs da eis pro me & te. Ecce igitur qualiter declarat hic plura, videlicet:

Primò se regem esse, & filium summi Regis secundum diuinitatem, qui etiam secundum humanitatem de stirpe regia pullulauit, ut dicit Apost. ad Rom. 1. de filio suo, scilicet Dei, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis.

Secundò liberum se demõstrat, & per se liberos eius Ecclesiæ seruientes, cum dixit, ergo liberi sunt filii? quasi dixerit, ego filius naturalis, & vos filii adoptiui summi Regis, qa dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Io. 1. Liberi sumus ab hac solutione, ex quo dicit Apostolus ad Galat. 4. Itaque fratres, non sumus ancillæ filii sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit.

Tertiò ostendit aliquod fiendum ratione scandali euitãdi, qđ fieri non deberet, & sic ab aliquibus abstinendum, vt scandalum euitetur, ut in c. ad aures, extra de temp. ord. & in c. nihil pro dest. extra de preſcrip. 10. q. 3. cauendum. 11. q. 3. nolite. 12. dist. illa, in fi. & in c. qui scandalizauerit, extra de reg. iur. & 28. q. 1. iam *Scandalũ est uitandũ.*

nunc

nunc.& 23. q. vlt. tributum. de quo longum Tractatum nuper edidimus, & inseruimus in ca. 1. extra de pœn t. & remiss. vbi de materia scandali ad saturitatem poterit reperiri. *

Quartò ostendit se nedum prophetam, sed etiam plusquā prophetam, vt de Io. Baptista prædixerat Matth. 11. sed ipse multo maior erat Ioanne; sicut dominus maior est seruo. Ait ergo Petro, Vade ad mare &c. vt supra. & sicut ipse prædixerat de pisce & de statere, fuit solenniter adimpletum, vt probat Aug. ad Pollent. & in d.c. iam nunc illud. ver. vnde ipse Dominus ibi, soluit tamen, ne scandalizaret eos. Vrbanus etiam Papa in d.c. tributum, declarat quare non totum piscem dare iussus est Petrus, sed tantum staterem qui in ore eius inuentus est dicens, Quia non Ecclesiam dari Imperatori, non pontificalis apex, qui in ore capitis Ecclesiæ preeminet, subiici regibus potest. Et infra. §. quamuis. allegat libertatem per Pharaonem Egyptiorū Regē sacerdotibus traditam tēpore Ioseph in diebus famis Egypti. de quo Gen. 42. 43. 44. & 47. Ex quo infert Vrbanus, ex tunc prænunciāte sacros sacerdotes in omni gente liberos esse oportere. Ex causa igitur humilitatis nō iure astrictus, sed ad euitandum scandali staterem soluit didragmatis auri, vt dicit glos. in d.c. tributum. Sicut ex humilitate dixit Io. 8. quis ex vobis arguet me de peccato? cū peccatum non fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius, vt prophetauit Isai. 53. c. & Petrus refert. 1. Pet. 2. Sicut etiā per humilitatē Papa se submittit ad placitum iudicio inferiorum, cum non tamen possit ab alio iudicari, iudicaturus ipse cæteros loco Dei. 2. q. 7. nos si incōpetenter. 40. dist. si Papa. 89. dist. c. si. 9. q. 3. nemo iudicabit, cum aliis similib. & sic argumentum prædictum nihil obstat.

De statere in ore piscis

Pharao libertatem tribuit sacerdotibus in Aegypto.

AD QVINTVM argumentum censu Cæsari persoluēdo Christi iudicio, cum dixit, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Matth. 22. facilius respōdetur, quod in his verbis lex iustitiæ cōfirmatur vt reddantur omnibus debita, sicut dixit Apost. ad Rom. 13. cui tributum, tributum, &c. Patet etiam quod intentio Pharisæorū subdola erat & iniqua, cum Matth. referens parabolam Christi de Rege, qui fecit nuptias filio suo, & inuitati noluerunt venire, sed occiderunt seruos Regis. Rex autem perdidit homicidas illos, & misit seruos suos ad exitus viarum, vt quoscunque inuenirent, ad nuptias congregarent. Lucas autem dicit Regem præcepisse seruis vt compellerent intrare, Lucæ 14. innuēs Ecclesiam suam de-

De censu Cæsari persoluendo.

gentilibus percomplendam, vt Aug.exprimit,& habetur 23.q.4. displicet tibi, in fine. Cum igitur perpenderent Pharisæi quod de ipsis diceret perditionem esse fiendam, tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent Iesum in sermone, & mittentes interrogant ipsum, si licet censum dari Cæsari, an non. Matt. 22. Respondens ergo Iesus, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, eorũ cognitam nequitiam confutauit.quasi dixerit, cum uosmetipsos propter vestras nequitias & scelera, indignos iudicaueritis regno Dei, & Romanorum Imperio subiugastis, quare ergo non vultis reddere Cæsari, quod sibi pro tributo, vel censu soluere promisistis? Nam, vt dicit Psal. propter iniustitias enim suas humiliati sunt.& Eccl.x. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias & inimicitias & contumelias & diuersos dolos. August.etiam dicit contra Manichæos,& allegatur 23. q.1.quid culpatur, quòd Christus tributa Cæsari monet reddi, quia propter bella necessario militi stipendia præbeantur. Ex quibus verbis claret responsio, quòd Christus iudicat censum dari Cæsari per laicos principaliter, vt dicit glo.not.in c. omnis anima, extra de censib.super verbo, tributa.ad quod 11.q.1. magnum.& in d. c.solitæ.de maior. & obed.extendi tamen potest ad clericos circa exteriora. 23.q. vlt.tributum. vel quia obedire debent prælatis suis.23.dist.quamquàm. & extra de elect.significasti.& intellige circa exteriora, scilicet terrena, ita vt personaliter clericorum libertas nulli sit obnoxia seruituti, iuxta d.psal. nolite tãgere Christos meos,& in prophætis meis nolite malignari. Et Christus dixit, ergo liberi sunt filii. Matth. 17.de quo satis in c. non minus,& in c.aduersus, extra de immun.eccles.& in d.c.tributum.23.q.vlt. & 25.dist.esto.& in c ex parte, extra de cler. coniug. nam si possessiones dantur ecclesiis sub tributo, cum suo antiquo onere transeunt ad quoscunque, vt in c.cum non sit in homine.extra de decim.& C.de exact.tribut.l.sed diuina, lib. 10.& in c.ex literis, extra de pignor.& in c.pastoralis, de decim.& in c. 1. extra de cens. & in c.1.de testam.& in c.præsenti, in glo.fabricæ, de offi. ord.lib. 6.& dixi in c fi.de vita & honest.cleric. Christus igitur ex verbis prædictis non subiecit clerum, nec Papam Cæsari, sed monet reddi quod iustum est & debitum cuicumque, & sic nõ obst.

Pulchra confutatio.

Iniustitia regnum trãsfert.

Prædia tributaria etia in eccl. trãseunt cũ tributo.

An Christ' habuit quicquam in hoc sæculo.

Ad sextvm argumentum, in quo dicitur quòd Christus nihil habuit, ergo nihil reliquit. Dico quòd antecedens & consequens,

sequens, falsum est: verbum enim ipsius Christi dicentis Matth. 8. Vulpes foueas habent, &c. non ita amarè sumitur, vt omnino dicatur, nihil iuris habuisse in hoc mundo: sed si bene consideren tur præcedentia, ex quibus & sequentia declarantur, & econuerso. 28. q. 1. in mundi. 3. q. 1. constituimus, & ibi glo. 32. q. 7. Aposto lus. ff. de legat. 2. l. legatorum, §. qui plures. ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus. & in l. hæredes palam. §. sed si notam, ff. de hæ red. instit. Patet quòd Christus respondit ad propositum proponē tis, qui vt Doctores intelligunt, ad sequendum Christum auaritia mouebatur: nam, vt Matthæus exprimit, cum omnes male habentes liberaret, & dæmonia eiiceret verbo suo, accedens vnus Scriba ait illi, Magister sequar te quocunque ieris, & dicit ei Iesus, vulpes, &c. Ex responsione igitur perpendi potest intentio proloquētis. Nam sicut Simon magus, vt de miraculis lucraretur pecuniam, obtulit Apostolis dicens, date & mihi hanc potestatē vt cuicumque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum, pecunia tua tecum sit in perditione, qnoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Act. 8. sic & ille Scriba, videns miracula quæ Christus Dominus faciebat, & sperans discere miracula operari vt lucraretur, vel inani gloria extolleretur, proponebatur sequi Christum, cuius prauam intentionē Dominus ex alto luculenter aspicieus deprimit & confutat dicēs Vulpes foueas habēt, &c. quasi dicat, ita pauper sum quòd vbi caput reclinem, non habeo, sicut in cruce patuit euidenter. Quare ergo me sequi uis, vt diteris? Similiter & dolositatem eius arguit, quæ notatur in vulpe; & elationem, quæ in volucre designatur. quasi dicat, Quia dolosus es, ut uulpes; et elatus vt uolucres, in te caput reclinare nequirem, quia spiritus meus non nisi super mansuetum et humilem requiescit. Isaię vlt. vbi secundum aliam translationem dicit, ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu & trementem sermones meos? Vnde per illum Scribam significātur illi, qui seruire volūt Domino solummodo propter meritum temporale, vt faciunt illi clerici, qui non ob aliud clericantur nisi propter redditus, quos in Ecclesiis & beneficiis consequuntur, de quibus dixit Dn̄s Io. 6. Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Sic etiam de prædicto Scriba intelligunt communiter Hierony. & alii sacri Doct. & id

De Simone Mago.

Quare dixit Domin' Vulpes foueas habēt.

quod dicitur, videlicet quòd Christus nihil habuit ex eo quod dixit, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Certè per talia verba etiã secundum literam hoc non includitur, scilicet quòd nihil habuit, quamquàm posset includi quòd non habuit domum propriam in vsu & habitatione: potuisset tamen habere directum dominium, etsi vtile alius obtineret, sicut in rebus emphiteuticariis & feudalibus esse monstratur. & ideo aliud est dicere Christũ nihil habuisse quo ad directũ dominiũ: aliud est dicere Christum noluisse uti dominio temporali. primũ est falsum, secundum autem verum eo modo quo scriptura sacra testatur: nam & in veteri et in nouâ lege plures sunt auctores. de Christi dominio proloquentes. nam vt exprimit Ioan. 22. in sua extrauag. decretali, quę incipit, quia uir reprobus Michael de Cæsena, quæ de directo hac de causa cõdita fuit, ut monstraretur expresè Christum habuisse dominium rerum temporalium. Et primò per sacras auctoritates veteris testamenti ostenditur Christus Rex & Dominus ex verbis Isaiæ. 33. dicentis, Ecce Dominus iudex noster, Dñs legifer noster, Dominus Rex noster, ipse ueniet & saluabit nos. quamquàm secũdum aliam translationem scribatur, Dominus enim, sine ecce, & sine veniet. Et Isaiæ 15. de Christo petitur, emitte agnum Domine dominatorum terræ. Item Ierem. 23. ecce dies uenient, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germẽ iustum, & regnabit Rex & sapiẽs erit. Et infra, Dominus iustus noster. Ecce quòd exprimitur dominator terræ & Rex & Dominus. Ipse etiam est lapis ille abscissus de monte sine manibus, cui Dominus cæli dedit regnum, quod in æternum non dissipabitur. Dan. 2. Ipse est etiam, de quo Psal. dicit, Astiterunt Reges terræ & Principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum. Psal. 2. & infra, Ego autem cõstitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans pręceptum eius. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, postula à me, & da. ti. gẽtes, hæred. tuam, & poss. tuã terminos terræ, reges eos in virga ferrea. Ipse etiam est ille, de quo Psal. 23. canitur, Domini est terra, & plenitudo eius. & infra, introibit Rex gloriæ. Ipse est etiam, de quo Psal. 44. scribitur, sedes tua Deus in sæculum sæculi. Et infra, & concupiscet Rex decorem. & infra, adducentur Regi virgines post eam. & totus ille Psal. de Christo Rege & sua Regina spõsa sancta matre Ecclesia loqui-

De Christi dominio multipliciter patefit.

loquitur euidentet, qui incipit, Eructauit cor meum. Ipse est etiã, de quo Psal. canit, Psal. 46. omnes gentes plaudite manibus. Et infra, quoniam Dominus excelsus t. Rex m. super omnẽ terrã. & infra; Psallite Regi n. psa. quoniam Rex omnis terræ Deus, psal lite. Ipse etiam est ille, de quo dicit Psal. 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis. Ipse etiam ille est, de quo dicit Psal. 61. Deus iu dicium tuũ regi da. Et totus ille psalmus de ipso intelligitur, sicut etiam supradixi. Ipse etiam est, de quo Dauid in multis aliis locis regnum scribit atque dominium, & quod regnauit à ligno, & ꝙ dat salutem Regibus. Et psal. 144. dicit, exaltabo te Deus meus Rex. & infra, Regnum tuum, Regnum omnium sęculorum. & do minatio tua in omni generatione & generationẽ. Ipse etiam ille est, de quo Miche. 5. scribitur, Ex te enim exiet Dux, qui regat po pulum meum Israel, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis eius. & in multis aliis locis in veteri testamento de eius dominio atque Regno scribitur, sed prædicta sufficiant pro præsenti.

In nouo autem testamento antequam conciperetur Christus Dominus Rex magnus ab Angelo nunciatur Virgini matri suæ, cui Gabriel ait, Aue gratia plena, Dominus tecũ. Luc. 1. Et infra, Ecce concipies in vtero, & par. fi. & voc. no. eius Iesum. hic erit magnus & f. a. u. & d. i. d. d. f. d. p. e. & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. De ipso etiam dixit Angelus ad pastores, Annuncio u. g. mag. q. e. o. p. quia n. est. u. h. sal. qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Luc. 2. quasi dixerit quod est Rex & Dominus. De ipso etiam dixerũt illi tres Magi, Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Matth. 2. De ipso etiã dixit Nathanael, Verus Israelita, in quo dolus non erat, tu es filius Dei, tu es Rex Israel, Io. 1. Ipse etiam de semetipso affirmat pro summa veritate, quia summa veritas ipsa est, sicut de se dixit, Ego sum uia veritas & vita. Io. 14, Se Dominum esse, cũ mittens discipulos suos ad sol uendum asinam & pullum, vt discipuli ad se ducerent, ait: Et si quis vobis alius dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, & confestim dimittit eos, Matth. 21. Et cum lauisset discipulorum pedes dixit, Vos vocatis me, Magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Ipse etiam interrogatus à Pilato an esset Rex Iudæo rum: respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo: si de hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei vtique decerta rent, vt non traderet Iudæis: nunc autem Regnum meum nõ est

hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo Rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati. Ecce igitur quam clare confitetur id quod est, & negat quod non est. dicens enim, Regnum meum non est de hoc mundo, se Regem confitetur, vt infra, sed negat se uelle vti regno mundano ad resistendum cũ armis. sic etiam negat se regnum habuisse à mundo cum dicit, Regnum meum non est hinc. non enim dixit, non est hic, sed non est hinc. quasi diceret, Regnum meum à mundo non habeo, sed à Deo sicut in veritate erat. Et sic Angelus nunciauit Mariæ dicens, Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid &c. Luc. 1. Hoc etiam non frustra sed instinctu diuino motus Pilatus scribi fecit super caput eius, Iesus Nazarenus, Rex Iudęorum. Io. 19. qui solus sic scribit, cum alii Euangelistę dicant, Hic est Iesus Rex Iudæorum. Matth. 28. & Luc. 23. Marcus verò dicit, Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorum. Mar. 15. Et sic omnes concordant quod descriptus sit Rex, & pluries in prædictis locis repetitur quod Rex fuerit appellatus. Et quamquam insisterent Iudæi, & eorum Pōtifices, vt non sic scriberetur, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum: Pilatus tamen eos renuit exaudire dicens, Quod scripsi, scripsi. Io. 19. Satis confirmantur prædicta ex verbis Petri Apostolorũ Principis. Act. 2. dicẽtis, Certissimè sciat omnis domus Israel, quia & Dominum eum & Christum fecit Deus hunc Iesum quẽ vos crucifixistis. In quibus verbis Petrus satis clarè concludit duo, de Iesu Domino nostro, videlicet primo quod regnum suum à mundo non habuit, sed à Deo, cum dicit, quod Dominum eum & Christum fecit Deus. Per Christum enim Regẽ intelligimus, quia Christus interpretatur unctus, & quia Reges inungi cõsueuerunt. vnde Rabanus ibi dicit, Manifestè Petrus ex hoc psalmo regnum Christi non terrenum, sed cœleste ostendit esse. Et nota quòd dicit, ex hoc psal. quia Petrus allegat psa. 109. s. Dixit Dominus Domino meo Secundo concludit Petrus ex verbis prædictis quod Christus in quantum homo subsistens in diuino supposito fuerit Dominus & Rex factus. Constat enim quod in quãtum erat Deus, crucifixus non fuit, sed in quantum homo. Et ideo cum Rex & Dominus factus fuerit in quantum crucifixus, & cruci fixus fuerit inquantũ homo, sequit' ꝙ ei regnũ & dominium tanquam homini Deus sibi concessit. Quod etiam Io. in Apoca. 19.

De titulo Crucis.

vt

vt supra dixi, confirmat cum dicit, Et habet in uestiméto & in fœmore suo scriptum, Rex Regum, & Dominus dominãtium. Hoc etiam planè & humiliter nedum Apostoli in suo simbolo confitentur vnicum Dominum, sed etiam vniuersaliter Christi Ecclesia sæpissimè cantat dicens, Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum. Præmissa autem. s. regnū & vniuersale dominium habuit Christus in quantum Deus ab æterno, sicut ab æterno genitus est à patre: sed in quantum homo habuit ex tempore. s. ab instanti suæ conceptionis, ex hypostatica vnione diuinitatis ad carnem & humanam naturam, quam persona verbi perfectissimè statim assumpsit, completa responsione Mariæ virginis matris dicẽtis, Ecce ancilla Dñi, fiat mihi secundum verbū tuum. Lucæ. 1. De quo satis Magister in 3. sent. dist. 1. 2. & 3. & in 18. dist. explanatur illud Apostoli ad Philip. 2. ꝓpter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ. Nam Augustinus cõtra Maximinum dicit, Homini donatum esse illud nomen, non Deo. Ambros. verò dicit, nomen illud donatum esse Deo non homini. sed intelligentia non obuiat, licèt diuersum sapiat, vt dicit ibidem Magister. Nam Ambros. de natura li donatione id dictū intelligit, quãdo æternaliter pater generando dedit filio nomen quod est super omne nomen. s. Deum esse ꝑ naturam, quia genuit ab æterno filium plenum, & sibi æqualem Deum, quod tamen nomen Apostolus propter passionis obedientiam Christo donatum dicit. In qua enim forma crucifixus est, in ea exaltatus est, & in ea donatum est ei nomen, vt cum ipsa forma serui nominetur vnigenitus filius dicitur. Et sic Augustinus intelligit ex tempore per gratiam donatum esse vt homini quod iam habebat idem ipse Deus. hoc igitur per gratiam accepit, vt ipse ens homo vel subsistẽs in forma serui. i. in anima & carne nominetur, & sit Deus. Nam propter meritum obedientiæ donauit ei Deus manifestationem illius nominis post resurrectionem, sed illam meruit per obedientiam passionis, qui in eo quod obediuit patiendo exaltatus est resurgendo. Simile dixit Christus post suam resurrectionem inquiens Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Non quod tunc primò accepit, sed quam ante habebat, tunc manifestata est eius potestas. Nec obuiãt ista auctoritatibus diuinæ scripturæ dicentibus ipsum pauperem extitisse, sicut exprimit Apostolus. 2. Cor. 8. dicẽs, Scitis enim gratiam

Christus Rex regum & Dominus dominantiū.

Quomodo intelligatur donatū esse Christo nomen quod est super omne nomen.

Potestas Christi quomodo data dicitur.

Christi paupertas quomodo intelligitur.

tiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Non.n. hæc dissonant, sed simul stant, & bene consonat. Nam possibile est Dominum quem esse & dominij fructum nullum capere: nudũ enim dominium separatum in perpetuum ab omni perceptione commodi rei habentem non facit diuitẽ, cum sit inutile reputandum. Vnde habens tale dominium, potest egenus & pauper meritò reputari, vt dicit præfatus Io. XXII. in prædicta extrauag. quia vir reprobus. exemplificans sic, si.n. inquit, Rex Franciæ non renunciãdo Regno se absentaret à Regno, & post lapsum alicuius temporis incognitus rediret ad illud, si se pro Rege non gereret, nec aliqua emolumẽta perciperet dicti Regni, sed in domo Regia reciperet vnus alius ex gratia dispensantium necessaria vitæ suæ, talis vtique, licèt Rex esset & Dominus, posset mendicus & pauper meritò reputari. Hinc est quod Apostolus ait ad Gal. 4. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre. sic ergo Christus Iesus, Rex Regum & Dominus dominantium pauper dicitur & egenus, non ratione carẽtiæ dominii, sed potius ratione carentiæ perceptionis fructuum & aduentionum illarum rerum, quarum Dominus erat creator & patronus. Et ad exemplum aliorum peregrinantium in valde paucis pro Rege vel Domino se non gessit, propter quod meritò pauper voluntarius dici potest. Multi etenim Reges, & Principes sunt in sæculo, qui tamẽ respectu status eorũ pauperes nuncupãtur, quia non ita triumphaliter regant: sic Regni nomen exquirit quo ad apparentiam vsus temporalium, & tamen Reges sunt vel Principes. sic & Christus Iesus quãquam pauper esset in vsu temporalium, Rex tamẽ erat & à Regib. adoratus. Quod satis expressit Zacharias dicẽs, Exulta satis filia Sion, idest contemplationis.

Rex pauper. Iubila filia Hierusalem, idest pacis visionis, & sic Ecclesiæ loquitur subdens, Ecce Rex tuus venit tibi iustus & Saluator ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ. Et infra, & potestas eius à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines terræ. Ecce quòd pauper est, & tamẽ Rex & Dominus vniuersæ terræ. Et quòd de Christo loquatur, expressè patet ex his quæ subiungit dicens, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua, Zach. 9. intendens

expri-

exprimere quòd ex sanguine Christi etiam liberatæ sunt animæ, quæ in lacu limbi claudebantur, in quo non erat aqua pœnarum sensus, sed solummodo carentia diuinæ visionis. Ecce ergo quòd pauper erat & Dominus uniuersi, vt simul in unum pauper & diues meritò dici possit, sicut dicit Dauid, Psal. 48. Et sic non obstat prędictum argumentum, quia dedit quod habuit, cum totum haberet habitu rationali, & iusto titulo dominii diuinitus ordinati, licèt sibi restiterint obedire.

Ad septimum argumentum, in quo infertur, iuri suo renũciasse, si quod habuerit, qui cum vellent eum facere Regem, fugit in montem. Ioan. 6. Respondeo quòd propter hoc suo iuri minimè renunciasse concluditur, potuit enim iustè fugere pro contemptu mũdi ad exemplum aliorum, ne in spe mundialis triumphi confiderent, & tamen suo iuri non renunciasse, nec renunciasse intendisse, sicut in multis ostendebat se Deum non esse, & tamen Deus erat. Ergo talis fuga non concludit renunciationem, sed præbet ædificationem, sicut aliàs postmodum suis fratribus in eũ tamẽ nõ perfectè credentibus requirentibus eum, vt cum caterua & sequela ipsorum ad festum ascenderet, ut se mundo triumphaliter ostentaret, dixit, vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam: & tamen postmodum ascendit ad diem festum, non palam, sed quasi in occulto. Ioã. 7. Noluit enim cum pompa mundi, tanquàm diligens vanitatem mundialium curiositatum, cum fratribus scilicet attinentibus ex parte matris, nec tamen credentibus in eum uanè communicari, sed tanquàm humilis exemplaris superborum ceruices et uestigia suo ædificatiuo prosternẽs exẽplo, quasi solitarius nõ vt inaniter laudaretur secundum intentum fratrum non credentium, sed vt credentes vtiliter instrueret & doceret, confutata inepta fratrum monitione, mundique detestata malitia ascendit ad festum. Sic ergo prudenter inuigilans et mundi uanagloriam detestans fugit in montem, ne turbę panibus saturatę facerẽt eum Regem, cum Rex esset non à turbis vel hominibus siue mundo, sed ab ipso Deo patre ęternaliter constitutus secundum Augustinum. Ergo eo modo, quo terrenum regnum contemnere se demonstrat, qui venerat vt credentibus cœleste regnum pararet æternum, dixit Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo. Vnde fugam Christi, ne Rex fieret à mortalibus, Io. superius intelligit responsiuam leuitati

An Christ' fugiens regnum suo iuri renunciasse mõstretur.

Christus fugit mundi iactantiam.

ti guloforum, qui propter miraculum de panibus multiplicatis & ab eifdem deguftatis, confiderantes eius potentiam ad protegendum & fanitatis conferen. nec non & clementiam ac liberalitatem ad fubueniendum & conferendum quærebant eum Regem facere temporalē, qui fatis excellentius Rex erat æternus. Non ergo fugit vt renunciaret iuri fuo, fed vt mortalibus præberet exemplum declinandi vanas fæculi dignitates. Et fic argumentum nihil obftat, fi aliter fe renunciaffe non probent. Sed cũ probare nequeant, ergo veritati potius acquiefcant, fcilicet quòd non renunciauerit, ergo &c.

An Chrifti regnum fit de mũdo.

AD OCTAVVM argumentum, vbi infertur Chriftum Iefum ore proprio coram iudice, fcilicet Pilato confeffum fuiffe, fe regnum non habere cum dixit, Regnum meum non eft de hoc mũdo. Io. 18. Refpondeo quòd per prædicta verba Chrifti hoc minimè probatur. Non enim negauit fe Regem effe qui dixit poftmodum. Tu dicis quia Rex fum ego; refpondens illationi factæ per Pilatum, cum dixit, Ergo Rex es tu? Et fic ex his verbis apparet totum contrarium eius quod arguitur. Confitebatur enim fe Regem effe, fed non ex mundo vel hominibus, fed ex Deo. & non ex tempore in quantum Deus, fed ab æterno: & in quantum homo ab inftanti cōceptionis fuæ in vtero fanctiffimæ Virginis matris fuæ, ficut per prophetas & per Angelum extiterat nunciatum, ut fatis dixi fupra in refponfione ad fextum argumentũ & fic nihil obftat.

An Petro fuerit prohibita iurifdictio gladij tẽporalis.

AD NONVM argumentum, in quo dicitur quòd Chriftus expreſsè prohibuit Petro iurifdictionem gladii temporalis cum dixit, Conuerte gladium tuum &c. Matt. 26. & Io. 18. Refpondeo per verba prædicta prohibitam fore executionem, uel actum gladij temporalis, confirmatam tamen fore iurifdictionem etiā gladii temporalis habitu, cum dixit, tuum. & fatis declaratum eft fupra in refponfione ad primum argumentum, in quæftione incidenti, videlicet an Chriftiani teneantur fubiacere tyrannis, verfus fi. verf. iura autem in contrarium allegata. & ibi fatis difcuffum eft de hoc paffu. Nam zelus Petri fcientia carebat, nō enim capiebat quātum vile fit Sanctis reputandum humano fanguine maculari. Seruatum eft ergo quod decebat effe conceffum, & amotum eft quod honeftatis caufa meritò fit negādum, de quo fatis agitur in d. extrauag. Bonif. quæ incipit, vnā fanctam. Sicut etiā

Zelus Petri quandoque fuit inordinatus.

alias

aliàs Dominus Petrum arguit de inordinato & indiscreto zelo, quando notificauit discipulis mortem suam, & assumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens, Absit à te Domine, non erit tibi hoc. Qui, scilicet Iesus, conuersus dixit Petro, vade post me Sathana, scandalum es mihi, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum Matth. 16. sic etiam tunc Petrus tempore captionis Christi indiscretum, & inordinatum zelum ostendit eua ginando gladium, & leuando manum solus contra tumultuantem turbam, quæ malè turbata & turbida cum gladiis & fustib. venerat contra Christum & suum gregem. Quid potuisset solus Petrus & inexpertus armorum vsus defensionis facere manualiter cum quodam cultello contra tot strenuos armatos expertos & exercitatos in actibus armorum? Nam, vt Io. dicit, Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc, &c. Cohors enim sexcentos milites numero colligit, ut dicit Papias. Quid ergo Petrus ineptè præsumpsit, manũ solus eligere contra tantos? Iustè ergo Dominus arguit præsumptionem ipsius cum nec ipsi Domino zelus sine scientia placeat, nec scientia sine zelo. Ex quo dicit Apostolus ad Rom. 10. Testimonium enim perhibeo illis, qui æmulationem Dei habent sed non secundum scientiam. & 1. Cor. 8. dicit, scientia inflat, charitas verò ædificat. In prædictis etiam verbis Domini Iesu, cum dixit Petro Apostolorum Principi iam electo, conuerte gladium tuũ, exprimitur nedum Petri iurisdictio quantum ad se ipsum & post ipsum canonicos successores, sed etiã innuitur cunctis clericis bellum esse prohibitum. Nam, ut dicit Apostolus, arma militię nostræ nõ sunt carnalia, sed potẽtia Deo ad destructionẽ munitionum, consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. 2. ad Cor. x. Ambrosius etiam ad Vercellenses de basilica nõ tradẽda dicit, Quid igitur turbamini, volens nunquam vos deseram, coactus repugnare non noui, dolere potero, flere potero, gemere potero, aduers⁹ arma milites uotosq; lachrimę meæ arma sunt. Talia enim monimenta sunt sacerdotis: aliter nec debeo, nec possum resistere. 23. q. 8. conuenior. Et quòd clericis non liceat bellare, satis patet 23. q. 8. per to. Imò nec arma sumere, nisi ad terrorem, vt in c. clerici, 1. extra de vi. & hon. cler. vbi si moniti non desistunt nedum excommunicari possunt, vt ibi. & sic patet quòd mortaliter peccant clerici arma ferentes,

Nec Zelus sine scientia, nec scientia te charitate sufficiunt ad salutem.

Quare bellum clericis prohibetur.

quia excommunicari nemo poteſt, niſi per mortale peccatum. 11.q.3.nemo Epiſcoporum, & c.nullus ſacerdotum. Imò etiam ſi excommunicati non deſiſtunt ab armorum delatione, poſſunt deponi.23.q.8.quicunque.& c.clerici. facit 15.diſt. clericus maleficus. Ratio autem prohibitionis eſt duplex, ſecundum Thom. ſecunda ſecundę,quæſt. 40. Prima eſt generalis, quia bellorum exercitia inquietudines habent,& multum impediunt diuinorũ contemplationem, Dei laudem & orationis officium. Meritò ergo clericorum arma orationes & lachrimæ debent eſſe. 11. q.3. Saluator.& in d.c.côuenior.& faciũt not.30.diſt.c. fi.poſſunt tamen prælati laicos ad bellum hortari pro defenſione fidei vel Eccleſiarũ.23.q.8.hortatu.& c.igitur,cum duob.ſeq. Secunda verò ratio eſt ſpiritualis, quia cum ordinentur ad altaris miniſterium, ſemper debent ſe parare ad ſubeundam mortem potiuſquàm ad nocendum, iuxta illud Apoſtoli 1.Cor.11. Quotieſcunque manducabitis panem hunc,& calicem bibetis, mortem annunciabitis, donec veniat. Non ergo clericis occidere competit, vel humanum effundere ſanguinem, aut effundi facere, niſi auctoritatẽ habeant iuriſdictionem demandandi pro iuſtitia conſeruanda. Qui ſe parare debent ad ſuſtinendum patienter proprij ſanguinis effuſionem & necẽ pro Chr̃o, ſicut ipſe pro nobis ſuſtulit crucis patibulum confuſione contempta, vt dicit Apoſt.ad Heb.12. faciunt not.extra ne cle. vel mon. c. ſententiam ſanguinis. Nam ſi prælati eccleſiæ ob defenſionem fidei Eccleſiæ vel rerum Eccleſiarũ, aut patriæ, negligentes eſſent & tepidi ad inuocandum brachium ſęculare & hortandum ad protectionem contra violentos non quidem vt occidant, vel vulnerent, vel mutilent, quia hoc eſſet de directo ad homicidium prouocare, ſed vt fidem, Eccleſiam vel patriam liberent & ad Chriſtum reducant terram ab infidelibus occupatam, ſuper quo dat Eccleſia maximas indulgentias. Et licèt hinc inde aliqui occidantur, non tamẽ propter hoc prælati culpantur. Imò culparentur, & peccarent, niſi ſe opponerent contra tales. 23.q.5.de occidendis.& ead. cau.q.4. Maximianus. & q. 8. igitur. & c.ſcire, & c.vt pridem. Et no.ſecundum Bernard. Hiſpanum, quòd de iure canonico non licet clericis arma læſionis portare, vel etiam cauſa defenſionis pugnare, arg. 23. q.8.§.1.& c.1.& 2.& tribus paleis ibi poſitis.50.diſt.c. clericum, & c.de his clericis.20.q.3.eos qui, et in d.c.conuenior.et extra, de

Clericis competit exhortari ſęculares ad protectionem fidei Eccleſiæ vel patriæ.

An clericis liceat ſe defendere in bellis.

cler.

cler. pug. in duel. c. porrò, et c. de presbitero. In tribus autem casibus videtur eis licere. Primò, vbi Papa concedit, qui potest nouas condere leges. 25. q. 1. sunt quidam. Secundò, vbi clericus gladium obtinet temporalem, argumen. ff. de re iud. l. quidam consulebant. hoc tamen casu tale officium, scilicet materialis gladii, poti⁹ tenetur laico demandare. arg. not. in c. dilecto, de sent. excom. lib. 6. ad fi. per Archid. et Io. And. et 88. dist. Episcopus gubernationē. Tertiò, vbi necessitas incumbit euadendi mortem, quia tunc lex seruari non potest, arg. de consec. dist. 2. sicut. et extra de sent. excom. c. ex tenore. et facit c. 2. ext. de homic. et c. si furiosus, de homic. in Clem. Et nota, quòd si quis alicui suadeat quòd pro patria sua vel suo proximo, vel pro iure suo, vel suæ Ecclesię se exponat, non ob hoc fit irregularis, etiam si ibi ille moratur. 23. q. 4. pro membris. & c. seq. 23. q. 8. igitur. & c. seq. & in d. c. conuenior. in princ. & prope fi. vers. Respōdi. & vers. sanctus enim. sed si sciret, vel crederet eum moriturum, uidetur quòd fieret irregularis, quia ordinata charitas est ꝙ quis diligat plus corpus suū quàm alterius. de pœnit. dist. 3. qui vult. Sed si ei consulat quòd indubitatę morti se exponat pro nomine seu honore Christi, uel pro fide, vel pro statu Ecclesiæ, non fit irregularis, etiam si mors inde sequatur. 25. q. 1. sunt quidam. 11. q. 3. non solum, & c. seq. cum Christus mortem pro nobis subierit voluntariè. 12. q. 2. cum redemptor. & in c. pro humani, de homi. lib. 6. Hac etiam ratione excusari possunt ab irregularitate Inquisitores hæreticæ prauitatis, sciētes quòd statim postquàm pronunciauerint aliquem esse hęreticum, ille morti tradetur, hoc etiam aliàs multipliciter per Canon. ad quod 23. q. 8. legi. & 23. q. 5. si audieris. Religiosis autem siue monachis, qui uiam sunt perfectionis aggressi, vim sibi illatam vi repellere non licet, secūdum Alanū, Vinc. & Goff. in c. suscepimus, extra de homic. Host. tamen dicit ibid. quòd capi & ligari possent aggressores, dummodo sine sanguinis effusione morte vel mutilatione cōmodè fieri possit, etiam per monachos, arg. extra de depos. c. 1. & in d. c. suscepimus. & 14. q. 6. si res aliena. & in c. 2. extra de homic. & in c. in archiepiscopatu, §. 1. extra de rap. & est expressum in c. tua nos, ad fi. extra de homic. vbi scribitur cuidam Abbati de quodam monacho & de quodā scholari ius dicitur & monacho quamquàm tex. non exprimat, & dictus scholaris ab irregularitate dicitur excusari, quamquàm ali

An clericus suadens mortem pro defensione efficiatur irregularis.

An religiosis uel monachis liceat se defendere cū armis.

qua intersigna dederit, ex quib. latro qui percusserat scholarem præfatum, punitus fuerit etiam in persona. Et quamquàm variæ sint ibi lecturæ, si scholaris ille monachus non erat, sed clericus sæcularis, ad nostrum propositum nihil facit, cum de religiosis si ue monachis sermo fiat, de quibus potius intelligerem, quod Apostolus dicit ad Rom. 12. Nõ vosmetipsos defendẽtes chariss. sed date locũ iræ. Zẽzelinus tñ in c. ne in agro, §. præfatæ quoque sententiæ, de statu monach. in clem. dicit quòd eo casu, quo Abbas insequitur monachos odio capitali, quòd tunc licet monachis arma retinere, cum à natura sit insitum uim vi repellere. ff. de iust. & iure l. vt vim. C. vnde vi. l. 1. & in c. olim. de rest. spol. & plenius in c. significasti, extra de homic. circa fi. & Io. de Imola in d. clem. ne in agro, intelligit glos. ibi, quòd monachi arma deferentes mortaliter peccant, scilicet quando sine causa portant, iuxta ea, quæ habentur in ca. clerici, extra de vita & hon. cler. Meo tamen consilio tutius est omnibus perfectioni vacantibus non aliam quærere defensionem, nisi quam Christi & Apostolorum eius exemplis valeant reperire. Vt quid enim Christus arma arripere non tentauit, & Petro gladium eximendũ prohibuit, nisi vt ostenderet quam defensionem, qui perfectionis semitam volunt imitari facere debeant? quasi dixerit, hactenus tibi tuisque prædecessoribus inimicos Dei corporali gladio licuit persequi. Deinceps in exemplum patientiæ gladium tuum. idest tibi hactenus concessum, in vaginam cõuerte. 23. q. 8. c. 1. Vnde dicit glos. 23. q. 3. pro membris, quod Petrus non peccauit vtẽdo gladio, quia nondum prohibitum erat clericis. hoc etiam dicũt ibi Hugol. & Bernard. Hispanus: nam de hoc Petrus ibi commendatur ab Aug. contra Petilianum scilicet Augustinus, qui dicit quod Petrus pro corpore Christi & pro Ecclesia etiam corporaliter pugnauit. potuit enim licitè pro defensione sui Domini decertare. 22. q. 5. de forma. Imo potius tenetur seruus iuuare dominum quàm seipsum, vt ff. ad Sillan. l. 1. §. serui. & glos. in d. c. 1. 23. q. 8. satis facit de pænit. dist. 2. charitas ẽ, vt mihi videtur. vers. ergo charitatem. vbi patet quod debemus Deum diligere super omnia, ergo & defendere. Primum enim præceptum est inter affirmatiua, diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, &c. Deut. 6. Math. 22. & Luc. 10. faciunt not. per Bern. Hispanum in d. c. pro membris, & ibi per glos. Laur. & Archid. Quidam tamen dicunt

An peccauerit Petrus ex incisione auriculæ.

ipsum

ipsum peccasse ex inordinato zelo, vnde dicunt quod commendatur zelus, sed non opus, sicut aliàs in villico iniquitatis commendatur prudentia, sed non iniquitas. Lucæ 16. Ex prædictis igitur satis patet actum tantum gladij, sed non habiturum prohibitum esse Petro: imò habitum sibi confirmatum, vt dixi, etiam post Christi ascensionem, cum facta est vox ad eum dicens, Act. 10. Surge Petre, occide & manduca. de quibus verbis Nicol. Papa scribens Rodul. Bituricen. Archipiscopo de interfectoribus suarũ vxorũ diceret, quod si nõ fuissent adulteræ interfectores, essent homicidæ. 33. q. 2. Interfectores. Gratianus cõmemorans ibidem dicit. In hoc c. videtur Nicol. Papa permittere maritis causa adulterij, vel alterius huiusmodi criminis suas interficere: sed Ecclesia disciplina spirituali gladio, non materiali, criminosos feriri iubet, illo videlicet gladio, quo Petrus iubetur mactare & manducare. de quo etiam gladio Christus ait in Euang. scilicet Matth. 10. Nolite arbitrari, quia veni pacem mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. & in c. seq. quod incipit, inter hęc, idem Gratianus prædicti Nicol. verba referens dicit, Sed sancta Dei Ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus, gladium non habet nisi spiritualem, non occidit, sed viuificat. Et licèt verba prædicta expressè videantur sensum contrarium obtinere, cum dicit Nicol. gladium non habet, &c. debent tamen rectius intelligi eo modo quo Doct. intelligunt, vnde dicit ibi glo. gladium non habet, scilicet materialem quo ad executionem. hoc ideo dico, quia Imperator habet etiam a Papa, hæc glo. Alexander autem Anglicus de Ales, ad quæstionem principalem, respondens in 3. summæ suæ, sic distinguit, scilicet, quòd iniuria, quę infertur, aut est personalis & priuata, aut publica. Si sit publica, propulsanda est iussu Principis, & manu militis. ad Rom. 13. non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est vindex in iram ei, qui malè agit. dicitur de Principe, cui etiam propter hoc determinatur tributum. Matthę. 22. Reddite quæ sunt &c. Et ipsius militibus stipendia. Lucæ 3. Estote contenti stipendijs vestris. Sed non nisi propter defensionem reipub. quæ fieri potest sine hostis iniuria. Si autem sit iniuria personalis, de illa intelligitur illud Matth. 5. dico vobis non malo resist. sed cũ distinctione, quia iniuria personalis repelli potest tripliciter, scilicet vno modo impediẽdo, sicut Apost. Act. 23. procurauit milites à tribuno, vt seruaretur illæsus,

De defensione licita, vel non.

sic

sic licet omnibus iniuriã repellere, nec prohibetur, Matth. 5. hoc enim non dicitur propriè resistere. Alio modo verbis arguendo, vt Dominus percussus alapa percussorem repræhendit, nec alterã præbuit. Io. 18. sic etiam licet omnibus. Vnde etiam ibidem dicit glo. ostendit Dominus patientiæ præcepta non ostentatione corporis, sed præparatione cordis esse facienda. Et sic intelligitur illud Matt. 5. si quis te percussit in dextera, præbe et alteram, idest paratus sis aliam patienter sustinere. Tertio modo repugnando, & hoc dupliciter, vno necessitate cogente, vt cum læsio aliter vitari non potest. & hoc aut sine armis, & sic permittitur clericis & laicis: & hoc flagrante maleficio cum moderamine inculpatæ tutelæ & incontinenti. Et sic intelligitur illa lex canonizata, Vim ui repellere licet, in instanti. quia nequaquam facto interuallo, aut cũ armis. & hoc modo permittitur laicis, non clericis. Et hoc cũ circunstantijs prædictis. non esset autem moderamen, si impeteret sine armis, & ipse impeteret cum armis. Alio verò modo vlciscendi libidine, & sic nulli licet. & sic intelligitur illud Rom. 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi, & similia. Sic ergo iniuriam repellere impediendo vel verbis arguendo, licet omnibus. Repellere verò necessitate cogente sine armis, licet laicis & clericis: sed cum armis licet laicis, sed non clericis. Repellere autem repugnãdo libidine vindictæ ventris licet. Et ex his patet, quomodo hoc quod dicitur non resistere malo, differenter intelligendum est in consilio & in præcepto. Hæc Alexander tractat in summa sua, super 3. sent. Correspon siuè autem ad distinctione 37. vsque ad 40. vbi agitur de quinto pcepto legis, scilicet nõ occides. Exo. 20. & Deut. 5. vbi tractat Alex. tria principaliter, videlicet primò quid prohibeatur occidi. Secundò quis prohibeatur occidere. Tertiò, quæ sit occisio, quæ prohibetur. Et quantum ad nostrum propositum attinet, cum tractat quis prohibeatur occidere in 3. q. videlicet an illi qui habent spiritualem potestatem vt sacerdotes, prohibeãtur occidere? Post aliqua argumenta dicit, Ad hoc dicunt qdam quod sacerdotibus veteris legis licebat: sacerdotibus verò nouæ legis non licet. Et ratio huius est, quia cum secundum Aug. differentia legis & Euangelij sit timor & amor ministri legis veteris, debuerint esse ministri seueritatis ad timorẽ. Sed ministri Euangelij debent esse ministri pietatis ad amorem. Quia ergo illi debebãt coercere à malis per timorem, cõgruebat eis maleficos inter-

Quare in veteri testamento clericis licebat occidere, sed in nouo non.

De Anania & Sapphira.

interficere. Et quia isti debent [illegible] trahere per amorem, ideo nõ congruit eis interficere. Et dicit secundum Chrisost. super Matt. quod mors Ananię & Sapphiræ per Petrum non fuit opus manuale, sed spirituale, quasi prænuncians quod Dei iudicio futurũ erat. Act. 5. Et infra arguendo Alexander præfatus dicit, Item Ecclesia ordinat sęcularem potestatem, vt Papa Imperatorem. ergo tradit ei auctoritatem ad suum officium. & allegat etiam auctoritatem Bern. lib. 4. de consideratione, ad Eugen. de gladio Petri, &c. quam supra disserui. Et soluendo argumenta dicit. Solutio. sicut dictum est, hoc præcepto prohibetur quilibet occidere sua auctoritate. Quia ergo ministris veteris test. commissa erat auctoritas, ministris verò noui testamenti non est concessa auctoritas vt per se interficiant, ideo ex consequenti isto præcepto prohibentur interficere in causa iustitiæ. Ratio autem quare eis negata est auctoritas, est duplex. Vna est, quia ministri nouæ legis debent esse ministri mansuetudinis & amoris ad alliciendum homines ad bonum. vnde eis dicitur Matth. 5. non resistere malo. & ibidẽ sequitur, Diligite inimicos vestros, & reliqua. quæ intelliguntur fienda à ministris nouæ legis, non solum in voluntate animi, sed etiam in ostensione signi. Alia ratio est, quia ministri nouæ legis sunt ministri Sacramenti vnionis. Sacramentum enim altaris repræsentat vnionem Christi & Ecclesiæ, quam significat vnio animæ ad corpus. Sicut enim anima corpus viuificat, ita Christus per hoc Sacramẽtum viuificat Ecclesiam: vnde qui dissoluit vnionem corporis & animæ, Sacramenti illius vnionem in se non potest demõstrare, & ideo irregularis est ad huius Sacramẽti ministerium exequendum: quemadmodum bigamus, qui carnem suam diuisit cũ plurib. vxoribus. Et sicut dicit Canon 15. q. 2. quędam sunt, quę etsi non imputantur ad pœnam, tamen impediunt Sacramenti signaculum. Et introducitur auctoritas Hieronymi, qui dicit de illo, qui propter disciplinam casu occidit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad legem, reus est. legem. s. Sacramenti. Inde est quod cum alij ordines Ecclesiæ ad Sacramẽtum altaris referantur, quia omnes ordinati, aut conficiunt Sacramentum, aut deseruiunt conficienti, debent carere diuisione, quæ opponitur Sacramento vnitatis: & ideo non licebat ministris Ecclesiæ interficere, sanguinem effundere, membrum mutilare: ministris verò veteris testamenti, qui erant ministri timoris ad coercendũ à malo, &c

Occidere prohibetur quilibet auctoritate propria.

Quare clericis hodie prohibetur occisio.

Irregularitas homicidij & bigamiæ quomodo causetur.

lo,& per consequens ministri diuisionis animarum à malis cōpetebat auctoritas & executio interfectoris. Et sic patet solutio ad obiecta. Et specialiter respōdens ad quandā auctoritatē Hierony. in epist. ad Ripar. vbi commemorat de Finees, de Helia, de Simone Cananæo, qui in duos magos Zaroe, & Arphaxat ignitos serpentes retorsit de Petro & Paulo, &c. dicit quòd differentia est inter ministros veteris legis & nouæ non solum quantū ad seueritatem, & misericordiā, sed ēt in iudicio seueritatis. Quia isti gladio spirituali, illi verò gladio materiali iudicia exequuntur, isti verbo, illi ferro. isti verbo, quod est gladius spiritus ad diuisionem animæ ac spiritus idest inordinationis sensualitatis à rectitudine rationis. Ad Hebr. 5. illi verò ferro. idest materiali gladio ad diuisionem animæ & corporis. hoc est vitæ animalis. Vnde nota quòd sicut prius est quod animale est, deinde quod spirituale. 1. Cor. 15. & vita animalis priusquàm vita spiritualis. vitam autem animalem dico, quod est in vnione animæ & carnis: vitam verò spiritualem i ordinatione sensualitatis, quæ dicitur anima, & rationis quæ dicitur spiritus: ita ministerium diuinæ iustitiæ distributum est ministris veteris testamenti in gladio materiali in separationem animæ & carnis. Ministris verò noui testamenti in gladio verbi spirituali ad diuisionem animæ & spiritus. In illo ministerio est ratio timoris: in isto ratio amoris. Hinc dicentibus Apostolis, ecce gladij duo hic. respondit Dominus, satis est. Lucæ 22. & infra dicit, qui in operibus pietatis & misericordiæ vult Deus ꝙ eū omnes imitentur. Matt. 5. & Lucę 6. Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. In operibus verò conditionis & vindictæ non vult vt perfecti eum imitentur propter duo. primò propter sacramentum vnionis commendandum, quod requirit ministros cōgruos in quibus nō inueniatur oppositio diuisionis. Secundò propter commendandam clementiam suæ miserationis, vt in hoc innuat quòd quasi coactus punit, sicut dicitur Tren. 3. Nā ex corde suo humiliauit & abiecit filios hominū. & introducuntur verba Do. punientis, quasi plangentis. Esa. 1. Heu consolabor super hostib. meis, & vindicabor de inimicis meis, vt sic ostendat quòd sit eius proprium misereri semper & parcere. Esa. 30. Expectat Dominus, vt misereatur nostri. Eccl. 11. Misereris omnium domine, quia potens es, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata

Prius est animalis q̄ spiritualis.

In operibus pietatis Deus vult ab omnib. imitari.

cata

cata hominum propter pœnitentiam. ideo ministri noui testamē ti, qui debēt esse in perfectiori imitatione Dei, debent ipsum imitari in opere puritatis, non in districtione seueritatis. Et infra dicit, quòd Imperator recipit potestatem à Papa ad puniendum maleficos, executionem autem potestatis accipit à lege, ergo per Papam recipit auctoritatem, vt sit minister legis & iustitiæ diuinæ: sed ab ipsa lege recipit auctoritatem; vsus ministerij iustitiæ. Vnde Augustinus in quæstionib. Leuit. iudici sæculari dicit, cum homo iustè occiditur, lex occidit, non tu. subdit Alexander, si autem obiicitur quòd ille facit, cuius auctoritate fit: vnde Papa & Episcopi, qui habent præpositos indices sanguinis, videntur occidere. Dicendum quod est auctoritas iubendi & est auctoritas innuēdi. In auctoritate iubendi sequit. ille facit, cuius auctoritate fit. in auctoritate verò innuendi non sequitur. Est autem auctoritas iubendi occidere maleficos penes Imperatorem; auctoritas verò innuendi penes Papam & sacerdotes. Ista autem innuitio diuinæ legis est prædicatio, & vt Principes diuinæ legi obediant exhortatio. Et infert auctoritatē Bernar. quam supra posui 4. de consideratione ad Eugen. qualiter vterque gladius est Ecclesiæ materialis & spiritualis. & quòd ad ipsam pertinet gladius materialis, non quantum ad vsum, vel quantum ad iussum, sed quantum ad nutum. Quantum ad iussum verò Imperatoris est, qui à Papa recipit potestatem. Et per hæc soluuntur obiecta, & sic nihil obstat nonum argumentum.

Cum homo iustè occiditur, lex occidit.

Auctoritas iubendi & innuendi.

Ad decimvm argumentum, vbi dicitur quòd ipsimet summi Pontifices fatentur se nolle intromittere de temporali iurisdictione, de quo 96. dist. cum ad verum. & c. duo, cum multis aliis iuribus in prędicto argumento allegatis. Respondeo breuiter quòd ex prædictis iuribus nō probatur quòd Imperator non debeat subesse Papæ, quamquàm probent quòd iurisdictiones sint distinctæ. Vnde glo. in d. c. cum ad verum, super verbo, vsurpauit, dicit, Argumentum quòd cum istæ potestates sint diuisæ, Imperator non habet gladium à Papa. infra, eo. in scripturis, & c. duo. & c. si Imperator. & 93. dist. legimus. Et quia Imperium à solo Deo est. 23. q. 4. quæsitum. argumentum contra 63. distin. tibi Domino. Item quia Petro datæ sunt claues cœlestis & terreni Imperii. 22. dist. c. 1. Item quia deponit Imperatorem, 15. q. 6. alius. & c. iuratos, & 11. q. 4. quia prędulatus. Quęre de hac materia.

Distinctio iurisdictionū nō aufert auctoritatē Papa quin vtrūque habeat gladium.

ſupra diſt.10. quoniam idem. Ibi enim glo. concludit tum propter prædictas rationes,tum quia Imperator iurat Papæ.63.diſt. tibi Domino. tum etiam quia Papa tranſtulit Imperium de oriẽte in occidentem,vt in c.venerabilem,extra de elect. quòd quamquàm poteſtates ſint diſtinctæ, Papa tamen quandoque vtramque poteſtatem aſſumit & in ſpiritualibus & temporalibus, vt in c.per venerabilem,extra qui fil.ſint leg. Et propter defectum iudicis ſæcularis appellatur ad Papam,vt in c licet ex ſuſcepto, extra de foro compet.& in c.fi.eo.tit. & vacante Imperio ſupplet defectum Imperii,vt in d.c.licet,ubi glo.dicit ſuper verbo, vacante Imperio,iſte ergo eſt vnus caſus,in quo iudex Eccleſiaſticus poteſt immiſcere ſe ſęculari iuriſdictioni,ſcilicet cum ſuperior non inuenitur. Alius eſt,cum iudex ſæcularis negligit facere iuſtitiã, vt hic,ſcilicet in d.c.licet. in uerſ. dummodò conſules,& in c.le. eo.ti.argumen. 23.q.5.adminiſtratores.Tertius eſt, cum aliquid ambiguum fuerit & difficile,& inter iudices variatur, vt in d.c. per venerabilem,§.reſponſionibus.qui fil.ſint leg. Quartus eſt in omni crimine eccleſiaſtico, puta vſura, ſacrilegio & ſimilibus. 6. q.2.c.1.12.q.2.nulli liceat.& in c.quoniam,extra de vſur. Quintus eſt cum per denunciationem criminis cauſa defertur ad Eccleſiaſticum iudicem,vt in c. nouit, extra de iudic. Sextus eſt ratione connexionis,vt in dote,quæ eſt acceſſoria matrimonio,vt in c.de prudẽtia,de donat.inter vir.& vxo.Addit D.Antoni⁹ idẽ eſſe de legitimitate, ubi legitimato accidit q̃ſtio hæreditatis, de quo remitit ſe ad not.in d.c.de prudentia.& in c.cãm,& in c.lator.extra qui fil.ſint leg.& in Spec.de reſcripti præſentat.§.ratione formæ.verſ.itẽ mulieri.ad fi.vbi Spec.reſtringere videtur hoc ad viduas,vel ubi ſunt in terris iuriſdictioni Eccleſiæ ſubiectis. Sed de hoc idem D.Antonius in d.c.de prudentia. & in d. c. licet,in vlt.col.dicit,quòd ſi ſit oppreſſa vidua, immediatè ſpectat ad Eccleſiam vbilibet.Idem ſi ſit pauper, cum agitur de dote & alter eſt diues,ſi quæſtio dotis venit incidenter ad matrimonium, cognoſcit Eccleſia,aliàs aditur præſentia iudicis ſæcularis. Septimus cum denunciatione criminis cauſa defertur ad iudicem Eccleſiaſticum,ut in c.nouit,extra de iudic.& ibi D.Ant. de hoc. Innoc.ponit iſtos caſus in d. ca. licet, de foro compet. & glo. ponit. 11.q. 1. inolita. & aliquos ponit glo. Io.And.in c.fi.de excep. lib.6. Octauum addit Innoc. quando Imperator vel iudex ſæcu-

Appellatur ad Papam.

Papa ſupplet defectũ Imperij.

Iudex Eccleſiaſticus imiſcet ſe iuriſdictioni ſęculari in aliquibus caſib. hic expreſſis, qui ſunt 15.

laris inuocat auxilium Ecclesiæ. 23. quæst. 5. administratores. 96. dist. cum ad verum. Nonus, est quando clericus à laico, vel miserabilis persona à laico opprimitur. 24. q. 3. si quis de potentib. secundum Innoc. Decimus est, quando peregrinus à laico molestatur. 24. q. 3. si quis Romipetas. & in c. 1. de cler. pereg. Vndecimus est, quando laici sunt de iurisdictione Ecclesiæ, vt in c. si duo bus, extra de appel. Duodecimus est ratione administrationis assumptæ à clericis. 89. dist. iudicatum. Tertius decimus est, quādo liberi, vel homines Ecclesiarum fatigantur angariis, uel aliis functionibus. 15. q. 2. Ecclesiarum. Quartusdecimus est quādo sæcularis iudex est suspectus. hunc casum ponit Innoc. in d. c. licet, de foro compet. per illum tex. & in Auth. ut diff. iud. §. 1. & 2. & §. penult. collat. 9. vel si habetur querela contra ipsum. quem casum ponit Io. 11. q. 1. in summa. & Host. no. in d. c. nouit, de iudic. vbi dicit hoc uerum, quando iudex est caput prouinciæ & immediatè subest Imperatori, vt dicit dictus. §. si uerò contigerit, in Auth. vt differ. iud. Quintus decimus est, quando locus caret iudice: nam tunc immediate Episcopus & superior adiri potest vt est casus in d. Auth. vt differ. iud. §. iudicib. in aliis verò iudicibus propter recusationem non adiretur Episcopus immediatè, nisi consuetudo aliud obtineret, ut in d. c. licet. de foro compet. de his etiam casib. notat Guil. in Spec. de comp. iud. adit. §. regulariter, in princ & agitur de materia in c. ex tenore, extra de foro cō pet. quàm maximè de causis miserabilium personarū, vbi per glo. & Doct. Regula enim est, quòd quandocunque agitur per iudicem sęcularem contra naturalem pietatem, potest adiri forus iudicis Ecclesiastici, & ī hoc cedit lex canoni. Ad hoc extra de emp. & vend. ca. 2. & in c. cum haberet. de eo, qui dux. in matr. quam pol. per adul. & in c. cum quidam, & in ca. Quintanalis, extra de iureiur. & per glos. in ca. cum esses, extra de testamen. & not. Dom. Anto. in d. c. nouit. extra de iud. in vlt. col. vbi quęrit super glos. in verbo, quicunque, an Papa sicut recipit legem pro se, ita teneatur recipere contra se? & dicit, Conclusio est quod vbi lex communis, vel consuetudo particularis editur ad vtilitatem Ecclesiæ, ligat Ecclesiam, nisi expresse ab ea reprobetur. 10. dist. c. Imperator, & c. si in adiutorium. Lex autem, siue consuetudo particularis non ligat Ecclesiam in quam disponit ad ei' incommodum, nisi expressè ab Ecclesia comprobetur. Statutum

Iudex sęcularis quandocunque impiè agit, potest haberi recursus ad iudicem Ecclesiasticum.

autem locale, siue ad commodum siue ad incommodum Ecclesię edatur, non ligat Ecclesiam nisi expresſè approbetur ab ea. extra de constit. c. Ecclesia. Patent duæ primę conclusiones. 1c. dist. per tot. 37. dist. si quid veri. & c. se. ad fi. de priuileg. c. 2. de noui oper. nunc. c. 1. & de consuet. c. 1. Tertia probatur per c. Ecclesia, & per c. quæ in Ecclesiarum, de constit. & 96. dist. bene quidem. has conclusiones ponit Innoc. in d. c. nouit. & Host. in c. fi. de solut. & Archid. 10. dist. c. Imperatores. 63. dist. in sinodo. & 8. dist. quo iure. & 11. q. 1. quicunque. 4. q. 3. si quis testibus. nam quod in fauorem Ecclesiæ statutum est, in eius læsionem retorqueri non debet. C. de leg. l. quod fauore. Ad prædicta faciũt not. in c. fraternitatis, extra de hæret. Patet igitur ex prædictis quod non subest Papa Imperatori, sed Imperator potius subest Papæ, quamquàm iurisdictiones sint distinctæ. nam, vt dicit glos. in d. c. cum ad verum. 96. dist. sup verbo, decreuit. ideo Christus vtriusq; potestatis officia gessit per se, vt notaretur quod ex eodem fonte processerunt. 21. dist. cleros. Nam dicit lex quod summa dona à Deo nobis concessa sunt, scilicet sacerdotium & Imperium, vt in Auth. quo. opor. epis. in princ. collat. 3. Iacob. etiam dicit, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum, Iac. 1. Cum ergo in Christo Iesu Domino nostro vtriusque potestatis ius & auctoritas perfectissima fuerit instituta ab ipso summo patre luminum: ipse autem beatæ vitæ clauigero Petro cęlestis & terreni simul Imperij iura commiserit. 22. dist. c. 1. Ergo quãquã Papa non se impediat actu de iurisdictione temporali, habet tamẽ habitum, quem committit Imperatori &, per consequens cæteris Regibus, saltẽ ipsa patiẽtia declarans à Domino Iesu Christo, cuius vices gerit in terris, temporalem potestatem esse cõmissam. Vnde Archid. in d. c. quoniam idem, in glos. cum ergo. ibi 22. dist. c. 1. dicit, adde, & ibi not. Laur. quod vterque gladius Petro fuit concessus, non autem vtriusque executio, sicut patet in Episcopo, qui res Ecclesiæ alij potest tradere, sed nõ sibi retinere. 12. q. 2. quatuor. Nõ obst. prædictum c. 93. dist. legimus. ibi, quomodo si exercitus sibi eligat, & c. quoniam inquit, quod sit confirmanda sicut clericorum, secundum Laur. Et secundum istam sententiam, quæ habet quod Papa habet vtrunque gladium, oportet concedere nullum Imperatorem ritè exercuisse gladium, qui illum non accepit ab Ecclesia Romana, præsertim postquam Christus concessit

Quod in fauorem Ecclesia statuitur, non debet in eius redũdare iacturam.

Imperatorum nullus ritè gladium exercuit qui ab Ecclesia non accepit.

iura

iura vtriusque Imperij beato Petro: quod intelligens Constantinus in resignatione regalium resignauit beato Syluestro gladium ostendēs nō legitimè se vsum fuisse gladij potestate, nec legitime se habuisse, cū ab Ecclesia non recepit. Sed Hugol. aliter intelligit 96. dist. cum ad verum. Et in ead. glo. ibi, distinct. dicit idem Archid. Adde, idem dicit Host. qui de hoc plenè not. in summa, qui fil. sint leg. §. quis & à quo, ibi videas. Dicit Laur. quod cum ex in unctione demum sint reges, quæ à nullo nisi à sacerdote haberi potest, exemplo Dauid & Saul, qui à Samuele fuerūt inuncti, liquet omnem Principem regnorum à Iudice Ecclesiæ confirmationem & executionem consequi, actus tamen sunt diuisi, vt hic dicitur, nec credit vnam pendere ex altera. & quod Papa maximam potestatem circa Imperium habeat, patet 63. dist. in sinodo. hæc Archid. in d. c. quoniam, 10. dist. *De Constantino.*

AD illud autem quod dicitur quod Imperium est à solo Deo, iam responsum est supra, in responsione ad primum argumentū in prima quęst. circa finem. quod verum est eo modo, quo ibi declaratur ſm vtrunq; Imperiū, scilicet spirituale & tpale, per Christum commissum Petro. 22. distin. c. 1. & Petrus siue quicunque Papa legitimus Petri successor, auctoritatem Imperij temporalis vice Christi transfert in Principem sæcularem, vt in d. c. venerabilem, de elect. cum simil. iurib. superius allegatis. Postquam autem à Papa transtulit Iurisdictionem actualem in Imperatorem vel Regem, non expedit sibi de tali iurisdictione se amplius occupare, nisi vacante Imperio, vel in defectum Iudicis sæcularis, vt in d. c. si duobus, ad fi. extra de appel. & in d. c. licet, extra de foro compet. & in illis aliis casibus proximè superius recitatis, & sic nihil obstat. *Petro vtrūque Imperiū est commissum.*

AD VNDECIMVM argumentū, vbi dicitur ꝙ Petrus dixit sacerdotib. subiecti estote omni humanę creaturæ, &c. 1. Pet. 2. c. dico ꝙ iā responsum est supra in respōsione ad primū argumentū videlicet in prima quæstione ante medium, in eo quod potestas ꝑsidentis comparatur ad meritum subiacentis. & dicitur quod talis potestas iusta est, quia aut est ad bonorum promotionem, aut ad malorum punitionem. Et ideo subdit Petrus, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. hæc igitur comparatio generalis est tam ad clericos quàm ad laicos, & tam ad liberos quàm *Quomodo intelligitur debere subici omni humanæ creaturæ.*

ad

ad seruos, quia si bona sunt & patienter tolerant passiones, tanto magis merentur; & ideo subdit Petrus, hæc est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitiam patiens iniustè. Et sic intelligit etiam D. Bonauent. in 2. sent. dist. vlti. arti. 8. q. 1. vt ibi dixi. s. in responsione ad primum argumentum. Tali etiam modo prædicta verba Petri intelligit ibi glos. ordinaria dicens, Multotiens Deus aliquem malum tirannum exercere permittit, vt & mali confundantur, & boni magis probentur. Et infra in verbo, subiecti, dicit. Et vt conuersatio vestra omnibus placeat, non resistatis alicui dignitati hominum, alicui etiam personæ, alicui principatui, cui De⁹ vos; subdi voluit, quia nõ est potestas nisi à Deo & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. ad Rom. 13. & infra dicit glos. Verè quicquid duces agunt boni laudem consequẽtur, quia hoc vult Deus, qui etiam malis vtitur in bonum, vt uos etiam vtentes illis in bonum, siue mali, siue boni sint, faciatis obmutescere in hoc, vt illi duces ignorantes, quomodo eis in bono vtamini & per eos laudem mereamini, non inueniant mali quod in uobis vituperent, dum etiam ipsos honoratis & patimini, quãuis sint immundi. Nicol. etiam de Lyra in prædicto verbo, subiecti estote, dicit. hic consequenter inducit eos ad dandum exẽplũ debitæ humiliationis, quæ est custos omnis virtutis. Et infra in verbo, omni humanæ creaturæ propter Deum, dicit. Inquantum eius imago relucet in ea, & potissimè superiorib. personam Dei repræsentantibus: ideo sequitur, siue Regi, &c. & in verbo, præcedente, videlicet, uos autem genus electum, regale sacerdotium, dicit. hic consequenter beatus Petrus inducit fideles ad huiusmodi perfectionis diffusionem dicens, Vos autem genus electum. s. per baptismum, in quo facti estis filii Dei adoptiui, & per consequens de genere eius. regale sacerdotium. i. cõformati Christo, qui est rex & sacerdos secũdum ordinem Melchisedech, qui fuit Rex & sacerdos. Gen. 14. & sic patet quod prędictus Doctor Nicol. de Lyra intelligit verba prædicta nedum de sacerdotibus, sed etiam de quibuscunque fidelibus ad uiam perfectionis tendentibus aspirare. Petrus Aureoli in apostilla sua prædicta verba considerãs dicit, subiecti estote omni humanæ creaturæ. s. vel superiori ex debito obligationis, vel pari ex debito affectionis, vel inferiori ex debito compassionis, non propter mundum. s. auaritiæ, nec propter

uen-

ventum superbiæ, nec propter carnem luxuriæ, sed propter Deũ. Vel potest exponi quod sit distributio accommodata, vt dicatur subiici debere potestatem habenti, debent autem subiici propter Deum subditi prælatis ex uoto, quia vouerunt se eis obedire, iuxta illud Psal. Vouete & reddite, serui dominis ex debito. quia ser ui sunt, sicut thesaurus dominorum, & ad hoc dicuntur serui, vt sint eis subditi, ex quo dicit Petrus, Serui subditi estote, filij parentibus, ex diuino præcepto, quia parentes debent à filijs tanquã sibi subditis honorari, Exo. 20. Vxores maritis ex matrimoniali vinculo, quia vir caput est mulieris, & ipsa est subiecta. Gen. 3. sub viri potestate eris. Pauperes diuitibus ex necessitate, quia habẽt à diuitibus eleemosinam expectare. Luc. 16. Lazarus mendicus iacebat ad ianuam diuitis. Proximi proximis ex charitate. Debemus enim nobis adinuicem subseruire, secundum illud Apostoli ad Galat. vlt. Alter alterius onera portantes. Diuites pauperibus ex pietate, quia debent eis sua custodire, vt distribuant egenis tempore oportuno, Matth. 25. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tẽpore tritici mensuram. Maiores minoribus ex humilitate supportantes eorum defectus, secundum quod viderint expedire. Io. 13. Si ergo ego Dominus & magister laui pedes vestros, &c. Minores maioribus ex æquitate, & iste est ordo politicus i. popularis, vt Matth. 10. non est seruus maior domino suo, nec discipulus super magistrum. Sapientes insipientibus ex benignitate, vt supportent actus eorum & consulant eis, vt nouerint indigere. Ex quo dicit Apostolus ad Rom. 1. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Patet igitur ex prædictis quod non fuit intentio Petri talibus verbis subiicere clerum regibus vel tirannis, nec se Imperatori, nec suos successores Imperio subiugare, nisi eo modo, quo virtus ordinata requirit ad patienter tolerandum persecutiones & strages aduersantium fidei & virtutibus Iesu Christi & sic nihil obstat.

Qui tenentur ex debito subiici, & qui ex merito.

AD DVODECIMVM & vltimum argumentum, in quo dicitur quod Imperator est Dominus mundi, & quod omnia sua sunt, & quod possit vendicare mundum à possessore, vt in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscrip. cum similib. iuribus ibidem allegatis. dico quod iam responsum est, &c. supra in responsione ad primum.

Quomodo Imperator Deus mundi dicitur.

mum argumentum in 1. quæstione post medium, vers. Nam dici potest. Vbi concluditur quod vsque ad aduentum Christi rectè dicebatur Dominus mundi, humano more loquendo: sed post aduentum Christi omne ius dominii deuolutum est ad Christum, tanquàm ad verissimum Deum, & hominem, & per consequens ad Papam eius Vicarium, qui ex parte Christi confert auctoritatem in Imperatorem, vt in d. c. venerabilem, extra de elect. cum aliis iuribus superius allegatis, quod etiam firmat ille excellentissimus Doctor, D. Bar. de Saxoferrato, in prædicta extrauaganti, ad reprimendam. super verbo, totius orbis. sic igitur intelligendo iura iuribus concordantur, ita quod principaliter Christi auctoritas in Papa resideat, & Papa sibi coadiutorem in temporalibus aduocet Imperatorem, vt se mutuo recognoscant alterum alterius indigere fauore, ne humana superbia elatus alteruter in tam excelso solio collocatus, capite verso ad inferos demergat, iuxta not. in d. c. cũ ad verum. ibi dum dicit, vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu tẽporaliũ tantummodo rerum Imperatorum legibus vterentur. Merito igitur humilitatis causa summus Pontifex motus dicit se nolle vsurpare regiam dignitatem vel Imperialem auctoritatem: sicut etiam dicit se nolle vsurpare honorem aliis Pontificibus exhibendum. 99. distin. c. fi. 11. q. 1. peruenit. satis enim differt nolle, & non posse. Patet enim quod cum noluit, potuit determinare contra leges Imperiales de vsuris non exigendis, vt vbicunque tractatur de vsuris de iure Canonico. Item de concubinatu non permittendo, & de non nubendo infra annum luctus post viduitatem, vt in ca. penult. & fi. extra de secun. nupt. & 32. q. 5. qui viderit. & 32. q. 7. non solum. & 36. q. 2. lex illa & §. cum ergo. & 27. quęst. 1. nubendi. cum similibus. Item in gradibus cõsanguinitatis & affinitatis, vt in c. non debet, & in c. fin. de consang. & affinit. Ideo Nicol. Papa decreuit lege Imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controuersiis esse vtendum, præsertim cũ inueniatur Euangelicæ ac Canonicæ sanctioni aliquoties obuiare. 10. dist. lege Imperatorum. Et Fęlix Papa dicit Imperatori, Ecclesiæ formã sequi nõ huic humanitus obsequẽdo iura præfigere, nec eius sanctionibus velle dominari, cuius clementiæ

Papa humilitatis causa dicit se nolle vsurpare regiam dignitatem.

Papa contra leges Imperiales iudicat & disponit.

mentiæ

mentiæ Deus noluit tuæ piæ deuotionis colla submittere, ne dū mensura cælestis dispensationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. Vbi dicit glos. Imperator eius, filius est Ecclesiæ, non præsul. 96. dist. si Imperator. & inclinabit caput suum Episcopis. 63. dist. Valentinianus. & excōmunicari potest ab Episcopo. 18. dist. quoniam quædam. & 96. dist. duo sunt quippe. vbi patet, quo modo beatus Massentius Papa excommunicauit Archadium Imperatorem, & beatus Ambrosius Theodosium magnum Imperatorem excommunicans, ab Ecclesia exclusit. Et ibi glo. colligit Principē excommunicari posse à quouis Episcopo in sua diœcesi. 63. distin. ca. primo, post medium. & 11. quæst. 3. si autem vobis Episcopis. Nulli enim fas est sine status sui periculo vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare. Maiori siquidem reatu delinquit, qui potiori fruitur honore, & grauiora facit vitia sublimitas peccantium. 25. q. prima. nulli fas. vbi etiam Damasus Papa dicit in ca. se. violatores canonum voluntariè, grauiter à sanctis patribus iudicantur, & à Sancto spiritu, instinctu cuius, ac dono dicati sunt, damnantur, quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem sacros Canones nón necessitate compulsi, sed libenter, vt præmissum est, aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Blasphemare autem spiritum sanctum cum finali impœnitentia necubi dimittetur. Matth. 12. Mar. 3. & Luc. 12. Et vt generaliter concludamus cum Samuele testante primo Reg. decimoquinto. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis, dum se Christianum esse asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit, dicit Beatus Gregorius. 81. distin. si qui præsbiteri. Patet igitur ex prædictis solium apostolicum præesse debere cuilibet dignitati ac gradui, vel statui mortalium in Ecclesia militante. Et sic expediti sumus de secunda parte secundæ partis principalis huius operis. Nec mirentur lectores de tanto progressu & multiplicatione verborum, quia cum Imperatoribus & Regibus, cæterisque Principibus eorumque Satrapis & consultoribus ac defensoribus oportuit disputare. De quo passu nonnulli

Violatores canonum dicuntur blasphemare spiritum sanctum.

Quasi peccatum Ariolandi est repugnare.

etiam famosissimi Doctores, credo potius adulationis causa, quàm veritatis gratia proferendæ, hac nostra ætate turbida, pro Imperatorum vice conati sunt scriptitare. Nunc igitur ad necessariora tendens, tertiam particulam prosequar secundæ partis huius operis, patrocinante Iesu Christo Domino Saluatore, qui cum Patre, &c.

PARS TERTIA

Secundæ partis principalis.

Ad quid protenditur auctoritas Papæ.

Ad quid protenditur auctoritas Papæ.

AD TERTIAM igitur accedens, vbi quæritur ad quid protenditur auctoritas Papę. Respondeo breuiter, quòd ad omne bonum & ad nullum malum: est etenim quasi Deus in terris, maior homine & minor Deo, plenitudinem

Plenitudo potestatis.

obtinens potestatis. 2. q. 6. decreto nostro. & c. qui se scit. accedunt not. in c. per venerabilem. §. responsionibus. & §. sunt autem, extra qui fil. sint leg. sibi enim

Papa ab omnibus est obediẽdũ tã quàm Principi vniuersorum.

ab omnibus est obediendum, extra de rescrip. c. siquando. 9. q. 3. cuncta per mundum. Idem 21. dist. quàmuis. Ipse enim totius orbis obtinet principatum, vt in c. 1. de statu regul. circa princ. lib. 6. ibi, in quibusuis mundi partibus existentes. & in procem. 6. libri in prin. ibi, & totius orbis præcipuum obtinere voluit magistratum. Ipse est enim successor Petri, cui beato æternæ uitæ cla-

Papa successor Petri terreni simul & cœlestis Imperii Vicarius Iesu Christi.

uigero terreni simul & cœlestis Imperii iura commisit Christus Dominus, 22. dist. c. 1. Ipse est singularissimus Vicarius Iesu Christi, ut in c. quanto, & in c. inter corporalia. de transl. prælat. & in c. fundamenta. §. decet, & in c. vbi periculum, §. veterum, de elect. lib. 6. Ipse etenim, vt dicit Isidorus 7. Ethymol. c. 12. Summus põtifex Princeps sacerdotum est, quasi pons & via sequentium.

Summus Pontifex.

Ipse summus sacerdos, ipse & Pontifex Maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atq; Leuitas. Ipse omnes ordines Ec-

clesiasticos disponit. Ipse quid vnusquisque facere debet, ostendit. de quo 21. dist. c. 1. sibi igitur tanquam Christo, flectatur omne genu, vt dicit Apost. ad Philip. 2. in nomine Iesu omne genu flectatur. Vnde & summus Princeps, scilicet Imperator cæterique reges sæculi eidem Romano Pontifici, quo approbatione perso næ ad Imperialis celsitudinis apicem assumēdę, nec non unctionem, consecrationem, & Imperii coronam accipiunt, sua submittere capita non reputarūt indignum, vt in c. 1. de iureiu. in Clem. Ipse enim tāquàm columna & saxum immobile totius Christianitatis compagem molemque continet vniuersi. 50. dist. fidelior. vnde & talium electionarii debent in Ecclesia columnam erigere, quam plus cognoscent Ecclesiæ profuturam. 8. q. 1. Moyses. Ipse debet & singulos iuuare & releuare, qui etiam singulorum onus & sollicitudinem portant. 8. q. 1. o clemens. Ipsa quippe sedes apostolica debet cum magna diligentia gerere curam animarum omnium & tutelam, vt in c. 1. in prin. de immu. Eccles. lib. 6. & in c. 1. de præben. lib. 6. eius nempe sententia facit ius quo ad omnes, vt in c. in causis. extra de sent. & re iud. Ipse potest monachum tam contra voluntatem suam quàm Abbatis de monasterio extrahere, & alicui prælato vel Principi in socium assignare vel secum tenere. 9. q. 3. c. fi. 8. dist. quæ contra mores. 2. q. 3. qui resistit. Ipse potest aliquem absoluere ab obligatione, qua tenetur homini de plenitudine potestatis, quam habet. 2. q. 6. decreto nostro, & c. qui se scit, & in c. pastoralis, de sent. & re iud. in Clem. ar. 9. q. 3. per principalem. C. de quadrien. præscri p. l. bene à Zenone. & C. de precib. Imperat. offer. l. quoties. secundum Innoc. Host. & Vin. Ipse excommunicare & priuare potest Imperatorem, vt in c. ad Apostolicæ. de sent. & re iud. lib. 6. & in d. c. pastoralis, in Clem. Ipse etiam succedit Imperio, imperiali sede vacāte, vt in d. c. 1. §. fi. de iureiur. in Clem. Ipse & sententiam Imperatoris reuocat, ibidem. Ipse & spōsus Ecclesiæ dicitur sicut & Christus, vt in c. vbi periculum, §. cæterum, de elect. lib. 6. & in c. quoniam, de immu. Eccles. li. 6. potest in renunciare, si vult, vt in c. 1. de renun. lib. 6. nā & Marcellinus renunciauit Papatui, cui substitutus fuit Marcellus. 21. dist. nec autem. Item Clemens renūciauit papatui, cui successit Linus, & eo mortuo Cletus, & illo mortuo iterum successit Clemens, vt habetur in cronicis, de quo 8. q. 1. c. 1. vers. disputat hic mundus. & Cœlestinus V. renunciauit, cui

Papę flectatur omne genu.

Papa tanquam columna & saxū immobile.

Ad papam pertinet cura omnium animarum, cuius sententia facit ius quo ad omnes.

Monachū inuitum de monasterio extrahit.

Absoluit ab obligatione homini.

Excommunicat & priuat Imperatorem.

Succedit Imperio & eius sententiam reuocat.

Sponsus Ecclesiæ dicitur

Renunciare potest.

Omnia iura tenet. ſucceſſit Bonifacius VIII. vt in d.c.1. de renunc.lib.6. Item Papa qui Romanus Pontifex appellatur, omnia iura in ſcrinio ſui pectoris cenſetur habere. de conſtit.c.1.lib.6. Ipſe debet perpeti cura ſolicitudinis paſtoralis ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes inuigilare remedijs ſubiectorum eorumque periculis obuiare & ſcandala remouere, vt in c. paſtoralis, de ſent.& re iud. in Clem. Ipſe debet perpeti cura reuoluere, vt errantes in uiã veritatis inducere, ipſosque lucrifacere Deo valeat diligẽti ſtudio & ſtudioſa vigilantia debet protinus vigilare. de magiſt.c.1.in princ. in Clem. Ipſe igitur eligendus eſt à duabus partibus Cardinalium: alias qui ſe gereret pro Papa, excommunicatus eſſet. extra de elec. licet. de cuius electionis modo & forma in c. vbi periculum, de elec. lib.6.& in c. ne Romani, de elect. in Clem. Et ſciendũ quod ſunt aliqui caſus, qui ita ad Papam pertinent, quod non tranſeũt cum generali mãdato, ſed requiritur ſpeciale, vt 17. diſt. huic ſedi. de tranſlat. licet. de offic. leg. quod tranſlationem. qui ſunt hi, videlicet quæſtio fidei 24.q.1. quoties. 12. diſt. præceptis. Tranſlatio Epiſcopi vel electi. ſcilicet confirmati, vt in d.c. inter corporalia extra de tranſlat.& de offic. leg.c.3.& depoſitio Epiſcopi, vel electi. ſcilicet confirmati. 3.q.6. quamuis.& c. dubium. Acceptatio renũciationis Epiſcopi, vel electi, ſcilicet confirmati. 6.q.3. denique, & in d.c. inter corporalia. & de regulari. licet. Exemptio Epiſcoporum. 16.q.1. frater. Reſtitutio depoſitorũ ab ordine. 2.q.6. ideo, vel etiam degradatorum. 50. diſt.c.1.& 2. Iudicialis diffinitio, ſiue interpretatio priuilegiorum ſuorum. extra de iudic. cũ veniſſent. Idem, ſecundum Hoſt. ſi dubitetur de reſcripto apoſtolico, ita ꝙ ab alio per viam rationis ſolui non poſſit. extra de offic. deleg c. 2. Idem, ſecundum Hoſt. de interpretatione ſtatuti facti per legatum, cuius iuriſdictio finita eſt, nec aliquis ei ſucceſſit. Idem, ſecũdum eundem, de diſpenſatione in caſibus, qui per eadem ſtatuta Papæ reſeruantur. Mutatio ſedis Epiſcopalis. 7.q.1. temporis. Cõſtituere alicubi de nouo Epiſcopalem ſedem. 16.q.1. Fęlix. arg. de cõſec. diſt.1. de locorum. Subiicere vnum Epiſcopatum alteri, vel vnum in duos diuidere, ſeu duos inſimul vnire. 16.q.1. temporis. & infra de exceſ. prælat. ſicut vnire.& in d.c. quod tranſlationem. extra de offic. leg. Commutatio uoti Hieroſolimitani, vel ſancti Iacobi, vel liminum Apoſtolorum, de quibus in c. ex multa. de voto. Ipſe ſolus poteſt concedere, vt quis veniat contra licitum iuramen-

Periculis obuiat. *Errantes reuocat.* *Eligitur à duabus partibus Cardin. aliàs excommunicatus eſt.* *Quæſtio fidei* *Translatio Epiſcopi.* *Depoſitio Epiſcopi.* *Acceptio renunciationis.* *Exemptio Epiſcoporũ.* *Reſtitutio depoſitorum vel degradatorum.* *Interpretatio priuilegiorũ reſcriptorum vel ſtatutorum.* *Mutatio ſedis Epiſcopalis vel de nouo conſtituere.* *Subijcere vnum Epiſcopatum alteri vel unum diuidere.* *Commutatio voti Hieroſolimitani Apoſtolorũ Petri et Pauli atque Iacobi.*

ramentum. extra de iureiu. uenientes. vel etiam de quo dubitatur, an sit licitum. extra de elect. venerabilem. quod intelligitur secundum Vinc. solum in arduis, & Thom. 2.2. q. 89. Solus dispēsat cū irregularibus super criminibus maioribus adulterio, extra de iudic. at si clerici. Vnde solus dispensat super homicidio, siue voluntario iusto, siue iniusto. 50. dist. miror. De iusto, vt quia in causa iustitiæ sanguinis participauit, vel chirurgicam artem exercuit, vnde mors sit subsecuta, vel mutilatio membri, vt not. Innoc. & Host. in c. 1. infra de cle. pug. in duel. & infra ne cler. vel monac. c. sententiam sanguinis. Intellige quo ad officium, quia quo ad beneficium potest dispensare Episcopus, vt in c. 2. infra de cler. pug. in duel. qui etiam potest dispensare, vbi mors, vel mutilatio non interuenit, ut in d. c. 1. Solus Papa dispensat cum simoniaco, siue in ordine, siue in beneficio scienter per simoniam acquisito. 1. q. 1. erga. & c. siquis. & 1. q. 5. præsentium. Sed si ignoráter, tunc dispensat Episcopus, si ipse non fuit particeps simoniæ. infra de simon. c. de simoniacæ. & extra de elect. si alicuius. & infra de simon. c. de regularibus. Solus dispensat cum eo, qui cum esset suspensus, interdictus, vel excommunicatus, damnabiliter ingessit se diuinis, vt in c. cum æterni, de sent. & re iud. lib. 6. & in c. cum medicinalis. de sent. excomm. lib. 6. Solus dispensat cum clerico excommunicato in Cōcilio, qui accedit ad iudicium Principis cōtempto iudice Ecclesiastico. 21. q. 5. siquis Episcopus. Solus cum bigamo. extra de bigam. nuper, & c. fi. nam clerici bigami nullo gaudent priuilegio clericali, siue sint coniugati, siue non: nec valet contraria consuetudo, vt in c. 1. de bigam. lib. 6. nec possunt super hoc Episcopi dispensare, nisi essent familiares Episcopi, vel nisi essent conuersi alicuius monasterij, vt in auth. ingressi, & auth. siqua mulier, C. de sacros. eccles. & not. extra de foro compet. c. 2. Papa tamen, si vult dispensare potest, quia bigamiæ non addita irregularitas de iure naturali, sed positiuo, nec est de essentia ordinis, quod aliquis nō sit bigamus. Patet, quia licet bigamus sit, attamen si ordinetur, caracterem recipit sicut quilibet illiteratus & laicus & coniugatus, vt not. glo. 36. dist. c. 1. & Innoc. in c. cum in cunctis, extra de elect. & Io. And. in c. nullus, de temp. ord. lib. 6. in Nouel. Nec obst. c. nuper, extra de bigam. quia licet notetur difficultas, non tamen tollitur facultas. Nec obstat etiam auctoritas Apostoli dicentis, vnius vxoris virum, & c. 1. Tim. 3. quia contra

Contra sciētum iuramētum.

Dispensatio irregularitatis homicidii & similium.

Cum simoniaco.

Cum eo, qui damnabiliter ingessit se diuinis.

Cum clerico excommunicatō in Cōcilio quia se principis iudicio subiugauit.

Cum bigamo.

auctο-

Papa non dispensat contra ius diuinum & naturale.

auctoritatem Apostoli non potest dispensari in his quæ concernunt naturam,& sic sunt de iure naturali. 8.dist.quæ contra mores. Nec potest dispensari quantum ad sacramenta necessaria & fidē Christi,sicut not. Theologi in 4.sent. dist. 27. & ibi Thom. Vnde ex dispensatione Papæ posset bigamus promoueri ad omnes ordines,etiam ad Episcopatum,ut not. Archid. 50.dist.quicūque. Et Lucius Papa dispensauit cum Panormitano Archiepiscopo,qui fuit bigamus, vt not.gl.34. dist.c. siquis viduam.§. sed postea.pro quo 82.dist. presbiter.licèt uix & non sine magna & iusta causa. Sed in his, quę non sunt de iure naturali,nec contra mores vel contra fidem Christi, bene potest Papa dispensare,

Papa maior est Apostolo & quolibet homine

etiam contra auctoritatem Apostoli,quia Papa maior est Apostolo,sicut Petrus fuit maioris auctoritatis quàm Paulus in administratione.21.dist.§.1.Vnde Papa est in loco Petri,& sic maior Paulo.2.q.7.puto.21.dist.in nouo.Vnde si par in parem non habet Imperium,ff.de arbit.l.nā & magistratus.ff.ad Trebel.l.ille à quo, §.tempestiuum, & in c.innotuit, extra de elect.multo minus habet Imperium minor in maiorem.24.q.1.quoniam vetus.50.dist. §.1. Papa namque est Vicarius Iesu Christi & non Paulus,extra de translat.quanto, & c.inter corporalia, & extra vt Eccles. benef.c.vt nostrum.Et est valde mirabile,quod glo.& sequaces in c. super eo,de bigam.dicant quod Episcopi possunt dispensare cum bigamis,vt minores suscipiāt ordines.34. dist.lector.vel in susceptis ministrent. & Papa non possit plusquam alij minores Episcopi,cum ipse habeat plenitudinem potestatis:cæteri verò partem sollicitudinis.2.q.6.decreto nostro.& c.qui se scit.& sic tenendū est,quod Papa possit dispensare cum bigamo. Sed quæro,an bigamus factus monachus vel religiosus recuperet priuilegia Ecclesiastica.

An bigamus factus religiosus recuperet priuilegia Ecclesiastica.

Respondeo sic: nam si ex sola familiaritate Episcopi recuperat,vt supra,quanto magis ex ingressu religionis, licèt Archid. reliquerit sub dubio 84.dist.quisquis. hodie tamen expressum est quod sic,in reg.delictū personæ.de reg.iur.lib.6.& ibi Pla.per Io. And.in Mercurialibus.pro hoc de statu mon.c.recolentes.& de regula.c.veniens.Et nota quod bigamus hodie sub anathemate prohibetur portare tonsuram. in c. 1. in fi. de bigam. lib. 6. Item clerici non coniugati,qui sunt ficti bigami: nam proprio sumpto vocabulo, bigamus est, qui successiuè & diuersis temporibus duas habuit legitimas vxores.31.q.1.aperiant quæso.& ibi de bigamis

De fictis bigamis & ueris.

trigamis,& octogamis,&c. Et intellige habuit, cum effectu consummati matrimonij per copulam. extra de bigam. debitum. 34. dist. Valentino. Fictus bigamus, vel præsumptus est, qui simul habet duas: quia aut cum nulla, aut cum vna tantum, tenet matrimonium. extra de bigam. nuper. vel qui vnam habuit de iure, & illa mortua contrahit cum alia de facto, vt in fine d.c. nuper. vel qui contrahit cum corrupta. 32. dist. feriatim. 33. dist. curandum. & c. præcipimus, & similes, de quibus per glos. & Doctores in c. 1. extra de big. inter quos computantur illi, qui contempto uoto continentiæ lapsi sunt in uitium carnis. 27. q. 1. quotquot. Tales igitur ficti bigami gaudent priuilegio clericali, siue sint in maioribus, siue in minoribus ordinibus constituti & hoc tenet hic Io. And. licèt contrarium teneat in c. 1. de cler. coniug. lib. 6. & de bigam. c. 1. lib. 6. vbi dicit quod solum in sacris constituti gaudent sed non in minorib. Sed verius videtur quod hic dicit, quod videtur etiam sentire Io And. & Host. in c. fi. extra de bigam. Nec obst. quod ficti æquiparantur veris, quia verum est quo ad executionem ordinum, vt in d.c. fi. & c. pauper. extra de big. sed quo ad alia parificatio non procedit, vt Doctores sentiunt ibi. Nec obst. c. 1. quia exorbitat à terminis iuris, & per consequens debet intelligi propriè, ff. de neg. gest. l. 3. & ibi not. nam aliud est esse tale, aliud haberi pro tali. ff. de verb. sig. l. coram. per Bart. ff. de vsuc. l. si is qui pro emptore. Et quod hoc sit verum, patet: quia cũ veris bigamis Episcopi non dispensant quod habeant beneficium in tit. quia sunt puri laici. Tamen cum fictis bigamis Episcopi dispensant. 28. dist. presbiterum. & Doct. tenent in c. fi. extra de bigam. & est de mente Io. And. hic, pro quo 20. dist. §. fi. & Archid. 34. dist. sed postea, cũ duobus seq. Solus cum clerico non ordinato ministrante. sed Hostiens. in c. 1. & 2. infra de cler. non ord. mi. sed glos. ibi. & Innoc. contra, quæ videtur mitior opinio, sed prima est securior, pro qua facit etiam 11. q. 3. priuilegium. 25. q. 2. sicut decet. Solus dispensat cum promoto per saltum scienter ministrante, quod ad superiorem ordinem ascendat, infra de cle. per sal. promo. c. vnico. alias Episcopus dispensat. 48. dist. sicut olim. 52. dist. sollicitudo. Solus dispensat cum eo, qui furtiuè ordines suscepit, vt quia sine conscientia proprii Episcopi vel sine examinatione promouetur. 64. dist. quando Episcopus. nec sibi prosunt litteræ Archid. vt in c. significasti. extra de offic. Archid. Vel si præter conscientiam Episcopi

Labentes in uitiũ carnis præter uotum continẽtię inter bigamos computantur.

Papa solus dispensat cũ non ordinato ministrante.

Cum promoto per saltum.

Cum furtiuè ordines suscipiente.

Cum ordi- scopi eodem die recipit omnes minores, vel aliquos minores &
natis extra subdiaconatum, vel duos sacros. infra de eo qui fur. ord. susc. c. cũ
tempora. H. & c. innotuit. Solus dispensat cum ordinatis extra tempora,
Cum excõ- vel ab alieno Episcopo, & ante dispensationem ministrantibus,
municato su- secundum quosdam, arg. extra de sacram. iter. ca. 1. 52. dist. solli-
scipiente ordi- citudo. Sed verius est quod diœcesani possunt. 9. q. 2. Lugdunen
nes. sis, & in c. consultationem, extra de temp. ord. nisi fuisset sibi in-
Cum aposta- terdicta executio, & postea ministrasset. Solus dispensat cum eo,
ta à religio- qui excõmunicatus existens ordines susceperit, infra de sent. excõ.
ne qui susce- cum illorum. 1. responso. Solus etiam si existens apostata à religio
pit ordines. ne suscepit ordines, ut in c. si. infra de apost. Solus Papa potest Cõ
Solus gene- cilium generale celebrare. 17. dist. per totum. 2. q. 6. ideo. Solus po
rale conciliũ. test condere canonem generalem. 25. q. 1. si ergo. circa medium. fa
Generalem cit C. de leg. l. 1. Solus potest persona Ecclesiasticam iure suo pri-
canonem. uare. 9. q. 3. per principalem. 19. dist. in memoriam. infra de excess.
Personam prælat. quoniam. Solus potest concedere Ecclesiam non vacanté
Ecclesiasticã vel præbendam. infra de concess. præb. nulla. & extra de rescrip. eá
suo iure pri- te, legatus autem in quibuscunque personatibus debet quis per e-
uat. lectionem assumi, quãtumlibet habeat plenariam legationé, hoc
Conce- non potest. de offic. leg. c. de liberatione. lib. 6. Solus potest excom
dit Ecclesiam municatum à se absoluere, extra de elect. venerabilem. & infra de
non vacan- sent. excommuni. significauit. Solus etiam absoluit omnes partici
tem. pes in crimine, cum illo à se excommunicato, ut in d. c. significa-
Excommu- uit, & in c. si concubinę. infra, de sent. excommuni. Solus absoluit
nicatũ à se. excommunicatum à suo delegato, quia nolebat obedire sententię
Participes diffinitiuæ, si steterit in excommunicatione per annũ, ut in c. quæ
in illo crimi- sti. extra de officio deleg. Idem est de excommunicato à legato,
ne. vel delegato, cuius iurisdictio expirauit & nullus successit, ut in
Excommu- d. c. quærenti, & in c. pastoralis, extra de offic. ord. Solus cognoscit
nicatũ à suo appellatione penitus remota. 9. q. 3. & aliorum. Solus cognoscit
legato vel de- de causis ad ipsum delatis per appellationem, vel relationem, ex-
legato. tra de offic. deleg. licet. Solus ordinat illum ad superiores quem
Appellatio- ordinauit ad subdiaconatum, extra de temp. ord. cum ĩ distribué
ne remota. dis. in si. glo. ibi, qui manũ imposuit, & c. Solus concedit palliũ,
De causis 100. dist. pallium. vel qui concedendi habent priuilegium, vt pa-
sibi delatis. triarchæ, vt infra, de priuil. antiqua. in tex. & glo. & ibi Innoc. So-
Quem or- lus semper & vbique vtitur pallio. in c. ad honorem, extra de au-
dinauit ad ctoritate & vsu pal. Solus dispensat cum illegitimo, quantum ad
subdiaconatum. ordines
Concedit palium.
Vbique vti-tur palio.
Dispensat cum illegitimo ad sacros ordines, & beneficia.

ordines sacros & beneficium cum cura, vel persona, de fil. presbit. is qui, lib. 6. Solus dispensat cum minore, quòd promoueatur ad curam animarum vel dignitatem, nisi iam 20. annos compleuerit quia tunc quo ad dignitatem vel personatum sine cura dispensare potest Episcopus. de ætate & qualit. c. vno, lib. 6. Solus dispensat cum eo, qui non est in sacris, vel aliàs est de iure indignus vt promoueatur in Episcopum. arg. extra de elect. dudum. Solus dispensat vt quis habeat plura beneficia cum cura, vel plures dignitates, seu personatus, etiam si curam habeant, aut etiam in eadem Ecclesia. de præben. de multa, de consuet. c. consuetudinem, lib. 6. Solus potest conferre ordinem subdiaconalē die Dominico, & aliis præcipuis festis. extra de temporib. ord de eo. 75. dist. c. fi. Solummodo ad eum appellatur, omissis mediis. 2. q 6. c. 1. 3. 4. & 5. & c. decreto nostro. & 2. q. 7. Metropolitanum & 11. q. 1. peruenit. Host. dicit, quòd legatus videtur habere idem priuilegium, extra de offic. leg. ca. 1. quod obtinet tantum de consuetudine, sicut habet & Patriarcha, vt in d. c. antiqua. Soli Papæ maiora negocia sunt referenda. 2. q. 6. omnis oppressus. de hoc casu & dependentibus ab eo, vide hoc supra vers. Solus dispensat cum irregularibus, & c. vt in c. at si clerici, extra de iudic. Solus supplet defectum Regis vacante regno. extra de elect. cum inter vniuersos, in fi. & in c. grandi, de supplen. neg. prælat. lib. 6. Solus supplet defectum Imperatoris, extra de foro compet. licet. §. 1. Solus electionem Imperatoris confirmat, vel infirmat, vt in c. venerabilē, extra de elect. & in d. c. ad Apostolicæ. de sent. & re iud. lib. 6. Solus quemcunque Principem sæcularem inutilem & negligentē circa regnum & iustitiam potest deponere. 17. q. 4. si quis deinceps. 11. q. 1. nullus. 32. q. 1. præceptum. & dicit glo. not. 40. dist. si Papa, super verbo, à fide deuius, in fi. ꝙ ēt Impator pōt deponi ꝓ quolibet mortali peccato, si ē incorrigibilis. Vnde Zacharias Papa deposuit Ludouicū Regē Francorū. 15. q. 6. alius. & Inn. deposuit Octonē, vt ī d. c. ad Apostolicæ. & idē deposuit Federicū Imperatorē, quē ēt deposuit Greg. IX. & Bonif. VIII. Solus electionē nōdum factā ꝓnunciat nullā, extra de elect. innotuit. Solus hēt canonizare Sanctos, extra đ reliq. & vener. sāct. c. 1. nec licet aliquē venerari ꝓ Sancto, nisi sit canonizatus ab eo, vt ibi. Et de forma canonizationis, vide gl. in c. vno. de reliq. & vener. Sanct. li. 6. & ibi Doct. & 61. dist. miramur. 12. q. 2. quatuor. 7. q. 1. oīs q gemebat. & ī c. venera. de te

Cum minore ad curam animarum & dignitatem.

Cum indignis ad Episcopatum.

Plura beneficia curata.

Ordinem subdiaconalem extra tēpora.

Appellatur omissis mediis.

Maiora negocia referātur.

Supplet defectum Regis & Imperatoris.

Confirmat electum Imperatorē vel infirmat.

Deponit omnes et Imperatorem.

Electiones annullat.

Canonizat sanctos.

Validum inualidat. stibus. Solus quod valet, facit non valere & econuerso, extra de excess. prælat. tanta. & extra de concess. præb. constitutus. Solus nulli subiacet humanæ legi, decet tamen eum iura seruare, extra de sup. neg. prælat. licet. 12. q. 1. peruenit. facit in simili, l. digna uox, C. de leg. Solus in matrimonio contracto in gradib. prohibitis ab Ecclesia dispensat & similibus. in c. non debet, extra de consang. & affinit. & extra de restit. spol. literas. Solus ordinat eodem die, quo consecratur, extra de elect. quod sicut. §. præterea. Solus de clero potest tollere leges ciuiles in his, in quibus vertitur periculum animæ, extra de iud. c. nouit, & c. clerici, extra de præscript. c. fi. extra de secū. nupt. c. pen. & fi. de foro compet. c. fi. lib. 6. & de iureiur. c. 2. lib. 6. & de excep. c. 2. lib. 6. & de sent. excommunic. c. decernimus, lib. 6. Nam in his, leges sacros Canones imitari non dedignantur, ut in d c. clerici, extra de iud. & in Auth. ut cler. apud prop. Episc. ad fi. Potest ante coronationem exercere officium suū & qui impugnaret literas eius, excommunicatus esset, ut in Extrauag. Benedicti X I. quæ incipit, quia nonnulli. Solus absoluit percutientes clericos enormiter, ut in c. si quis suadente, 17. q. 4. excipiuntur casus notati in his versib.

Non subiacet humanæ legi. *Matrimonium dispensat.* *Ordinat in die suæ cōsecrationis.* *Tollit de clero ciuiles ll.* *Ante coronationem officium exercet.* *Absoluit Papa solus clericū ferientem.*

Absoluit Papa solus clericum ferientem,
Decem & septem tamen ex hoc excipe casus.
Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis.
Delitiosus, inopsq́, senex, agerq́, sodalis.
Ianitor, astrictus, dubius, commune, leuis ictus. Debilis, &c.

Regula. i. regularis. extra de sent. excom. c. monachi. Mors. i. in periculo mortis. eo. tit. nō dubiū. Sexus. idest mulieres. eo. tit. c. mulieres. Hostis. i. inimicatus. eo. tit. c. de cætero. Puer. i. minor. 14. an. tēpore delicti. eo. tit. c. 1. Officialis. i. arcēs turbas, & si. eo. tit. c. 3. §. 1. Delitiosus. i. nobilis, delicatus. in d. c. mulieres, §. 1. Inops. i. qui ex paupertate non posset accedere ad Curiam Romanam. quod de his, extra de sent. excom. Senex. i. qui ex senectute non potest accedere, eo. ti. ea noscitur. Æger. i. qui ex infirmitate nō potest. eo. tit. ꝙ de his. Sodalis, i. qui cum socio delinquit, eo. tit. c. ex tenore. Ianitor. i. custos ostii alicuius magni Domini. eo. tit. quod de his. §. secundæ quæstioni. Astrictus. scilicet ad seruitutem. eo. tit. ca. relatū. Dubius. idest qui dubitat, an percusserit clericum. eo. tit. cum desideres. Commune. idest cōiter viuētes, & cohabitantes. eo. tit. q̄d de his. & c. quāuis. Leuis ictus. i. leuis iniuria. c. peruenit. eo. tit.

Debilis.

Debilis, i. qui ex debilitate personæ non potest accedere, ut d.c. ea noscitur. Et sciendum, quod in omnib. prædictis casib. vbi non est impedimentũ perpetuum, si quis extiterit absolutus, cessante impedimento debet accedere, alias reincidit in eandem excommunicationem, vt in c. eos qui, de sent. excom. lib. 6. & intellige quod debet accedere ad eum qui possit eum absoluere de quacunque excommunicatione, quia in mortis articulo potest absolui à quocunq; clerico, nisi esset sibi clerico in specie interdictum, de quo in c. à nobis, extra de sent. excom. Sed puer absolutus in pueritia, vel ẽt postea de delicto commisso in pueritia, non tenetur vlterius accedere, de quo in c. ea noscitur, in fi. & in c. de cætero, extra de sent. excom. & idem est etiam de absolutis ab Apostolica sede, quibus mãdatum esset quod se repræsentarent, vel satisfacerent iniuriato: nã si non se repræsentant quàm citius cõmodè possunt, reincidũt in eandem sententiã, ut in d.c. eos, lib. 6. & de his omnibus not. Host. & moderni in c. cum illorum, extra de sent. excom. Sciendum etiã quod inueniens clericum turpiter agentem cum matre, filia, vxore, vel sorore, si percussit eum, nõ tenetur ire ad Curiam Romanam, sed sicut à supradictis, ita & ab istis potest absolui ab Episcopo, vel habente parem auctoritatem, ut in suis casibus supradictũ est. Et de istis quatuor habetur extra de sent. excom. c. 3. §. fi. ubi Innoc. dicit, in his casibus non esse excommunicatum. Et extendit ad ascendentes & descendentes, sed non ad collaterales: licèt glo. ibi dicat ad nullos debere extendi. Doct. variant, securius videtur concordare cum Innoc. de extensione, sed non de excommunicatione, ne detur materia delinquendi, vt in c. vt clericorum, extra de uita & honest. cler. cum sim. Solus absoluit, si mors, vel mutilatio, vel effusio sanguinis clerici, vel iniectio manuũ in prælatum interuenerit, vt in d.c. cum illorum, & not. in c. religioso, de sent. excom. lib. 6. Et omnia prædicta intelliguntur de quibuslibet personis Ecclesiasticis, ut in c. de monialibus, & in c. Canonica, extra de sent. excom. etiam de nouit. vt in d.c. religioso. Solus absoluit incendiarium, vel effractorem siue rei Ecclesiasticæ siue prophanæ post denunciationem, vt in c. cõquesti, & in c. tua. extra de sẽt. excom. nam & tales de iure naturali capite plecti debẽt, vt in l. capitalium, §. nonnunquam, ff. de pœn. & in l. qui ædes, ff. de incen. ru. & naufr. pro quo 23. q. ult. c. pessimam. Solus absoluit nominatim excõmunicatos ab eo, cum suis complicibus, participantibus con-

Absolutus non parens infra terminum, elapso termino reincidit in eandem.

Percutiens clericum turpiter agentem cum matre fil. uxo. vel sor. &c.

Mors mutilatio sanguis & manus iniectio i prælatum.

Incendiarios & effractores.

Excommunicatos nominatim cũ complicibus.

consulentibus auxiliātibus & fauentibus in crimine, uel obsequē tibus & obedientib. sicut de Federico Imperatore deposito, vt patet in c. ad Apostolicæ, de sent. & re iud. lib. 6. & in c. significauit, & in c. nuper, & in c. si concubinæ, de sent. excōm. Solus absoluit falsificantes literas Apostolicas, vel falsificatis scienter utentes, ut in c. ad falsariorum, & in c. dura, de crim. falsi. Solus absoluit electores Senatorum, seu aliorum rectorum urbis Romæ absque licentia sedis Apostolicæ speciali, ut in c. fundamenta. §. vt ergo, de elect. lib. 6. Solus absoluit tales electos, si electioni prædictæ consēserint sine speciali licentia sedis Apostolicæ, ut ibidem. Solus absoluit intrusos, vt supra huiusmodi officialibus obedientes, ibidē. Solus absoluit dantes huiusmodi electoribus aut electis auxiliū consilium, vel fauorem in prędictis, vel circa prædicta publicè vel occultè, ut ibidem. Et notandum quod in prędicta constitutione prohibetur ne quis Imperator, Rex, aut Princeps, Dux, Marchio, Comes, aut Baro, vel quis alterius notabilis præeminētiæ, potētiæ seu potestatis, excellentiæ, vel dignitatis existat, frater, filius, uel nepos eorum ad tempus vel in perpetuum, seu quis alius vltra annale spatium eligatur. Violatores autem talis edicti non nisi per Papam absoluantur, vel eius licentia speciali, ut in d. c. fundamēta. §. contemptores. Solus absoluit insequentes Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ quibus graues imponuntur pœnæ, ut in c. Fœlicis, de pœn. lib. 6. Solus absoluit grauantes, vel licentiam grauandi dantes, vel tali licentia vtentes contra aliquem Iudicem Ecclesiasticum vel sibi coniunctum quocunque in personis uel rebus, vel ꝓferentes, vel obseruātes, uel eos, ꝓ quib. lata fuerit sententia excōmunicationis, suspēsionis vel interdicti, vel eos q̃ nolūt communicare cum talibus excommunicatis, nisi licentiam ipsam re integra reuocent, vel ablata restituant, vel de grauamine satisfaciant infra duos menses, ut in c. quicunque. de sent. excō. lib. 6. Solus absoluit incidentes, scindentes, exenterantes, demembrantes, vel decoquentes corpus alicuius defuncti causa deferendi ad quamlibet sepulturam cum mandantib. consulentibus & similib. Et tale corpus carere debet Christiana sepultura, ut in extrauag. Bonif. VIII. quæ incipit, detestandæ feritatis abusus. Solus absoluit hæreticæ prauitatis Inquisitores, vel ordinarios omittentes procedere contra hæreticos, adhærentes, credētes, defensores receptatores, complices vel fautores hæreticorū odio, amore, gratia

Falsantes literas Apostolicas.
Electores Senatorum sine licentia Papa.
Electos huiusmodi acceptantes.
Talibus obedientes.
In huiusmodi fauentes.
Vltra annum elect.
Solus absoluit insequentes Cardinales.
Grauantes Ecclesiasticū iudicem.
Exenterantes corpora mortuorū.
Inquisitores hæreticæ prauitatis.

tia

tia sine lucro aut si aliter imponerent crimen hæresis, vel quòd sibi impedimentum fecerint in officio, animo deprauato, vt in c. multorum. de hæret. in clem. Solus absoluit religiosos præsumentes ministrare Eucharistiam, extremam vnctionem, vel solẽnitatem matrimoniorum sine speciali licentia parochialis, vel præsumentes absoluere excommunicatum à canone vel ab homine, siue per statuta prouincialia, vel sinodalia in casibus non concessis, vel absoluentes à culpa & pœna, vt in c. religiosi, de priuileg. in clem. Solus absoluit religiosos vel clericos sæculares voto, iuramento, vel qualibet promissione inducentes aliquem ad eligendam sepulturam in sua Ecclesia vel electam non mutandã, vt in c. cupientes, de pœn. in Clem. Solus absoluit persecutionem facientes alicui Episcopo temere vel iniuriosè percutiendo capiẽdo, vel banniendo, vel hæc fieri mandando, vel ab alio factum ratum habendo, vel facientes associando, consulendo vel fauendo, vel defensando, & omnes officiales culpabiles in prædictis, vel aliquo prædictorum, vt in c. siquis suadente diabolo, de pœn. in clem. Solus absoluit cogentes aliquẽ presbiterum celebrare in loco interdicto, vel ad audiendum vocantes excommunicatos vel interdictos, vel vocari facientes, vel facientes pulsari campanas, uel præcipientes, vt tales moniti non exeant de Ecclesiis vel ipsos excommunicatos, vel interdictos monitos non exeuntes, ex quibus diuina sint officia impedita, vt in c. grauis, de sent. excommun. in clem. Solus absoluit deferentes ferrum, equos, arma, lignamina, victualia, vel alia quæcunque mercimonia, cum quibus Saraceni possint impugnare Christianos in Alexãdriam vel alia loca Saracenorum terrę Aegypti, tam deferentes quàm mittentes, seu de suis portubus, vt eis deferantur extrahentes vel extrahi permittentes, aut eis auxilium, consilium, vel fauorem præstare præsumentes: & si capiantur, fiant serui capientium, ut extra de Iudæ. & Sarac. c. ita quorundam. & c. ad liberandã. & c. q̃d olim, & in quadam extrauag. Nicol. IIII. quæ incipit, olim tam generali. in qua etiam addidit & simile statuit de omnibus terris Soldano subiectis, nec tales excommunicati possunt absolui, nisi tm̃ de bonis ꝓpriis in dictę terrę sanctæ subsidiũ conuertendum exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerunt, vel miserũt, aut deferri, vel de ipsorum portubus deferendum eis extrahi permiserunt. Et præter prædictas pœnas perpetuo sunt infames & in

Religiosos præsumentes ministrare eucharistiã.

Persequentes Episcopos.

Cogentes celebrare in loco interdicto.

Deferentes prohibita ad terras sarracenorum.

testabiles quoquomodo, ita quod nec testari valeant, nec aliquid ex alieno percipere testamento, nec ab intestato, nec ex testamento succedere, nec admitti ad officia publica ministranda, & omnes actus legitimi sunt eis penitus interdicti, & postquã de hoc constiterit, debent publicè denunciari, & omnia eorum bona ad fiscum deuolui. Et licèt prædicta constitutio Nic. IIII. uideretur reuocata per proœmium 6. lib. attamen Bonifacius VIII. infra annum post publicationẽ ipsius 6. lib. innouauit per quandam suã extrauagantem, quæ incipit, cõtra illos. & postmodum Clemens V. non solum innouauit & confirmauit per quandam suam extrauagantem quæ incipit, multa mentis. sed etiam sibi & Apostolicæ sedi absolutionem excõmunicationis eiusdẽ, præterquàm in mortis articulo, reseruauit. quod etiam confirmatur & ampliatur in constit. annua, in die Iouis sancta, continuatis temporibus promulgata vbicunque Romana Curia residet, in qua multa alia sedi duntaxat apostolicæ reseruantur, de quibus dixi satis in Tractatu de excommunicationibus, vt de hæreticis quocunque nomine censeantur, de receptatoribus, fautoribus & defensoribus eorundem, de piratis, cursarijs latrunculis marinis, receptatoribus, fautoribus & defensoribus eorundem, de imponentibus in suis terris noua pedagia auctoritate propria, de falsificantibus nedum bullas vel literas apostolicas, sed etiam supplicationes, gratiam seu iustitiam continentes per summum Pontif. vel Vicecancellarium seu gerentes vices aut officium Vicecancellarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ de mãdato eiusdem summi Pontificis signatas aut sub nomine Papæ vel Vicecancellarij aut regentis officium prædictum falso signantibus vel emendantibus supplicationes aliquas postquam signatæ fuerint falso modo, de quibus tractant Doct. moderni in c. ex literis, extra de fide instrum. de impedientibus seu inuadentibus victualia seu alia ad vsum Romanę Curiæ necessaria adducentes, vel ne ad Curiam ipsam deferantur perturbantibus. Et qui talia faciunt, vel defendunt facientes cuiuscunq; fuerint ord. præeminentiæ, status & dignitatis, etiam si Pontificali regali reginali, vel quauis alia Ecclesiastica vel mundana præfulgeat dignitate, de capientibus temerariè & inique, vel spoliantibus & detinentibus verberantibus mutilantibus, vel interficiẽtibus, vel talia fieri mandantibus contra quoscunque ad sedẽ Apostolicam venientes vel recedentes etiam ab eadem. De illis qui

De hæreticis, de piratis de nouis pedagijs.

De falsantibus literas Apostolicas.

De inuadẽtibus uictualia ad Rom. Cur.

De temerariis inuadentibus ad cur recurrentes.

per se vel per alias quascunque personas Ecclesiasticas vel sæculares ad Romanā Curiam super earum causis & negocijs recurrentes, illaque in eadem Curia prosequentes, aut procuratores, negociorum gestores, aduocatos vel promotores ipsorum, vel etiā auditores seu iudices super dictis causis, vel negocijs deputatos occasione causarum, vel negociorum huiusmodi verberant, mutilant vel occidunt, aut bonis spoliant, cuiuscunque præeminentiæ dignitatis ordinis conditionis aut status fuerint, Ecclesiastici vel sæcularis. De mutilantibus verberantibus interficientibus capientibus detinentibus vel deprædantibus Romipetas & peregrinos ad sacram urbem Romam venientes causa deuotionis & peregrinationis, vel in eadem commorantes, vel ex causa recedentes, vel in his dantibus consilium auxilium vel fauorem, quorum etiam bona sunt perpetuò confiscata. De inuadentibus hostiliter vel occupantibus aut detinentibus quocunque titulo vel colore de præterito, præsenti, vel futuro aliquā vrbem, regnum Siciliæ Triuariæ insulas Sardiniæ Corsicæ, terrā citra Farum, patrimoniū sancti Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, vel quamcunque aliam terrā, vel loca seu iura ad Romanam Ecclesiam pertinentia. Et de adhærentibus fautoribus & defensoribus eorundem seu in his dantibus auxilium consilium vel fauorem, quacunque pful geat dignitate, non obstātibus quibuscunque. Similiter Martinus Papa V. & Gregorius IIII. reseruarunt sibi absolutionem excōmunicationis, quā indixerunt contra simoniacos in ordine vel in beneficio tam dantes quam recipientes occultè vel manifestè, cuiuscunque conditionis vel status, quacunque Ecclesiastica vel sæculari præfulgeat dignitate vt in extrauag. Martini V. quæ incipit, dānabile scelus. & ī extrauag. Eug. IIII. quę incipit, cū detestabile scelus. & ī extrauag. Bonif. VIII. imponitur excōmunicatio, & reseruatur absolutio Papæ de omnibus qui ex pacto vel promissione occulta vel manifesta aliquid etiam paruum recipere pro aliqua iustitia vel gratia per se, vel pro alio in causis iudiciariis, seu aliis, vel literis ab Apostolica sede obtinendis, vel scienter vtentibus literis taliter obtentis sine gratiis. Et in constit. pænitētiariæ reseruatur absolutio ab excommunicatione imposita contra euntes ad Terram sanctam etiā deuotionis causa, seu ex uoto sine speciali licentia sedis Apostolicæ. Et in constitut. Constantien. reseruatur absolutio ab excommunicatione imposita contra mendi-

De offendentib. Romipetas.

De inuadentibus terras Ecclesiæ.

De simoniacis.

De euntibus ad terrā sanctam sine speciali licentia.

mendicantes transeuntes ad non mendicantes, exceptis Carthusiensibus, & similiter excōmunicatio imponitur recipientibus huiusmodi supradictos. Et in omnibus supradictis excommunicationibus includuntur mandantes, auxiliantes, consulentes, fauentes, consentientes & participes in quocunque de casibus supradictis, quia participans in crimine criminoso incidit in eandem sententiam, vt in c. nuper, & in c. si concubinæ clericorum, & in ca. significauit, de sent. excommunicat. & in c. sicut dignū, & in c. ad audientiam, extra de homic. & 11. q. 3. qui consentit. Et notandū quòd in omnibus conceditur absolutio in mortis articulo, sed qui superuixerint, nisi quàm citius possunt se repræsentent, reincidunt in eandem, vt in c. eos, qui. de sent. excomm. lib. 6. & in c. siquis suadente diabolo. de pœn. in clem. cum similibus. Spec. aūt in tit. de legato, § nunc ostendendum, in princ. dicit, quòd de his quæ sedes Apostolica sibi specialiter in signum vniuersalis dominij reseruauit, nullius generis legatus iure legationis se intromittere potest, vt in c. quod translationem, extra de officio leg. & numerat 89. casus Papæ reseruatos, qui tamen vt plurimum referuntur ad supradictos, inter quos etiam ponit quòd à Papa consueuit regalis dignitas impetrari, videlicet vtrum Rex sit, & à quo debeat inungi. hoc enim ad Papam dicit pertinere diffinire, arg. de sacra vnct. c. 1. Vnde in ueteri testamento dicit etiam quòd solus Papa supplet defectum, siquis est in contractibus vel in iudiciis, vt extra de transact. c. 1. 3. q. 6. hoc quippe. Ideoque in confirmationibus beneficiorum frequēter apponitur clausula illa, omnē defectum, siquis est, supplentes de plenitudine potestatis. & probatur extra de elect. illa. nam secundum ipsam, scilicet plenitudinem potestatis, potest de iure supra ius dispensare, & illud omnino tollere, vt extra de concess. præb. c. proposuit. §. fi. & in ca. 1. de agnat. spirituali. nam de nihilo facit aliquid, vt extra de transact. c. 1. de concess. præb. cōstitutus. 2. q. 1. in primis. Et no. quòd si clausula illa, supplentes de plenitudine potestatis, &c. ponit in priuilegijs, intelligitur tantum dispensatum esse in defectu, siquis fuerit circa solemnia iuris, non autem si is, de quo agitur, erat excommunicatus, vel illegitimè natus, vel alium defectum naturalem habebat: nam tunc necessaria est expressa dispensatio, arg. extra de offic. deleg. c. ex parte, & arg. ff. si quis caut. l. sed & si quis, §. quæsitum. Supplet etiam Papa solus defectum Regis uacante regno

Specul numerat casus 89. Papæ reseruatos.

A Papa regalis dignitas impetratur.

Supplet defectus in contractibus & iudiciis.

regno, vt extra de elect. cum inter vniuersas, in fi. & defectum Imperatoris vacante Imperio, vt in c. licet, extra de foro competen. Solus Papa determinat de dubijs iuramentis, an seruanda sint, vel non, vt in c. ad audientiam, extra de cler. non resi. & in c. vniuersalem, extra de elect. in §. penult. & in c. quanto. & in c. intellecto, extra de iureiur. cum in omni iuramento intelligatur Papæ auctoritas reseruata, vt in c. venientes, extra de iureiur. magis quàm Imperatorũ, vt ff. ad municip. l. Imperatores. ad quod. 22. q. 2. beatus. Solus Papa sicut de nihilo facit aliquid, vt in ca. 1. de transact. 3. q. 6. hoc quippe. de concess. præben. c. constitutus. 2. q. 1. in primis. ita solus de aliquo facit nihil, mutando etiam rei naturam, iuxta not. C. de rei vxo. act. l. vnica, 1. responso. ad quod extra de excess. præla. c. tanta. §. 1. in fi. nam immutat substantialem rei naturam faciendo de illegitimo legitimum, vt in c. per venerabilem, qui fil. sint leg. Et de monacho canonicum. 74 dist. quorundam. & de monacho non monachum, & de capaci non capacem, vt d. vers. dicit etiam. Et licèt sit solutus legibus. 25. q. 1. §. si ergo. prope princ. vers. ita ergo ad quod ff. de leg. l. Princeps. quia nulli subest, nec ab aliquo iudicatur, vt supra dictum est: decet tamen ipsum iura seruare, extra de sup. neg. prælat. c. licet. C. de leg l. digna vox. 11. q. 1. peruenit. 9. q. 3. ipsi sunt. & c. patet. 9. dist. iustũ. quamquàm palea sit. Vnde Dominus baptizari volens à Ioãne dixit, sic decet nos implere omnem iustitiam. Matth. 3. Solus Papa concedit Episcopalia insignia abbatibus & inferioribus vt mitram, armillam, baculum pastoralem, sandalia, & similia, vt not. Host. in summa, in tit. de vsu pal. § quibus dic. vers. & notandũ ad quod accedit. 93. dist. peruenit ad nos, & c. illud. Solus cõcedit quòd aliquis prælatus ante se faciat crucem portari, vt lite pend. c. 1. quod tamen fieri non debet in præsentia Papæ, vel sui legati, vt extra de priuileg. c. antiqua. nam & Archiepiscopi insignia sua recipiunt de corpore beati Petri, vt extra de elect. significasti, ad fin. Solus Papa concedit laico spiritualia, puta ius eligendi, vt extra de iure patron. nobis fuit, & Ecclesias, & decimas eximendo, vt ne quis teneatur ad præstationem decimarum, vt extra de decim. à nobis. quod alius facere non potest, vt in c. quamuis eod. tit. & in c. tua, & 2. q. 5. Mennam. ibi, coram te. & 32. dist. verum. vers. scribit enim. vbi videtur spiritualia, siue spirituales causæ laicis delegari, quæ tamen sunt aliàs interdicta, vt patet extra,

Ius tollit. *De nihilo facit aliquid* *Clausula, supplentes, de plenitudine potestatis, &c.* *Supplet defectum Imperatoris & regis.* *De dubijs iuramentis.* *Sicut de nihilo facit aliquid, ita de aliquo facit nihil.* *Immutat rei naturã.* *De monacho nõ monachum.* *Solutus est legibus.* *Decet tamen iura seruare.* *Concedit abbatibus insig. Episcopalia.* *Deponit Cardinales ex iusta causa cum consilio Cardinalium.* *Concedit crucem ante aliquem deferendam.* *Archiepiscopi de corpore sancti Petri, &c.*

Concedit laico spiritualia. de constit. Ecclesia, & in c. cum laicis, extra de reb. eccles. alien. vel non. 96. dist. bene quidem. extra de iudi. c. decernimus. & de arb. c. contingit. Ipse solus sedet in sede illa, quam Dominus, in personam beati Petri elegit, vt in c. per venerabilem. §. responsionibus. vers. sanè. qui fil. sint leg. & in c. maiores, in princ. extra de bapt. 19. dist. enimuero. ideoque summus Pontifex appellatur, vt extra de statu monach. c. cum ad monasterium. in fi. ad quod 19. dist. 20. 21. & 22. distin. per tot. Ipse solus dispensat vt monachus vel laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus fiat Episcopus. 61. dist. miramur. 63. dist. Valétinianus. 61. dist. sed aliud. de elec. cum nobis olim. §. fi. 34. dist. lector. 50. dist. quicunque. 2. de fil pre sbit. c. pen. & fi. nam sacrilegium est disputare, vtrum dignus sit quem Princeps elegerit. C. de crim. sacril. l. disputare. & in Auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §. eos autem. ibi, quis non diligat, &c. collat. 1. & 17. q. 4. §. qui autem. Solus dispensat, vt Christianus portet arma Saracenis, vt in c. significauit, extra de Iudæ. Ipse solus dispensat cum clericis conferentibus Ecclesiastica Sacramenta hæreticis & ab eis oblationes & eleemosinas recipiétibus, vt in c. excommunicamus, §. sanè, extra de hęret. Solus deponit Cardinales, licita causa existente, vt not. glo. & Innoc. in c. ex gestis, extra de cleri. nô resid. & in c. vno, de schism lib. 6. licet Host. cum protestatione videatur sentire contrarium, quia in d. c. ex gestis, dicit ad depositionem Cardinalium fuisse sinodum congregatum, cum Cardinales tanquàm maximi debeant maxima prærogatiua notari, vt in c. 1. de offic. leg. lib. 6. Nam Cardinales sunt corporis Papæ, qui non potest ab aliquo iudicari. 40. dist. si Papa. 9. q. 3. nemo, & quòd sint pars corporis ipsius, probatur 6. q. 1. si quis. arg. C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. & sunt spiritualiter fratres Principis & plus cæteris priuilegiati. de offic. leg. c. officij. lib. 6. sic ergo debent singulari priuilegio insigniri, vt in l. non tantum, ff. de excus. tu. nam vna & eadem res non debet diuerso iure censeri, vt in l. rerum mixtura, ff. de vsucap. Io. And. post Host. concludit quòd Papa non consueuit, & secundum aliquos, non potest aliquem de Cardinalibus excommunicare, vel aliquod præceptû facere sine consilio & consensu suorum fratrum, ad quod facit c. irrefragabili. §. 1. de offic. ordin. & c. 1. de exces. prælat. Dicit etiã Io. And. & Petrus de Anchar. quòd si Papa in specie non ligat Cardinalem, non est verisimile velle eum ligare in genere. pone

Eximit à decimis.

Delegat spirituales caussas laicis.

Sedet in sede Petri sibi à Dño praparata.

Summus Pontifex appellatur.

Monachum facit Episcopum, laicum vel clericum in minorib. facit Episcopum.

Sacrilegium est de auctoritate principis disputare.

Dispensat cũ clericis ministrantibus sacramenta Ecclesiastica hæreticis.

Cardinales maxima prærogatiua notantur.

Cardinales sunt pars corporis Papæ.

ne exemplum de canone, in nomine Domini. 23. dist. & in c. licet, de elect. & inducit auctoritatem Cantici Annæ dicētis, 1. Reg. 2. Domini enim sunt Cardines terræ, & posuit super eos orbem. Hinc dicendum quòd Cardinales sunt quasi Collaterales Papæ, vt no. in d. c. officij.

Cardinales sunt cardines terræ & collaterales Papa.

SED ad clariorem intelligentiam cupio pertractare de auctoritate Concilii & Papæ, Cardinaliũ & Episcoporum omnium: vnde ad euidentiam sciēdum est quod Conciliorum tria sunt genera. Primum est vniuersale, secundum est prouinciale, tertiũ est pontificale, de quibus traditur 16. dist. c. 1. per glo. 3. dist. §. porrò. Primò igitur quæro, quid sit Concilium vniuersale? Secundò, an in eo requiratur auctoritas Papæ? Tertiò, an Concilij potestas sit maior, seu supior: aut par, aut minor potestate Papæ? & sic intelligemus auctoritatē Papæ & Cōcilij. Quartò, an Conciliũ possit cōstitutiones facere, cās audire & alia expedire, q̃ Papa potest?

De Concil. vniuersali.

Ad primum igitur, cum quæritur, quid sit Concilium vniuersale. Respondetur, quòd vniuersale Cōcilium est vniuersalis concio. i. populi multitudo, Ecclesia fidelium congregatio, fratrum consultatio & diffinitio. Concilium etenim nomē tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causas agebant, conueniebāt omnes in vnum communique intentione tractabant. Vnde Concilium à communi intentione dictum est, quasi consilium, & consilium, quasi considium, D. in L. literam trāseunte. Vel Conciliũ dictum est à communi intentione, eo quod in vnum. i. in vnam sententiã dirigant omnes mentis intuitum. At verò iuxta etymologiam vocabuli, Concilium dicitur à con, & cilium, quia ibi homines congregantur vt conueniant, sicut cilia oculorum claudendo conueniunt. Vnde cum cōsedendo vnus in cathedra loquitur, omnium auscultantium cilia cum loquentis cilijs conueniunt in aspectu. hinc Cōcilium à concio, concis. i. simul cire, quasi citare, vel accersire, aut congregare: & potest esse secundæ & tertiæ cōiugationis, vt cieo cies, & cio, cis, ciui, citum, eiusdem significationis, vt dicit Papias. Potest etiam accipi pro modulato colloquio, quasi simul loquium. Sinodus autem ex Græco interpretatur comitatus, vel cætus. Sinodus enim dicitur à sin, quod est cum, & oda, quod est uia, quia ibi & plures per diuersas uias conueniũt. i. simul congregantur. Cætus verò dicitur conuentus vel congregatio,

Concilium quid sit.

Sinodus, cætus, conuētus.

gatio, à coeundo. i. conueniendo in vnum, quasi cætus à con, & eo is. hinc etiam conuentus nuncupatus est, eo quod ibi homines in vnum conueniat, vt ff. de pact. l. 1. §. 1. uers. nam sicuti. Vnde sicut conuentus est cætus, sic & concilium à societate multorum in vnum appellatur. de his agitur 15. dist. Canones, ad fi. & per Isid. etimolog. lib. 8. c. 11. de Canonibus conciliorum.

An in concilio vniuersali celebrando requiratur auctoritas Papæ.

Secundo quęro, an in Concilio vniuersali celebrando requiratur auctoritas Papæ quo ad conuocationem tantum, aut quo ad continuationem? Respon. breuiter quod quo ad utrunque paret expresse 17. dist. c. 1. vbi Marcellus Papa scribens Episcopo Maxentio dicit, Sinodū Episcoporum absque huius sedis auctoritate, quamquam quosdam Episcopos possitis congregare, non potestis tamen generaliter facere. & in 2. c. scribitur, Regula vestra nullas habet uires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc Cōcilium actum est, nec Romanus Ecclesiæ legatus interfuit Canonibus præcipientibus secundum eius auctoritatē Concilia fieri non debere, nec ullum ratum est, aut erit unquam Concilium, quod eius non fuerit fulcium auctoritate. hoc etiam decreuit Gregorius Papa ead. dist. c. non licuit. dicens, quoties aliqua de vniuersali Sinodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiēdam de eo quod non intelligunt rationem, aut sponte hi qui salutem animæ suæ desiderant ad Apostolicam sedem pro percipienda ratione conueniant. Aut si forte, sicut de talibus scriptum est prouerb. 18. peccator cum in profundum malorum venerit contemnit, ita q̃ obstinati & cōtumaces extiterunt, ut doceri non velint eos ab eisdem sedibus Apostolicis auertere, aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut ne aliorū perditio esse possit, secūdum Canones per sæculares opprimi conuenit potestates. Pelagius etiam Papa scribens illis Episcopis, qui conuenerunt ad illicitam conuocationem Ioannis Constantinopolitani Episcopi, dicit ead. dist. c. multis denique Apostolicis & Canonicis atque Ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absq; sentētia Romani Pontificis Cōcilia celebrari: qua propter, vt iam dictum est, rectè non Concilium, sed vestrum conuenticulum, vel conciliabulum cassatur, & quicquid in eo actum est, irritum habeatur & vacuū. Vos quoque deinceps videte, vt nullius hortatu talia præsumatis si Apostolicæ sedis communione carere non vultis. Et infra, Maiores verò & difficiliores quæstiones, ut sancta Synodus statuit

Concilia bulum.

ruit & beata consuetudo exigit, semper ad sedem Apostolicam referantur. Hoc etiam Symmacus Papa in Imperium suorum aduersariorum ead. dist. c. concilia sacerdotũ. dicit, Legistis insanissimi aliquãdo in illis Ecclesiasticis legibus, prçter Apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum & non de maiorib. negociis ad consultationẽ, si qd occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse reseruatũ, scientes quòd eius sedi primum Petri Apostoli meritum, deinde secuta iussione Domini, Conciliorum venerandorum auctoritas singularem in Ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. Hoc etiam probatur 16. dist. placuit vbi subnectitur. Item cum Adrianus Papa sextam sinodum recipiat, cum omnibus Canonibus suis: Cum etiam sancta octo vniuersalia Concilia professione Romani Pontif. sint roborata & c. Ad hoc etiã Symmacus, Simplicius Romanus Põtifex 96. dist. bene quidem, inquit: Fraternitas vestra, & infra, inter alia quandam scripturam illustris memoriæ Basilium, quasi pro Ecclesiasticæ amore substãtię scripsisse refero, ĩ qua null⁹ Romanç Ecclesiæ interfuit, vel subscripsit antistes, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Iste nanque Basilius erat prçfectus vrbis, vices gerens præcellentissimi Regis Odoacris, ut subdit ibi tex. Decreti, cuì Symmachus ĩ extremis laborans, bona fide duct⁹, scripsit vt electiorri fiendæ sui successoris interesse curaret, ne hæreticorum furibunda rabies scandalũ excitaret. Basilius ob hoc quæsiuit vsurpare plusquam sibi conuenire valebat, vt sentit ibi glos. hoc etiam confirmat ibi tex. per arg. à minori, cum subdit, Quod si cuiusque prouinciæ sacerdotes inter suos terminos Cõcilio habito, quicquid sine metropolitani sui auctoritate tractauerint irritũ esse debere, sancti patres sanxere: quanto magis quod in Apostolica sede nũc extante præsule, qui beati Petri Apostoli merito per vniuersum orbem primatum obtinens sacerdotii statutis sinodalibus consueuit tribuere firmitatem, à laicis licet consentientibus aliquantis Episcopis, qui tamen Pontifici, à quo consecrati probantur, præiudicium inferre non potuerunt, præsumptũ fuisse cognoscitur, viribus carere dubium non est. Hoc etiam optimè tex. decreti 3. q. 6. c. dudum. vbi dicit Iuli. Papa orientalibus Episcopis, Dudum à sanctis Apostolis successoribusque eorum in antiquis decretũ est statutis, quæ hactenus sancta & vniuersalis Apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani põtif.

Basilius præfectus.

Sine Metropolitani auctoritate nihil agatur.

& infra, dic Ecclesiæ. ubi dicit Chrisos. i. his qui Ecclesiæ præsident. glos. dicit, vel dic toti Ecclesiæ, ut maiorem erubescentiam patiatur. Quæ verba specialiter ad se spectare pro tempore futuro Petrus considerans interrogat dicens, Domine quoties peccauerit in me frater meus & dimittam ei? Vsque septuagies. Et beatus Gregorius ordinãdo missale scribit, Respiciens Iesus discipulos suos dixit Simoni Petro, si peccauerit in te f. t. &c. faciunt in simili nor. per Innoc. in c. cum accessissent, de constit. ubi dicit quod in vniuersitatibus habentib. caput, non possunt aliquid statuere sine capite suo, vel sine sui capitis auctoritate, vt not. in c. cũ omnes, de cõstit. facit l. omni innouatione. C. de sacros. Eccles. & in l. 1. C. de ser. reipub. ma. Patet enim quod omnia Concilia præterita vsque ad Pisanum, habuerunt auctoritatem à Papa, & nihil ratum esse testantur sine auctoritate Papæ gestum, ut patet in octo Concilijs primitius celebratis. 16. dist. item cum Adrianus Papa. & c. sextam sanctam Sinodum. vbi in omnibus nominantur aut nomine summorum Pontificum, aut legati Apostolici, sub quorum auctoritate fuerũt talia Concilia celebrata, quorum nomina etiam refert Io. And. in c. nemo, de elect. lib. 6. in Nouel. Patet etiam in singulis constitutionibus editis in Conciliis generalibus, in quarum qualibet intitulatur nomen Pontificis, cuius auctoritate talis constitutio edita proclamatur, ut 63. dist. in sinodo. & extra de consang. & affin. c. non debet. & in c. nonnulli, de regul. & in c. 2. de concess. præb. & in c. quia propter. de elect. & in c. quia nonnulli, de cleric. non resid. & in c. prohibemus, de decim. Et si dicantur constitutiones Concilij generalis, intelligi debet quòd de cõsensu & acceptatione Concilii editæ fuerunt ad differentiam Decretalium vel constitutionum editarum à solo Papa. Hæc est igitur tutissima pars pro certissima veritate tenenda, quicquid blasphemando susurrarent æmuli detractores, schismatici, basilisci, vel alij hæretici à veritate fidei resecati.

Si peccauerit in te frater t. dic Ecclesiæ.

Vniuersitas sine capite nihil agit.

Nomina summorum Pontificũ in decretis cõciliorum apponi debent.

Tertiò quæro de maioritate potestatis Papæ & Concilij, videlicet an Papa præsit, vel subsit, vel par sit Concilio generali. Videtur primò dicẽdum quod Concilio Papa subsit. 93. dist. legimus. vbi Hierony. scribens ad Eugenium presbiterum dicit, si auctoritas quæritur, orbis maior est vrbe: vbicunque fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Regij, siue Alexandriæ, siue Thebis, eiusdem meriti est, eiusdem est & sacerdotii

An Papa sit supra vel infra concilium.

Orbis maior est vrbe.

dotii

dotij, potentia diuitiarum & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit. Ad hanc partem etiam adducitur auctoritas Augusti. in epistola ad Eugenium & Heliseum & alios Donatistas. vbi tractans de hac materia dicit, Putemus illos Episcopos, qui Romæ iudicarũt non fuisse bonos iudices, restabat adhuc plenarium vniuersalis Ecclesiæ Conciliũ, ubi & cum ipsis iudicibus causa posset agitari, & si malè iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur. Ex quibus nedum par, sed etiam maior videtur auctoritas Cõcilij quàm Papæ. Præterea quod sit par auctoritas, videtur probari 20. dist. c. 1. vbi scribitur Decretales itaque epistolæ Canonibus Conciliorũ pari iure exæquantur. ad idem accedit c. innotuit, de elect. ibi, cum non habeat

Par in parem non habet Imperium. Imperium par in parem. ff de arb. l. nam & magistratus. ff. ad Trebel. l. ille, à quo. §. tempestiuum. 21. dist. inferior. & extra de maior. & obed. c. cum inferior.

In contrariũ arguitur ꝙ Papa sit supra Conciliũ, & nõ econtra. Primò per verba Christi dicentis Matthęi. 16. quodcunq; ligaueris &c. vt satis supra scriptum est, & Ioan. vlt. pasce oues meas. *Pro veritate.* quę verba eleganter inducit Bern. ad Eugenium li. 2. vltima med. *Quodcunque ligaueris.* declarans Petrum & successores, summos Pontifices esse & fuisse supra omnes etiam Apostolos insimul congregatos, & sic per cõsequens supra vniuersalem Ecclesiam insimul congregatam, cũ dicit, & forte pręsentes cæteri discipuli erant, &c. Et Angelus dixit mulieribus Mar. ult. Dicite discipulis eius, & Petro. qua *Dicite discipulis eius & Petro.* si denotans quod Petrus iam post mortem Christi non esset in numero discipulorum, sed potius caput eorum, quamuis ter Dominum abnegasset, cui & Dñs prædixerat, Ecce sathan expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum. Sed ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, Luc. 22. Et in nauiculam Simonis Petri ingressus dixit ei, duc in altum: cum cæteris dixerit, & laxate retia vestra in capturã. Cui *Ego pro te rogaui.* solus Petrus pro omnibus respondit dicens, præceptor per totam *Duc in altum.* noctem laborantes nihil cepimus: in uerbo autẽ tuo laxabo rete. Luc. 5. & cum hoc fecisset, concluserunt piscium multitudinem copiosam. quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens, Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens & multa iam supra allegata sunt.

Secun-

Secundo patet, quia Papa absque Concilio reuocat gesta in cō cilio. 9. q. 3. cuncta per mundum. Præterea à sententia Papæ dicitur non posse appellari, quia superiorem non habet. 9. q. 3. aliorū. 19. dist. sic oēs. 17. q. 4. si quis suadēte. vbi constitutiones Papæ appellantur diuinæ. ad quod 19. dist. ita Dominus. & c. in nouo, & c. quamuis. 21. dist. & 22. dist. oēs. & c sacrosanc. & 24. q. 1. quodcunque. & c. rogamus. & c. loquitur. ad quæ accedūt not. in c. ad honorem, de auct. & vsu pal. vbi dicitur quod in Papa est plenitudo potestatis, sed alii uocantur in partem sollicitudinis. & sic declarat Bern. ad Eugenium. faciunt not. in c. statutum. de rescrip lib. 6. & in c. ex parte, de capel. mon. & in c. nonnulli, extra de rescrip. Vbi Inn. III. in Concilio generali statuit, ne quis ultra duas dietas extra suam diæcesim per literas Apostolicas ad iudiciū trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratæ. Et tamen Bonif. VIII. in d. c. statutum, de rescrip. lib. 6. reducit ad vnam dietam.

Papa reuocat gesta concilij. *Papa non habet superioritatē.* *Constitutiones Papæ appellantur diuinæ.* *Papa habet plenitudinē.*

Tertiò hanc præeminentiam potestatis in Papa supra Conciliū tenet glos. in c. sicut sancti Euangelij, 15. dist. vbi beatus Gregorius fatetur se uenerari sancta quatuor Concilia. s. Nicenum, Cōstantinopolitanum, Ephesinum & Calcedonense, sicut sancta quatuor Euangelia, subdens se cuncta quæ venerantur amplecti, quia dum vniuersali sunt consensu constituta se, & non illa destruit, quisquis præsumit absoluere quos religant, aut ligare quos absoluunt. Ex quibus verbis schismatici festum agūt, quasi uictores capta præda, quando diuidunt spolia. Esa. 9. dicit glos. super verbo, præsumit absoluere. videtur ergo quod Papa non possit destruere statuta Concilii, qa orbis maior ē vrbe. 93. dist. legim⁹. Vnde Papa requirit consensum Concilij. 19. dist. Anastasius. arg. contra. 17. dist. huic sedi. & extra de elect. significasti. vbi dicit quod Concilium non potest Papæ legem imponere. & 35. q. 9. veniam. Sed intellige quod hic dicitur contra articulos fidei, totum est de glo. ex qua colligitur quod Papa semper sit super omnes, nisi deuiaret ab articulis fidei: nam tunc duntaxat Concilio subesse debet. 40. dist. si Papa. de quo tamen amplius & latius infra dicam. sic intelligit dictam glos. ibidem Archid.

Sancta quatuor concilia sicut Euangelia. *Ex verbis Gregorii festum faciūt schismatici.* *Concilium non potest Papæ legem imponere.*

Quartò etiam similis glos. est 24. q. 1. quodcunque. vbi dicitur, quod si Papa & Concilium diuersas constitutiones edant, præferatur constitutio Papæ tanquam maioris auctoritatis. vbi referuntur verba August. super Ioan. dicentis, quia cum excommuni-

Papa non potest contra articulos fidei.

cat Ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus: cum reconciliat Ecclesia, in cœlo soluitur reconciliatus. dicit glos. super verbo, cum reconcilat, argumentum quod sententia totius Ecclesiæ præferenda est sententiæ Romani Pontif. si in aliquo contradicat, arg. 93. dist. legimus. Sed contrariũ credo verũ, infra eo. hæc est. nisi erraret Romana Ecclesia, quod non credo posse fieri, quia Deus non permitteret, arg. infra eo. Romana Ecclesia, & c. pudẽda. hæc glos. circa quam pro eius fundamento dicit beatus Hierony. in d. c. hęc est fides. 24. q. 1. si autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit, se imperitũ aut maleuolum, vel etiam non catholicum, sed hæreticũ comprobabit. Et sequitur, sancta Romana Ecclesia quæ semper immacu lata permansit, Deo prouidente & beato Petro Apostolo opem ferente, in futuro manebit sine ulla hæreticorum insultatione, dicit glos. s. præualente, atque firma & immobilis omni tempore persistet.

Sententia Papæ præualet super omnes.

An Romana Ecclesia possit errare.

Quintò hoc ẽt tenet Io. And. in sua gl. ordinaria, in c. ne Romani, de elect. in Clem. vbi reprobatur expresse opinio dicentium cætum Cardinalium quicquam immutare posse de forma electionis Papæ etiã sede vacãte, sed debet suaui forma tradita per Greg. Papam X. in Concil. Lugd. quæ patet in c. ubi maius est periculũ, de elect. lib. 6. quia lex superioris per inferiorem tolli non potest, ut in iuribus superius allegatis, & in l. fi. C. de leg. Dicit glos. Io. And. in d. c. ne Romani, Et hoc maximè, cum iste inferior ab isto superiore recipit potestatem, ut in casu nostro cætus Cardinalium à Papa, per quod idem videtur de Concilio, supra eo. tit. significasti. 9. q. 3. cuncta per mundum. hæc glos. & subdit super verbo, tolli, licet iuuari possit per pœnæ adiectionem, ut not. idẽ Io. And. in c. fi. extra de offic. Archiep. & in verbo, non potest, dicit: hoc fatebatur Host. supra eo. c. licet, dicens quod Cardinales illi constitutioni renunciare expresse non poterant. Et in uerbo, non consonam, dicit, & breuiter respõd. ad quàmplures ex rationibus Hostiens. qui tamen excusabilis est, quia non uidit decret. vbi periculum. Ad id quod dicit, non esse uerisimile filium Dei voluisse, mortuo Papa gregem fidelium esse sine pastore, vel Ecclesiã sine sponso: respõderur quod sponsus & rector & pastor est Christus & caput Ecclesiæ, quæ est ipsius corpus. Primũ patet 76. dist. ieiunium. 2. in fi. Secundum patet 86. dist. c. 1. circa med. Tertium

Forma electionis Papæ per cætum Cardinaliũ nõ potest immutari.

Lex superioris per inferiorem tolli non potest.

Sponsus Ecclesiæ & rector, & pastor est Christus, & caput Ecclesiæ principale.

patet de sacra unct. c. unio. vers. sed vbi. & 3. q. 4. c. fi. licèt ergo deficiat Vicarius, non deficiet principalis Vicariatus, qui solum Petro & successoribus Apostolicis datus fuit. Et subdit, absurditas autē opinionis apparet, quia secundum eam non esset necessarium Papam eligi, ex quo cætus Cardinalium Christi Vicariam habet. Itē nec esset hoc expediens, quod cuique patet. & facit de concess. præben. diuersitatem, in princ. & in decisa. Bern. hæc Io. And. qui vt ex præcedentibus patet, sentit expressè quod etiam sede uacante Concilium non possit legem condere supra Papam, sed Papa tollere potest constitutiones Concilij etiam editas auctoritate Papæ vel eius legati.

Sextò hoc tenet etiam Archid. in d. c. sicut sancti Euangelij. & in c. 1. de constit. lib. 6. hoc etiam Bal. in l. humanum, C. de ll. & Innoc. in c. præalleg. ex parte, de capel. monach. qui plus ibi dicit, videlicet quòd non sit necesse in priuilegio vel alia derogatione Papæ facere specialem mentionem de Concilio, quamquam Archid. in d. c. 1. de constit. lib. 6. dicat, quod debet fieri mentio specialis. hoc etiam quod Innoc. tenet Io. And. in d. c. significasti, ad hæc accedit auctoritas Beati Thomæ. 2. 2. quæst. 4. artic. 1. qui dicit quod sicut in naturalibus superiora mouent inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitus: sic oportet in rebus humanis, quod superiores moueant inferiores per suam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus collatę. *Papa derogat constitutioni Cōcilij etiam non facta mentione de Concilio.*

Septimò quia munus potestatis clauium ita ad omnium Apostolorum officium voluit Dominus pertinere, vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. 19. dist. ita Dominus. verba sunt Leon. Papæ. *Papa dicitur caput Ecclesiæ.*

Octauò, quia beat⁹ Gregorius dixit 19. dist. nulli fas est, uel vel le vel posse trāsgredi Apostolicæ sedis præcepta. & infra, sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis. & infra, sitque alienus à diuinis & Pontificalibus officiis, qui præceptis noluerit obtemperare Apostolicis. vbi dicit glos. in verbo, prostratus. hic videtur quod omnis qui non obedit statutis Romanę Ecclesię, sit hæreticus. Sed intelligas, quod hic dicitur, quod qui dicit Romanam Ecclesiam nō esse caput, nec posse condere canonem, ille est hæreticus. 22. dist. c. 1. 25. q. 1. violatores canonum. 25. q. 2. siquis dogmata. ubi Nicolaus Papa anathe- *Nulli fas est transgredi ius Apostolicum.* *Non obediens statutis Romanæ Ecclesiæ hæreticus iudicatur.*

Anathema fit idest fiat. matizat cõtemnentes decreta sedis Apostolicæ. quamquam glo. in uer. anathema sit, dicat .i. fiat. allegat 25.q.1.c.generali. Ibi dicit glos. nam hęc verba, sit & fiat, respiciunt quãdoque futurum tempus, ut ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. deinde. Sed certè differẽtia notanda est inter sit, vel fit, & fiat, nam sit, respicit communiter præsens tempus. Et ideo tunc dicitur canon latæ sententiæ, de quo parum habetur in c. licet canon, de elect. lib. 6. in glos. nota quod. melius habetur 11.q.3. nemo. §. euidenter. & c. debent. & in c. cum ab Ecclesiarum, extra de offic. ordin. & in c. siquis clericus extra de uita & honest. cler. & ibi plenè notaui. dicit enim ibi Gl. siquis clericus comam relaxauerit, anathema sit. quod c. sumptũ fuit ex 23. dist. siquis ex clericis. vbi dicit glos. sic videtur quod omnis apostata sit excommunicatus, vt extra de apost. c. 1. & infamis est. 3.q 4. siquis à suo. 6.q.1. infames. quod non concedo. & expone sit, i. fiat. nam & monachus in apostasia potest recipere ordinem, ut extra de temp. ord. c. ex parte. & Innoc. dicit, admoneri debet priusquam suspendatur, extra de sent. excom. sacro. sic etiã intelligitur glos. in d. c. siquis clericus. Tu dic quod omnibus constitutionibus suum tempus est, ut dicit Seneca ad Lucil. epist. 121. aliter dicitur, distingue tempora, & concordabis scripturas. 2.q.1. si peccauerit. & ex tempore loco & persona iura cõueniunt. 29. dist. c. 1. 2. & 3. 35.q.3. quod scripsi. & 23.q.4. si autẽ Ecclesia. ibi, omnia suis conuenire temporibus. & Salomon dicit Eccl. 3. omnia tempus habent & suis spatiis transeunt vniuersa sub sole, & infra, cuncta fecit bona in tempore suo. nam tempore Manichæorum hæreticorum aliqua statuta fuerunt quæ modo vacant: quia cessante causa cessat effectus, ut siqui filij parentes maximè fideles deseruierint occasione Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis uenerentur, quod fideles sunt, anathema sint. Quare hoc statutum fuit cum Dominus dixerit Matt. 10. Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terra, non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare filium aduersus patrem suũ & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suã, & inimici hominis domestici eius. & Matth. 19. dixit, & Omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, & infra, vitam æternam possidebit. Respondeo, quia prędicti hæretici tam strictè hoc intelligere volebant, quod auertebant

An apostata sit excommunicatus.

*

Monachus apostata suscipiens ordines.

Distingue tempora & concordabis scripturas.

Ex tempore loco et persona iura cõueniunt.

Omnia tẽpus habent.

Cessante cã cessat effectus.

bant filios ab honore parentum, ut eorum sequerentur errores. detestabantur nanque coniugia generaliter, cum tamen Christ° approbasset primo suo miraculo de aqua in vinum conuersa, Io. 2. & Matth. 19. dixit, quod Deus coniunxit, homo non separet. Propter hanc hæresim etiam statutum fuit in eodem Concilio, scilicet Grangrensi, quod mulier quæ comam sibi amputauerit, anathema sit. Et mulier virum relinquens, anathema sit. Et profitens virginitatem abominando coniugia, anathema sit. Et mulier vtens veste virili, anathema sit. & qui die dominico ieiunauerit, anathema sit: qui communia ieiunia contemnit, anathema sit: & qui solennitates martirum & aliorum sanctorum, vel oblationes contemnit, anathema sit: Et qui contemnit Ecclesiæ conuentum, anathema sit: & qui consecrationes Ecclesiarum spernit anathema sit. Et siquis asserit coniugatos fideles non posse saluari, anathema sit: Et siquis damnat manducantes carnes cum sanguine & idolo imolatam, anathema sit. Et qui filios negligendos putauerit sub occasione continentiæ, anathema sit. Siquis detestatur utentes veste communi, scilicet secundum consuetudinem regionum, anathema sit. Prædictæ autem censuræ rationabiliter durauerunt tempore illarum hæresum, nunc tamen vacant cessante hęresi: nam ut dicit Innoc. III. extra de consang. & affin. non debet repræhensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, pręsertim cum urgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit. oportet igitur attendere subiectam materiam vel causam, & intentionem statuentis: nam licèt regulariter, anathema sit, non intelligatur ipso iure excommunicatus: attamen dicendo per verbum præsentis temporis, anathematizamus vel excommunicamus, vel excommunicatus sit, intelligitur excommunicatus ipso facto, ut in c. à nobis, el primo, extra de sent. excommuni. & in c. excommunicamus & anathematizamus, extra de hæretic. vbi duo sunt cap. sic incipientia. Anathema siquidem idem est quod separatio, quia à corpore Christi & sanguine & ab ingressu Ecclesiæ separat. 11. q. 3. ad mensam. §. euidenter. vers. iuxta etymologiam vocabuli. sumitur tamen pro ęternæ mortis damnatione. 11. q. 3. nemo Episcoporum. Et sic aliquando sumitur pro solenni excommunicatione, ut in d. c. cum ab Ecclesiarum. de qua solennitate habetur in d. c. nemo, & in c. debent, in c. siquis suadēte, de pœnis, in Clem. Aliquando ēt

Quare statum potest ut si ij relinquentes parentes, occasione diuini cultus essent anathema.

Christus approbat cōiugia multipliciter.

Varietas tēporum iura mutat.

De multis sub anathemate prohibitis.

sumitur

ſumitur pro ſuſpenſione. 1.q.1.reprobatur,& c.quicunque. Aliqñ ſumitur pro minori excommunicatione, ut in c.Eugeldrudam.3. q.4.de hoc vocabulo cõminatur Apoſt.ad Galat.1.c. bis repetẽs, anathema ſit. dicit etenim, ſed licet nos aut Angelus de cœlo euangelizaret uobis præterquam quod euãgelizauimus uobis,ſicut prædixi,anathema ſit.& nunc iterum dico, ſiquis uobis euãgelizauerit præter id qđ accepiſtis, anathema ſit. vbi gloſ.ſumitur pro excommunicatione. Et ſubdit,hoc verbum pro maledicto ponitur,& vulgo dicitur deuitatio. Vnde & anathematizauit illum locum & ciuitates eius, & vocatum eſt nomen loci illius anathema,quod in Græca lingua dicitur apothoy anathane.i.ſurſum ponere, ſcilicet in templo, &c. Et primo Corin. vlt. dicit Apoſtolus,ſiquis non amat, &c. dicit gloſ.anathema interpretatur condemnatus vel ſeparatus. 1.Corinth.vlt.dicẽs,ſiquis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,ſit anathema maranatha,quod Hieronymus dicit eſſe vocabulum Syrum,& interpretatur aduẽtus Domini. Vnde refertur in c.Guiliſarius, 23.q.4.ſed in Decreto,quo utor,incipit cap.Criſarius. vbi Silueſter Papa anathematizauit eos,qui eum miſerunt in exilium,& vnà cum illis Apoſtolica auctoritate ſtatuit nullum vnquam taliter decipiendum. ſubdens,& ſi aliquis deinceps nullum unquam Epiſcoporum taliter deceperit,anathema maranatha fieret in cõſpectu Dei & ſanctorum Angelorum.ubi gloſ.dicit.i.vſque ad aduentum Domini ſit excommunicatus, ſupple niſi pœniteat.ſic 27. q. 1. de uiduis. ibi,tãdiu vtręque habeantur à communione ſuſpenſæ quouſque quod illicite perpetrauerunt emendẽt,vel ſi emẽdare neglexerint à communione, vel omnium Chriſtianorum conuiuio perpetuo ſint ſequeſtratæ. loquitur de mulieribus ſolutis,quæ habitum religionis in proprijs domibus ſuſceperunt,ſolennizando uotũ, iuxta not.in c.inſinuãte, extra qui cler. vel vouent.quæ ſi poſtea matrimonio ſe coniungant,excommunicatæ ſunt, nec debent abſolui,niſi prius cum effectu ſeparentur abinuicem, vt in d.c.de viduis,& in c.eos qui,de cõſang.& affinit. in Clem.facit quod not. in c.ex literis,extra de conſtit.24.q.3.certum. 26.q.2.§.1. de conſec.diſt.2. ego Berẽgarius.extra de ſent.excõi. ſi quem. 17.q.4 ſiquis ſuadente diabolo & ſatis dixi in Tract.de excommunicat.

Anathematizamus ſecundũ ſubiectam materiam.

Anathema idẽ eſt quod ſeparatio.

Nono hoc idẽ probatur per venerabilem Bedam ſuper Apocalip. 2.c.relatum per Gratianum 9.q.3.§. item Beda, dicentem,

ſola

sola .n. Romana Ecclesia sua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea verò nulli iudicare permittitur. Vnde Nicol. Papa ibidē dicit, Patet profectò sedis Apostolicæ (cuius auctoritate maius non est iudicium) à nemine fore retractandum, nec cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. vbi glo. in verbo iudicare, dicit: Nam talis crimen sacrilegij incurrit. 17.q.4. qui autem. Sed melius allegasset §. committunt. ibi, aut qui de principali iudicio disputāt. Et infra subditur, de iudicio summi Pontificis alicui disputare non licet. ibi etiam subiungitur Decretum Nicolai Papæ dicētis in c. nemini de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiā retractare permissum est, videlicet propter Romanæ Ecclesiæ primatum Christi munere in beato Petro Apostolo diuinitus collatum.

Romana Ecclesia de omnibus iudicat & à nemine iudicatur.

Sacrilegium est de Romana Ecclesia iudicare vel de eius potestate disputare.

Decimò hoc idem patet per Decret. Innoc. in eodem c. patet, dicentis omnibus Episcopis per Thessaliam constitutis, nemo unquàm Apostolico culmini (de cuius iudicio non licet retractari) manus obuias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit nisi qui de se voluit iudicari. vbi glos. in verbo, intulit, dicit, qui manus intulit præposito, vel qui contumax est erga ducem, vel præsidem, capite punitur. ff. de re milit. l. omne, §. 1. & 2. nam irreuerens miles & contumelia parentis, morte punitur. 86. dist. nō satis, in fi. hæc glo. Sed melius allegasset §. cæterum. vbi referuntur verba Ambrosij de officiis, dicentis: Cæterum traditio Dei est, vt prius pascas parentes: nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames, quæ multo grauior est: Et idem ibidem, pasce fame morientem, si non paueris occidisti. Melius tamen seruit nostro proposito lex diuinitus promulgata per Moysen dicentem Deuteron. 17. c. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis Imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum ex Israel, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Quæ verba eleganter adduxit Innoc. III. scribens nobili viro Guillielmo de Montepessulano, in c. per venerabilem, §. responsionibus, extra qui fil. sint legit. vbi peroptimè dicta auctoritas declaratur, & supra adduxi in secunda parte secundæ partis principalis, vbi quæsiui super quos extendatur auctoritas Papę, argumento 16. ad fi. locus enim quē elegit Dominus, Apostolica sedes esse cognoscitur, dicit Innoc.

Rebelles principi capite puniūtur.

Contumelia parentū morte luitur.

Pasce fame morientem.

Nolens obedire sacerdotis Imperio moriatur.

vbi

vbi ſupra, declarans etiã Papam eſſe ſacerdotem conſtitutũ à Deo iudicem viuorum & mortuorum. vide ibi.

Qui priuilegium Romanæ Eccleſiæ uiolat hæreticus eſt cẽſendus.

Vndecimò probatur per auctoritatem Gelaſii Papę ſancti dicentis in d.c. patet, nec de iudicio Romanę Eccleſię canones unquàm pręceperunt iudicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius decreta ſequenda mandauerunt. Similis ſententia continetur in d.ca. quamuis. 21. di. & 22. diſt. c. 1. incipit, omnes. & ibi patet quòd qui priuilegiũ Romanæ Eccleſiæ ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditũ auferre conatur, hic proculdubio in hæreſim labitur & hęreticus eſt dicendus, fidem quippe violat, qui aduerſus illam agit, quæ eſt mater fidei, & illi cõtumax inuenitur, qui eam cunctis Eccleſiis prætuliſſe cognoſcitur, & allegatur Ambroſius.

Nemo iudicabit primam ſedẽ.

Duodecimo probatur per Innoc. Papam dicentem 9.q.3. nemo iudicabit, primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderans: nec enim ab Auguſto, nec ab omni clero, nec à Regib. nec à populo iudex iudicabitur. Simile ibidẽ dicit Symmachus Papa immediatè ſequens, aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminare, ac ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio voluit beati Petri Apoſtoli ſucceſſores cœlo tantum debere innocentiã & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam habere conſcientiam. nolite extimare eas animas inquiſitionis non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. dicit gloſ. ſuper verbo, formidinem, imò ſine venia puniri debet ſicut diabolus, qui maximus comparatione aliorum creatus eſt. de pœni. diſt. 2. principium. hoc eſt dicere quod cum ipſe Papa ſit maior omnibus, grauius punietur corã Deo, ſi peccat. Vnde Sapiẽt. 6. ſcribitur, Iudicium duriſſimum his, qui præſ. fiet. & infra, potentes autem potenter tormenta patientur. Et infra, fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. habet ergo Papa ſuum iudicẽ, apud quem nullum poteſt eſſe ſubterfugium, nec magna præualebit dignitas vel poteſtas. Vnde ſequitur in eod. c. aliorũ, non apud illũ habet reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo teſte, quo iudice.

Sine venia puniri debet, ſicut diabolus qui maximus creatus eſt, de Papa intelligitur.

Decimotertiò probatur per gloſ. in d.c. nemo, 9.q.3. ſuper verbo neque ab omni clero. vbi gloſ. dicit, argumentum quod Concilium non poteſt Papam iudicare, vt extra de elect. ſignificaſti. Vnde ſi totus mundus ſentiat in aliquo negocio contra Papam, videtur

detur quod sententiæ Papæ standum esset. 24. q. 1. hæc est fides. argumentum contra, quia oibis maior est vrbe. 93. dist. legimus. hęc glos. quæ tamen quamquam uideatur non firmare pedes, dum arguit pro, & contra, nec tamen soluit, dicendum est pro contrariorum solutione, quod etiam per alia iura patet, Concilium nõ posse Papam iudicare. 21. dist. nunc autẽ. vbi Marcellinus Episcopus vrbis Romæ, tempore Diocletiani & Maximiani Romanorũ Augustorum, adeo compulsus fertur à paganis vt templum eorũ ingessus grana thuris super prunas imponeret, cuius rei gratia, collecto vniuersorum Concilio Episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est: nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sæpissimè omnes dicerent, tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. & iterũ, Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam. Et rursum, quoniam ex te inquiunt, iustificaberis, aut ex ore tuo condẽnaberis. Iterum dicunt, prima sedes non iudicabitur à quoquã. ubi glos. dicit quod Marcellinus deposuit semetipsum, & veniẽs coram Diocletiano, confessus est se Christianum esse, & insignis est martir effectus. Et in fi. dicit, Itẽ obiicitur, quare isti Episcopi non deposuerunt ipsum Papam, cum esset confessus de hæresi. 40. dist. si Papa. dicit Hug. quod paratus erat corrigi: licet enim Papa sit hæreticus, vel alius: si tamen paratus est corrigi, nõ deponitur. 24. q. 3. dixit Apostol⁹. vel ideo non debebãt ipsum deponere, quia coactus fecit. hæc est cauda glos. ex qua expresse colligitur ꝙ præter casum hæresis, Papa nunquã subesse debet Concilio, vt in pdicto c. si Papa. de quo infra amplius protendere intẽdo fideliter & deuotè. hoc etiam not. Host. in c. proposuit, de concess. præb. dicens quod etiam procedendo secundum monitionẽ euangelicam, Ecclesia non potest iudicare Papam. Ad illud autẽ quod dixit Hierony. orbẽ maiorem urbe. Respondeo, hoc intelligendum quo ad dimensitatem, non autem quo ad Pontificalem auctoritatem: nã cum in tot suis Apostolis Hieron. Damaso Papę scripserit, se firmiter tenere, neminem extra suam obediẽtiam posse saluari, quomodo putandum est suæ frequentissimæ protestationis immemorem extitisse & contrarium intulisse? qui hoc credunt, meo iudicio, de Hieronymo male sentiũt, sed non ego. Ipse igitur hęresum extirpator se defendat, qui semper fuit posse tenus veritatis amicus, cultor atq; defensor, ut sum in proœmio huius

Hæreticus, corrigibilis non deponitur.

Orbis maior est urbe quo debet intelligi.

De presbiteris & diaconibus Cardinalib.

operis exorsus.scribens enim ad Eugenium presbiterum de præeminentia sacerdotij ad diaconum,retundens supercilia superbientis diaconi volentis se præferre presbiteris ex consuetudine vrbis Romę dicit,Orbis maior est vrbe.Et infra,Quid mihi pfers vni' vrbis consuetudinē: nam ex eo quod in Romana Curia diaconi Cardinales,ne contēni videātur,pponūtur omnib.Cardinalibus, talis consuetudo non est ad exēplum trahenda in consequentiam ad alias Ecclesias,sed magis sequenda est consuetudo generalis,vt dicit glo.in d.c.legimus.in verbo,maior.allegat 12.dist.nouit.40. dist.nos qui.& non loca.subdens ,& est hic argumentū quod statutum Concilij præiudicat statuto Papæ,si cōtradicat, vt dixi.9. q.3.nemo. Tu dic quod hoc debilissimum argumentum soluit alia glos.in eod.c. legimus.in verbo, vrbis consuetudinem.dicens scilicet dist.10.quis nesciat,contra. &c.nolite,contra.Sed ibi de ea consuetudine agitur,quam Romana seruat Ecclesia & alijs mandat seruandam. hic verò de ea,quam sola seruat, nec vult ab alijs seruari. Vnde & ibi dicitur quod Romanam Ecclesiam videat se qui & docere:nam Iulius Papa in prædicto c.nolite,dicit: Nolite, fratres mei errare,doctrinis variis & extraneis nolite abduci,& instituta Apostolorum & apostolicorum virorū,Canonesq; habeatis,& his fruimini,vt his freti contra cuncta inimicorum iacula persistere valeatis.Satis enim indignum est quemquam vel Pontificum,vel ordinum subsequētium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem & sequi viderit & docere multum conuenit, vt totum corpus Ecclesiæ in hac sibi obseruatione concordet,quę tamen auctoritatem habet,ubi Deus Ecclesiæ totius posuit primatum. vbi glos.in verbo docere, dicit:patet hic quod non semp consuetudinem Romanæ Ecclesiæ tenemur sequi,nisi ipsa præcipiat eam seruandam,vt infra eo. c. vlt.multa enim seruat Romana Ecclesia,quæ aliæ non seruant.31.dist.aliter.& de consecr.dist. 4.de trina.& dist.1.de Christianis.hęc glos.& in d.c.vlt.11.dist. dicit Innoc.Papa,Quis nesciat,aut non aduertat id,quod à Principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est,ac nunc vsque custoditur ab omnib. debere seruari, nec superduci, aut introduci aliquid,quod auctoritatem debeat aliunde accipere,vel exēplum,præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias,Hispanias & Africam atque Siciliam insulasque interiacentes,nullum instituisse Ecclesias,nisi eos quos venerabilis Pet.Apostolus,

An omnes teneātur seruare consuetudinem Romanæ eccles.

Quod Pet. statuit, omnes obseruēt

ſtolus, aut ſucceſſores eius cōſtituerunt ſacerdotes. legant aūt ſi in his prouincijs alius Apoſtolus inuenitur aut legitur docuiſſe. qđ ſi non legunt, quia nuſquam inueniunt, oportet eos ſequi quod Eccleſia Romana cuſtodit à qua principium eos accepiſſe non dubium eſt, ne dum peregrinis ſermonibus ſtudent, caput inſtitutionum videātur amittere. dicit enim hoc inſinuare intendens, quod in his prouinciis Petrus primus Chriſti Vicarius fidem catholicā docuit, & doceri mandauit. Vnde dicit gloſ. in verbo, Petrus Apoſtolus, quod Petrus Paulo contulit licentiam prædicandi auctoritate Domini dicentis, ſegregate mihi Paulum & Barnabam. 75. diſt. quod die Dominico. verba autem hæc habentur Act. 13. ſed non exprimitur ibi, quod Petrus dederit Paulo licentiam prædicandi, ſed bene eſt veriſimile quod tunc Petrus eſſet cum alijs Apoſtolis, quando ſpiritus ſanctus dixit, ſeparate mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod aſſumpſi eos: tunc ieiunantes, & orātes imponenteſque manus eis dimiſerūt illos, & ipſi quidem miſſi à ſpiritu ſancto abierunt Seleutiam, per prius autem Paulus fatetur ſe euangelizaſſe antequam videret Petrum, dicens ad Galat. 1. Cum autē placuit ei, qui me ſegregauit de vtero matris meæ & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gentibus, continuò non acquieui carni & ſanguini, nec veni Ieroſolimam ad anteceſſores meos Apoſtolos, ſed abij in Arabiam, & iterum inde reuerſus ſum Damaſcum: Denuo poſt annos tres veni Ieroſolimam videre Petrum, & māſi apud eum dieb. quindecim, &c. & Luc. ſcribit actu. 9. quod Saulus viſum recepit & baptizatus, cum ſumpſiſſet cibum confortatus eſt, & cōtinuo ingreſſus in ſinagogas prædicabat Ieſum. Ecce quod prius quam Petrum videret prædicauit: ſed nulli dubium eſſe debet, quod Paulus & reuerentiam & obedientiam Petro exhibebat. Vnde in eorum hiſtoria ſcribit diſertiſſimus Leo & Marcellus, quod cum Simon Magus per aera à demonib. ferretur, dixit Paulus ad Petrum, meum eſt orare, tuum eſt imperare. Petrus autem dixit ad Paulum, erige caput & vide. Cumque eleuaſſet caput, & vidiſſet Simonem volantem dixit Paulus ad Petrum. Petre, quid ceſſas? perfice quod cœpiſti: iam enim vocat nos Deus. tunc Petrus ait, adiuro vos Angeli Satanæ, qui eum in aera fertis per Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, vt ipſum amplius nō feratis, ſed corruere dimittatis, & cōtinuò dimiſſus corruit, & cō

Ab Eccleſia Romana principium ſumpſit omnis Epiſcopus.

An Petrus dederit Paulo licentiam prædicandi.

Paulus obediebat & exhibebat reuerentiam Petro.

Petrus verbo necat & ad umbram sanat infirmos. fractis ceruicibus expirauit. Ecce quanta fuit Petri potestas. simile legit Act. 5. de Anania & Zapphira vxore sua, qui iussu Petri ad pedes eius expirarunt, & ad umbram Petri sanabantur infirmi ibid. ergo &c. de hoc satis dixi supra in 2. parte 2. partis principalis, argumento 19. probans Papam potestatem habere super vniuersam Ecclesiam.

Papa est sponsus Ecclesiæ rector pastor et caput, & quilibet Episcopus sponsus Ecclesiæ suæ dicitur. Decimoquartò probatur per omnia iura dicentia Papam esse sponsum Ecclesiæ, rectorem, pastorem, vel caput. 7. q. 1. sicut vxor. 3. q. 6. dudum. de elect. c. statutum. & c. constitutio. & c. fundamenta. §. 1. lib. 6. extra de elect. significasti. 21. dist. quamuis. & c. in nouo testamento, extra de præscrip. cum non deceat. 50. dist. hi qui. & c. considerandum. 2. q. 7. Petrus. de hæret. c. ad nostrum. in clem. per Io. And. dicentem quod sicut in Ecclesia triumphante est vnum caput supremum, scilicet Christus: ita in Ecclesia militante vnum est supremum caput. s. Papa. 50. dist. fidelior. Dicit Ambrosius quod Petrus tanquam bonus pastor tuendum gregẽ accepit postquam fidem perdidisse defleuerat, quodque ipse Petrus pastor factus erat, vt cæteros fidei stabilitate fundaret. & *Meritis Apostolorũ Petri & Pauli Ecclesia Romana est mater omnium.* in c. beati. 2. q. 7. vbi dicitur quod meritis Apostolorum Petri & Pauli Ecclesia Romana principatum & caput obtinuit nationũ. & 12. dist. c. non decet. vbi dicitur, sicut filius venit facere voluntatem patris, sic & vos voluntatem implete vestræ matris, quæ est Ecclesia, cuius caput Romana existit Ecclesia. & ead. dist. præceptum, dicitur Romana Ecclesia caput cæterarum. quis igitur non miretur in aspectu venenosorũ oculorũ basiliscorum, qui ad omnes nostras veridicas allegationes toruo aspicientes intuitu vno *Contra basiliscos de mẽbris particularibus & vniuersalibus.* tantum putant collirio omnes eorum oculorum maculas abstergere, respondendo, continuò ad miserorum refugium gressu concito recurrentes, & asserentes quod Petrus à Christo potestatem accepit super singularia membra, non autem super vniuersalem Ecclesiam. Cupio dissolui & esse cũ Christo, vt ab eius ore sanctissimo percipere queam, si super membra vnita est capite vel diuisa. Si dicas super vnita, ergo super vniuersum corpus politicum, de *vnum corpus.* quo dicit Apostolus ad Ephe. 4. vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe uocationis vestræ. Si dicas, super diuisa, ergo super te, scismatice, qui te ab vnitate corporis rescidisti, ex *Scisma quid est.* quo dictus es scismaticus à scissura animorum, tenẽtium mediũ, in quo consistit virtus, vt in 2. Ethic. Ticon. n. Græcè, Latinè medium

diũ sonat, Ticos verò murus. Vnde scismaticus, quasi scissus anima ab vnitate fidelium. ad quod 24.q.1.scisma. & 24.q.3. inter hęresim & scisma. extremum equidem extra murum fidei firmitatis niteris defensare. sed destruet Deus inimicũ & defensorem. Si dicas tam super vnita, quàm super diuisa: super vnita vt seruet, super diuisa vt reintegret & errantes oues reuocet & reducat ad caulam ne pereant, mecum sentis. & hoc cum Psal. debes orare dicens, Erraui sicut ouis, quæ periit, quęre seruum tuum, quia mãdata tua non sum oblitus. hinc dictum puto à Dño, Simon Ioannis amas me? & infra, pasce oues meas. Io. vlt. ergo institutus est pastor bonus, qui animam suam posuit pro ouibus suis, vestigia sequens institutionis eiusdem. Cui etiam dixit Dñs post prædicta, sequere me: significans qua morte clarificaturus esset Deũ, Ioan. vlt. Hinc etiam pro errantium reductione dixit Ioan. 10. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Hinc dixit beatus Cyprianus. 7.q.1. Nouatianus. Cum sit à Christo vna Ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa. Item Episcopatus vnus multorum Episcoporum concordi numerositate diffusus, iste post Dei traditionem, post cõnexam & vbique coniunctam catholicæ Ecclesiæ vnitatem, humanam conatur Ecclesiã facere. Et per plurimas ciuitates nouos suos Apostolos mittit, vt quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat. Hæc refert Nicol. Papa ad detestationem Nouatiani, q̃ hæresim texuit, vt patet 24.q.3.c.fi.§. Nouatiani. volẽs inuadere & occupare cathedrã Cornelij, sicut nec Amedeus cathedrã Eugenij. Vnde subditur in p̃dicto c. Nouatianus. Cũq; iampridẽ p oẽs ꝓuincias & p vrbes singulas ordinati sint epi in ętate antiq in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti: ille super eos creare alios pseudo Episcopos audet, quasi possit aut totum orbẽ noui conatus obstinatione peragrare, aut Ecclesiastici ordinis compagem discordiæ suæ seminatione rescindere, nesciens scismaticos semper inter vitia feruere, incrementa verò habere non posse, nec augere quod illicitè cœperint, sed statim cum praua sua æmulatione deficere. Et infra, Qui ergo nec vnitatem spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo atque à sacerdotum collegio separat, Episcopi nec potestatem habere potest, nec honorem. de prædicto Nouatiano cla-

De ouibus & pastore.

Vnum ouile & vnus pastor.

Contra Nouatianũ hæreticum & contra Amedeum.

rius scribit glo. 24.qō.1. Cyprianus. in ver. didicimus enim omnino hæreticos & schismaticos nihil habere potestatis, ꝓpter qđ Nouatianus nec debet,nec potest excipi. dicit glo. nam cum Cornelius canonicè esset electus in Papā, Nouatianus per schismaticos volebat eligi, quem Cyprianus reprobans inter aduersarios & antichristos computat subdens, Ecclesia vna est, quæ vna & intus & foris esse non potest. Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non sit: si verò apud Cornelium sit,qui Fabiano Episcopo legitima ordinatione successit,& quem post sacerdotii honorem,martirio quoque Deus glorificauit, Nouatianus in Ecclesia non est,nec Episcopus computari potest, qui euangelica & apostolica traditione contempta nemini succedens à se ipso ortus est. Paria de Amedeo dici possunt,nā regnum nō capit duos. ex 11.Metaphis.Dic mihi, quæso, qui conaris ostendere Petrum non suscepisse auctoritatem super vniuersalem Ecclesiam, cuius uox illa fuit,quæ dixit,super hanc petram ędificabo Ecclesiā meam.Matth.16.de particularibus fortè membris hæc Christus expressit,an de vniuersali corpore mistico? Et Apostolus ad Ro. 12.de quo corpore loquitur dicens,sicut.n. in vno corpore multa membra habemus,omnia autem membra non eundem actum habent:ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra in Christo Iesu habentes donationes secundum gratiam,quæ data est nobis differentes, &c. Et 1. ad Corin. 12.de quo corpore loquitur cum dicit, sicut enim vnum corpus est,& membra habet multa,omnia autem corporis membra cum sint multa,vnum corpus sunt:ita & Christus,etenim in uno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus,siue Iudæi, siue Gētiles,siue serui,siue liberi, & omnes vno spiritu potati sumus, nam & corpus non est vnum membrum,sed multa.si dixerit pes, quoniam non sum manus,non sum de corpore,num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quia non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? si totum corpus oculus,vbi est auditus? si totum auditus, vbi odoratus? nec autem posuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore, sicut uoluit: quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? nec autem multa quidem membra, vnum autem corpus.non potest autem dicere oculus manui,opera tua non indigeo: aut iterū caput pedibus,non estis mihi necessarij: sed multo magis quę uidentur

Amedeus.

Multi vnū corpus sum⁹ quamquàm membra diuersa.

dentur

dentur mēbra corporis infirmiora esse, necessariora sunt; & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus, & quæ inhonesta sunt nostra abundantiorem honestatem habent. honesta autem nostra nullius egent, sed Deus temperauit corpus ei, cui deerat, abundantiorem tribuēdo honorē, ut non sit schisma in corpore, sed in id ipsum pro inuicem sollicita sint membra, & si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum & congaudent omnia membra. vos autē estis corpus Christi, & membra de membro, & quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationem sermonum, nūquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes Doctores? dicamus & nos hodie, nunquid omnes possunt simul esse Papæ? nunquid omnes sunt Cardinales? nunquid omnes Patriarchę? nunquid omnes Metropolitani? nunquid omnes Archiepiscopi? nunquid omnes Episcopi? nunquid omnes electores imperii? nunquid omnes Maguntini? nunquid omnes Colonienses? nunquid omnes Treuerenses? Æmulamini charismata meliora. nunqd sponsa congruè sup sponsum? nunquid grex sup pastorem? nunquid pedes & cætera membra super caput? absit hanc rem facere, vt inferamus crimen gloriæ vestrę. 1. Machab. 9. sit caput supra: at membra sint infra. Hinc dicit glo. ad Ro. 12. ecce humani corporis exemplo docet non posse nos singulos habere omnia, ac per hoc curā nostri inuicem nos agere debere, quia inuicem officiis nostris indigemus. & 1. ad Cor. 12. dicit glos. Aug. in ver. diuidens singulis prout vult, sicut qui De⁹ est qui solus nouit quæ conueniunt, & gratis dat nō ad meritum. vnde nec minori est dolendum de maiori dono alterius. i. nec maiori est superbiendū cōtra minorem. & in ver. ita & Christus. dicit Glos. Augustini, ita & omnes fideles sunt Christus, vt non dicam corpus Christi, quia ipse Christus sunt tam minores quā maiores. Caput enim & corpus dicitur Christus. ipse ineffabilem vnitatem seruat capitis & membrorum. & in sequenti glo. scribitur, ostendit quomodo corpus Christi vnum sit. i. quomodo omnes fideles vnum sint. quasi pro hoc vnum sumus. & infra, vnum corpus dicit gl. Augustini. i. simus vnanimes per illū vnū spiritum vt totū

Similitudo humani corporis ad misticum.

Diuidens singulis prout vult.

corpus

Omnes fideles sunt Christus. corpus hominis vna anima uegetatur. Ita enim spiritus sanctus facit omnia in membris corporis Christi, sicut vna anima videt in oculo, audit in aure & in cæteris omnibus omnia facit & etiã per hoc sumus vnum corpus & in verbo, nam & corpus, dicit glos. Ambrosi. ostendit per similitudinem humani corporis vnitatem coporis Christi.i. Ecclesiæ habere varietatem officiorum & diuersitatem hãc non tollere vnitatẽ sicut humani corporis vnitas, nec in singularitate consistit, sed in multis membris vt inuicem sibi præstent quod debent, vnde omnes fideles sunt vnum corpus. & infra in verbo, æmulamini, dicit exemplo humani corporis spiritua le corpus insinuauit. mirandũ est igitur & super mirandum de dicẽtibus quod ex quo Christus est caput Ecclesiæ, ponere Papam pro capite Ecclesię, monstrum esset. Hæc est enim Iudæorum perfidia, quia more carnalis paternitatis & filiationis diuinam paternitatem & filiationem capere nequeunt, cum certũ sit qđ paternitas in Deo nec est carnalis, nec filiatio, sed spiritualis, quia Deus spiritus est, Ioan. 4. Vnde iterũ ad Roma. 12. dicit glos. Augustini in verbo, & vnicuiq;. sicut Deus diuisit mensurã fidei .i. secundum fidẽ. & infra, Christo autem qui est Dei filius non ad mensuram datus est spiritus, quia in illo habitat omnis plenitudo diuinitatis: nec enim sine gratia spiritus sancti est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. qui enim vnigenitus filius est æ qualis patri, non est gratiæ, sed naturæ. quod autem in vnitatem personæ vnigeniti assumptus est homo, gratiæ est nõ naturæ. Cæteris autem omnibus ad mẽsuram datur, & datus additur, donec vnicuiq; pro modo suæ perfectionis propria mensura compleatur. sic ergo dicimus de Papa, qui vocatus est in plenitudinem potestatis, cęteri vero Episcopi in partem sollicitudinis. 2. q. 6. decreto nostro, & c. qui se scit. dicit enim beatus Io. Cris. super illis verbis Domini d. pasce oues meas, Io. vltimo. quoniam Petrum orbis terrarum intronizat magistrum. & infra, qa igitur magna ei prædixerat Dominus & orbem terrarum commiserat. & Theophil. dicit, ad orbis Pontificatum & cunctorũ fidelium prælaturam instituit. & Aug. dicit, sit amoris officium pascere Dominicum gregem. & Theophil. dicit, finito prandio commissionem ouium mundi Petro commendat, non alij. & de his satis dixi supra, parte prima, in quęstione, quando Petrus fuit institutus à Christo. Ex quibus omnibus supradictis patet, quod non

Quòd Iesus est Dei filius, nõ est gratia sed natura. & quòd filius Dei est filius virginis, non est natura sed gratia.

Petrus intronizatus fuit magister orbis terrarũ.

non solum urbis, sed orbis & totius mundi & omnium fideliũ: tam quo ad membra dispersa, quàm quo ad vnita & inuicem congregata Petrus à Christo suscepit plenitudinẽ potestatis, cum cæteri Episcopi à Petro & sic à Papa Petri successore quocunq; sollicitudinis partem capiant & impendant. Hinc & beatus Maximus in epistola, quã oriẽtalib. ordinauit inquit, vbiq; terrarũ catholici veram fidem confitentes in Ecclesiam Romanam tanquã in Solem respiciunt, & ex ipsa lumen catholicæ fidei recipiunt. & beatus Cirillus ait in lib. Thesaurorũ, itaq; fratres mei si Christum imitamur vt ipsius oues, vocem eius audiamus, manentes in Ecclesia Petri & non inflemur vento superbiæ, ne fortè serpẽs tortuosus propter nostram contemptionem nos eiiciat sicut Euã de Paradiso. Græci etiam in officio Apostolorum Petri & Pauli fatentur & cãtant Petrum Apostolorum Principem, & Paulum præ cæteris laborantem: & nos cantamus, Gloriosi Principes terræ. & in alia antiphona, Petrus Apostolus & Paulus Doctor gentium ipsi nos docuerunt legem tuam Domine. Nam Romanus Pontifex non solum Petri sed etiam Pauli successor est. Petri quidem in plenitudinem potestatis, Pauli verò in plenitudinem legalitatis. nam sicut Petrus ligandi atque soluendi à Christo potestatem habuit, ita Paulus scientiæ plenitudinem. Vnde dicebat. 1. ad Cor. 11. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur &c. & ad Gala. dicit, notum. n. vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est à me, quia nõ est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Et quãuis oẽs Apostoli claues ligãdi atq; soluẽdi a Dño susceperint, nullus tñ aliquo tempore potestatis plenitudinem vendicauit, nisi is cui Dñs soli. s. Petro concessit, vt supra est clarissime demonstratũ. Igitur sicut illæ Ecclesiæ in quibus Petrus fuit principaliter, vt Anthiochiæ, vel aliquem Vicarium suũ misit, vt Alexandriam, beatum Marcum ob reuerentiam & deuotionem beati Petri, speciale priuilegium & dignitatem nominis sunt peculiariter consequutæ, vt sint Patriarchatus nomen adeptæ, quasi archa patrum. i. Princeps siue principalis. Constatinopolis autem ciuitas patriarchatum primitus non habebat, sed Teodosius Imperator in secundo Concilio coegit centum quinquaginta patres inscio summo Romanorum Pontifice vt Constantinopolita-

Inflati verbo superbiæ

Papa successor est Petri & Pauli.

Patriarcatus.

Theodosius coegit 150. patres Constantinopolitanam sedẽ fieri patriarcalem.

nam ſedem ſibi patriarchatus dignitate ſublimarent: proceſſu vero temporis Græcorum malitia ſubcreſcēte,& potentia inualeſcēte, Patres qui conuenerant in quarto Cōcilio ſuaſu principis Martialis quædam priuilegia Romanæ ſedi ſimilia & hæc in œcumenicos patriarchales, quod ſonat orbicularis ſiue vniuerſalis patriarcha, eidem Conſtantinopolitano Epiſcopo iudulxerunt contradicentibus Apoſtolicæ ſedis legatis. fuit etiam differentia inter cōſtantinopolitanum & Alexandrinum, eo quod Alexandrinus in 1. 2. & 3. Concilio obtinuerat primum locum poſt Papam: ſed Conſtantinopolitanus præualuit & occupauit locum Alexandrini cui primitus datus fuerat ob reuerentiā beati Marci diſcipuli beati Petri Apoſtoli. ſed quia ſine auctoritate Papæ nihil ſe facere potuiſſe perceperunt, miſerunt illi patres ſuos oratores ad beatū Leonē Papam vt quæ inſtituerāt dignaret auctoritate Apoſtolica conſumare. annuit ſummus Pontifex in omnibus præter ſublimationem Cōſtantinopolitanæ ſedis. Vnde poſtmodū beatus Greg. dictus à Græcis Gregorius dialogus, uehementer repræhendit Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui ſe præſumpſit à Sinodo fraudulenter vniuerſalē Papam facere nominari. Quis, inquit, iſte eſt, qui contra euangelica inſtituta, contra canonum decreta nouum ſibi nomen vſurpare præſumit? Vtinam ſit vnus qui etiam appetit vniuer. circa hanc cauſam ſatis refertur. 22. diſt. per totū. & maximè in c. ſancta Romana Eccleſia. ver. prima ergo ſedes. & c. de Conſtantinopolitana, & c. renouantes. & in c. antiqua. extra de priuil. Ex ijs ergo ſtatutum fuit vt nec Romanus Pontifex vocaretur vniuerſalis. 99. di. vniuerſalis. & c. nullus. & c. ecce. vbi gloſ. dicit, cum tamen Romana Eccleſia non ſit vniuerſa, ſed ſit de vniuerſitate. & nihil allegat. intelligenda tamē eſt hæc gloſ. ſano intellectu, vt Romana Eccleſia caput vniuerſitatis fidelium cenſeatur, vt in iuribus ſuperius allegatis. & Dñs ad hūc ſenſum Petro dixit, tu vocaberis Cephas, quod Syrum vocabulum interpretatur Petrus, ſecundum verum Græcum vocabulum, Latinè interpretatur caput, ut innueret Petrū à Domino inſtitutum caput omnium Apoſtolorum, vt dicit Papias. nam licet proprie & principaliter caput totius Eccleſiæ triumphantis. & militantis ſpirituali intelligentia ſit Deus & homo Chriſtus Ieſus, attamen Eccleſiæ militantis repræſentatiuum & Vicarium caput in terris eſt Papa ſummus Pontifex & ſacerdos. Vnde ſecū dum

Quare ſtatutum dicitur, vt Romanus Pōtifex non dicatur vniuerſalis.

Cephas.

dum quod dicit Aug. sicut in singulis membris corporis est vnus sensus communis, sicut sensus tactus in capite non omnes sensus sunt, ita omnes gratiæ superabundanter sunt in capite nostro Christo Iesu, cuius vice & nomine in suo principali Vicario, sic est per cõsequens omnis potestatis Domini plenitudo. Qui Matt. vltimo dixit, data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Omnem ergo suam potestatẽ quo ad regimen totius Ecclesiæ Petro commisit principaliter & mandauit. Et sic in aliis singulis sanctis est aliquod gratuitum donum, quia diuisiones gratiarum sũt ut infra, diuidens singulis prout vult, vt dicit Apostolus. 1. ad Cor. 12. sic in singulis aliis Episcopis est aliqua non vniuersalis sed particularis & distincta potestas, iuxta distinctionẽ diæcesum & iurisdictionum. Vnde beatus Thomas in sua apostilla super Io. 1. c. in verbo Cephas, dicit iuxta textum, quod interpretatur Petrus & in Græco caput, & congruit misterio, vt ille qui debebat esse aliorum caput & Christi Vicarius, firmitatem haberet. Mat. 16. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. & subdit secũdum Chrisostomũ, quod nomina diuinitus imposita aliquando eminentiã gratiæ spiritualis designãt, aliquãdo à natiuitate & quantum ex processu temporis, vt in Io. Baptista Luc. 1. in Abraham Gen. 17. eodem modo & Petrus dictus est à Dño quantum ad eminentiam Apostolicæ gratiæ sublimatus. hinc & Augustinus dicit quod si à principio fuisset vocatus Cephas, non apparuisset misterium secundum immutationẽ nominis. misteriũ Ecclesiæ demonstratur, quæ in cõfessione fidei Petri diuinitus reuelatæ fundanda erat. quasi dicat, quòd super illã veritatẽ quam Petrus cognouit dicẽs, tu es Christ⁹ filius Dei viui, fundata sit Ecclesia Christi. hinc dixit apostolus primo ad Cor. 3. fundamentũ aliud nemo ponere potest præter id quod positũ est, quod ẽ Christus Iesus. Item Petrus dictus est à petra, de qua petra dicit Apost. 1. ad Cor. 10. bibebant autem omnes de spirituali consequẽti eos petra, petra autem erat Christus. vnde petra non à Petro sed Petr⁹ à petra deriuatur. de hoc satis dixi supra parte prima, q̃stione. 1. videlicet, Quando Petrus fuit à Dño institutus. Nec tamẽ obstat qđ dicunt nouelli scismatici, quod potestas data fuit à Christo omnibus Apostolis: quia licet omnibus data fuerit potestas clauium, tamen cum suo ordine, ut à Christo principaliter in Petrum & à Petro in cæteros condescendat, sicut vnguentum in capite scili-

Quomodo Christus & Papa caput Ecclesiæ nuncupantur.

Nomina diuinitus imposita eminẽtiam gratiæ significant.

Fundamentum fidei in Christo.

Petrus à petra dicitur

Quomodo intelligitur à Christo au ctoritas data omnibus Apostolis. cet Christo, quod descendit in barbā Aarō, scilicet summi Pontificis, quod descendit in oram vestimenti eius. s. in omnes alios Episcopos & ab Episcopis in alios sacerdotes. hinc etiam dixit Dominus Petro, confirma fratres tuos, Luc. 22. Hinc beatus Greg. ait 12. dist. Apostolicis præceptis non dura superbia resistatur, sed *Sicut vnguentum in capite &c.* per obedientiam quæ a sancta Romana Ecclesia & Apostolica auctoritate iussa sunt salutifere impleantur, si eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est caput uestrum, communionem habere *Apostolicis præceptis à nemine resistatur.* desideratis. Scribit enim omnibus Episcopis subdens, Non nouum aliquid præsenti iussione præcipimus, sed illa quæ olim videntur indulta firmamus, cum nulli dubium sit, quod non solū Pontificalis causatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedē Apostolicam, quasi ad caput omnium Ecclesiarum, debeat referri & inde normā sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omitti, cuius auctoritatis sanctionē omnes teneant sacerdotes, qui nolūt ab Apostolicæ petræ, supra quam Christus vniuersalem fundauit Ecclesiā, soliditate diuelli. Siquis hæc Apostolicæ sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur. Ecce quam clarissime patet veritas talis nostræ sententiæ.

Quintodecimò probatur adhuc. 24.q. prima, cum beatissimus. vbi beatus Leo Papa scribens Alexandrino dicit, cum beatissim' Petrus Apostolus à Domino acceperit principatum, & Romana *Marcus Alexandrinus Episcopus extitit.* Ecclesia in eius permaneat institutis, nefas est credere quod sanctus Episcopus discipulus ipsius Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernauit aliis regulis & traditionibus sua decreta firmauerit, cum sine dubio de eodem fonte gratiæ vnius spiritus & discipuli fuerint & magistri, nec aliud ordinatus tradere potuit quam quod ab ordinatore suscepit. ergo per cōsequens à Papa tanquam à Principe totius Ecclesiæ omnis præstatur auctoritas in omnem Ecclesiasticam regionē. Hinc & Marcellus Papa vniuersis Episcopis per Antiochiam constitutis scripsit. ea. cau. & q. Rogamus vos dilectissimi, vt nō aliud doceatis nec sentiatis quam quod à beato Petro Apostolo & reliquis Apostolis & patribus accepistis. ipse est enim caput totius Ecclesię, cui ait Domi- *Caput totius Ecclesiæ Petrus extitit.* nus, Tu es Petrus &c. cum enim dicat Petrum, caput totius Ecclesiæ: ergo vniuersalis Ecclesiæ, quia tota bene cū vniuersa conuertitur. idem nanque iuris est in vno cōnexorum, quod in reliquo.

1.q.3.

1.q.3. si quis obiecerit. 3.q.6. hoc quippe. Hinc dicit glo. de pœnit. dist.1. quantumlibet ergo mortui fœtor sit. in verbo mortui, tangit de Lazaro & sorore eius Martha. sequitur in textu, aboleretur omnis, scilicet fœtor, vbi sacrum redoluerat vnguentum. dicit glos. i. virtutes & bona opera, vel Christi miraculū vel gratia Illud, de quo dicit euangeliū ꝙ fracto alabastro. i. Christo Lanceato, & clauis perfixo repleuit totam domum. i. vniuersalem Ecclesiam, de quo nis vnguento dicitur, sicut vnguentū in capite, quod descendit in barbam, scilicet Petrum, barbam Aaron. dicit glos. barba in quam descendit, intellige prox. fuerunt Apostoli & ab eis descendit in barbam Aaron. i. Episcopos & alios prælatos. quasi velit exprimere quod supra dixi in proximo argumento, versus finem. & sic patet Papam esse caput vniuersalis Ecclesiæ, per prædicta.

Fracto alabastro i. Christo lanceato repleuit tot. domum id est vniuersalem Ecclesiam.

De renunciatione Papæ.

Decimosextò probatur per auctoritatē Bonifacij VIII. in c. 1. de renunc. lib. 6. ibi dum dicit, maximè cum se insufficientem agnoscit ad regēdam vniuersalem Ecclesiam & summi pontificat⁹ onera supportanda, renunciare valeat papatui. vbi dicit Io. An. in verbo, insufficientem. dicit glo. propter hæc etiam non posse deponi, quia propter solam hæresim deponitur. 40. distin. si Papa. & infra dicit, & no. quod licet omnis sufficiētia esse dicatur in Papa, ita quòd omnia iura in pectore habeat, de constit. c. 1. tamen interdum insufficiens esse potest & interdum eum fallit obliuio. 23. dist. præterea. Adde quòd ita fefellit Vrbanū. 30.q.4. quod autem. cuius error patet. de consec. dist. 4. non plures. subdit glo. Io. An. vbi supra, sic sedes ipsa aut sanctum inuenit, aut sanctum facit. quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? 40 dist. non vos. vbi glo. dicit, sacrilegii instar est disputare de facto Papæ. 17.q.4. qui autem. vel dic, quòd facta Papæ excusantur ut homicidium Sālonis & furta Hebræorum & adulterium Iacob, vt ex. de diuor. c. gaudemus. subdit Ioānes Andręas vbi supra, & tamē hæreticus posset, esse & propter hæresim deponi. 40. dist. si Papa. & posset ex multis insurgere insufficientia hæc, vt ex defectu literaturæ, ex senectute, ex infirmitate vel similibus. Intellige sanè quod ex his posset renunciare, nam supra in glo. super verbo maxime, dicit quòd etiam si esset sufficiēs renunciare potest. & subdit in verbo, regendam. ad quod ex officio tenetur vt supra in procem. huius libri. ibi enim dicit textus in principio, sacrosanctæ Romanæ Ecclesię, quæ imperscrutabilis diuinæ

Ad regendā vniuersalem Ecclesiā.

De sufficientia & insufficientia Papæ.

Sedes Apostolica aut sanctū inuenit aut facit.

pro-

prouidentiæ altitudo vniuersis dispositione incommutabili prætulit Ecclesiis & totius orbis præcipuum obtinere voluit magistratum.& in verbo nitebâtur, cum textus loquitur de illis curiosis,qui dicebant Papam non posse renunciare papatui,dicit Bonifacius,deducere minus prouidè nitebâtur.dicit gl.Io.And. & erat ipsorum ratio motiua,quia qui renũciat debet renũciare ĩ manib. superioris,aliàs matrimoniũ spirituale nõ dissoluit.supra de renũc. admonet. sed Papa superiorem non habet, ergo renunciare non potest. Item fungitur uice Dei,quas vices sic videtur habere ossibus connexas quod à se abdicare non possit.ad hoc de statu monachorũ.cũ ad monasteriũ.in fi.sed contrarium verum est vt hic vides, & probatur ex eo quia Marcellinus renunciauit papatui,cui substitutus fuit Marcellus.19.dist.nunc autem. Item Clemens renunciauit papatui cui successit Linus,& eo mortuo Cletus,& eo mortuo iterum Clemens successit, vt in Cronicis. & vide hoc 8.q.1.c.1.hinc, Disputat hic mundus &c.& hanc opinionem approbauit Io.3.q.1.nõ autem. Ad id quod dicitur quòd renunciatio fieri debet in manibus superioris, fateor id verum vbi est superior: sed hic propter impossibilitatem ius illud seruari nõ potest.facit optimè supra tit.prox.scilicet de elect. indemnitatib. §.pen.& supra eodem. licet de euitanda discordia. in fi. Item inferiores prælati à suis prælatis confirmantur & instituuntur, vnde non est mirum si sine ipsorum licentia renunciare nõ possint, sed Papa à nemine cõfirmatur: vnde sicut sine superiore instituitur,ita sine superiore renunciet. ad hoc supra de re iu. c. 1. ecce solemnis glos.ex qua retunduntur labia dolosa dicentia vniuersalem Ecclesiam ibi nominatã per illos curiosos, cum illa sint verba Bonifac.& non curiosorum,qui tunc de hoc non cogitabant, cum illa verba potius attenuent eorum argumenta quam roborent: nam illa verba testantur insufficientiam Papæ ad regimen vniuersalis Ecclesiæ.ergo peroptimè facit talis Papa insufficiens renunciare papatum, vt de sufficiente prouideri valeat Ecclesiæ indigenti sufficientia præsulis & rectoris. Retundit etiam glossa ista os mendax & prauum,asserens pertinaciter Papam subiici Cõcilio, cum glos. dicat Papam superiorem in terris non habere & vices Dei ossibus annexas à se abdicare non posse. Etiã talia erant curiosorum argumenta,quæ tamen licet quo ad renunciationem non concluderent, erant nihilominus in se vera suo sensu, vnde non

Marcellinus renunciauit papatui, & Clemens.

Renunciatio fieri debet in manibus superioris, fallit in Papa.

non erant falsa supposita & assumpta, sed erat falsa illatio, sicut si quis argueret, omnis homo est animal, Petrus est homo: ergo Petrus est asinus, cum asinus sit animal. est etenim fallacia in diuersificatione generis subalterni, quia ly animal, quod est genus generalissimũ, diuersificatur à rationali ad irrationale: nam ea quæ in medio sunt extremorum, subalterna vocãtur genera & species & vnumquodque ipsorũ species esse & genus possunt, ad aliud quidem & ad aliud sumpta. ea verò quæ sunt ante specialissimũ vsque ad generalissima ascendentia, & genera dicuntur & species & subalterna genera, vt dicit Aristoteles in princ. prædicamen. Friuola est igitur aduersariorum cauillatio, qua iugum Ecclesiæ Romanæ nituntur effugere indistinctè.

Fallacia in diuersificatione generis subalterni.

Decimoseptimo probatur ex verbis Nicol. Papæ scribẽtis Mediolanensibus. 22. dist. c. 1. ubi sic ait, omnes siue patriarchę in cuiuslibet apicem, siue Metropoleon primatus aut Archiepiscopatuum cathedras vel Ecclesiarum cuiuscunque ordinis dignitate instituit Romana Ecclesia, illã vero solus ipse fundauit & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui Beato Petro eternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis Imperii iura commisit. non ergo quælibet terrena sentẽtia, sed illud verbum, quo constructũ est cœlum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit Ecclesiam. illius certe priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Ex his igitur patet à Romana Ecclesia tamquam à principali fonte omnis Ecclesiasticæ dignitatis deriuare primordia, quia ipsa Romana Ecclesia mater fidei nũcupatur, vt in eod. c. subinfertur. Ex quibus etiam verbis retunduntur labia dicentium, non omnium sed aliquarum Ecclesiarũ Romanam Ecclesiam instituta condidisse, cum tamen contrariũ appareat in dic. c. omnes. nam qui omne dicit, nihil excludit, vt dixit Apost. ad Heb. 2. & in l. à procuratore. C. mand. nam sub vniuersali etiã particularia continentur, vt notatur. 1. q. 1. c. sunt non nulli. vniuersalis autem propositio componitur per signum vniuersale quod est oĩs. 75. distin. §. 1. in glo. 1. omni. & de elect. c. vt circa, lib. 6. Signum etiam vniuersale est hoc pronomen quicunque, quæcũque, quodcũque, vt plenè not. in clemẽ. 1. de iud. & in prooem. decretal. in glos. super verbo, in iudiciis. vbi dicit gl. quòd indefinita æquipollet vniuersali. 19. dist. si Romanorum. circa fin. & extra de priuileg. quia circa. & ff. de seruit. l. si cui. Cum itaque

Omnes Ecclesias dignitate Romana Ecclesia instituit.

Romana Ecclesia mater fidei nuncupatur.

Sub vniuersali etiã particularia continentur.

Indefinita æquipollet vniuersali.

quae Christus Petro dixerit, quodcũq; ligaueris, & quodcũq; solueris. ergo nihil exclusit. & cum dixit, pasce oues meas, Io. vlt. ergo ex indefinita propositione vniuersę oues comprahenduntur, & sic vniuersi fideles, siue sint inuicem congregati, siue dispersi. nam si solum de dispersis intelligi uoluisset, vtique sciuisset Christus exprimere. ergo &c.

Decimo octauò probatur per Greg. X. in generali Concil. Lugdun. dicentem in c. vbi periculum, de elect. lib. 6. in §. cæterum. vbi exhortando omnes Cardinales tam absentes quàm præsentes pariter & futuros, cum agitur de electione Papæ dicit, per viscera misericordiæ Dñi nostri, ac per aspersionem sui preciosi sanguinis obtestamur, vt pensantes attentius q̃d eis imminet, cum agitur de creatione Vicarii Christi Iesu successoris Petri, Rectoris vniuersalis Ecclesiæ gregis Dominici directoris, omni priuatæ affectionis inordinatione deposita, &c. Cum itaque talis constitutio facta fuerit in Concilio generali, vbi erant prælati vniuersalis Ecclesiæ, mirum est quòd si talis constitutio à veritate cessabat, tantorum & tot prelatorum pręsentia minimè contradixit. Et si violentia qualiscunque interuenerit, mirum est quòd non per ipsos nec per eorum successores abinde in posterum extitit reclamatum, vel ab aliquo refragatum. Vnde iam pro tanto tempore omnis est præscriptio consumata ab Ecclesia Romana cõtra quaslibet alias Ecclesias: nam contra Ecclesias quaslibet ab Ecclesia contra Ecclesiam completur quadraginta annorum præscriptio. 16. q. 3. quas actiones. & 16. q. 5 nec decẽnii. cõtra ipsam verò Ecclesiam Romanam 100. annorum præscriptio, non dico sæculariũ personarum, sed aliarum Ecclesiarum iure subsistit. 16. q. 3. nemo. & extra de præscrip. cum vobis. & c. vigilanti. dum tamen bona fides interuenerit possessoris, vt in ca. vlt. extra de pręscript. & de reg. iur. possessor. lib. 6 & C. de præscrip. 30. vel 40. ann. l. cum notissimi, & l. siquis emptoris. Cum itaque ab exordio surgentis Ecclesiæ primitiuæ hanc pręeminentiam & in Christo primitùs & in Petro Christi primo Vicario & in cęteris successoribus eorundẽ summis Pontificibus continuatum priscis & successiuis temporibus contemplemur, quid aliud, contrarium asserentibus, nomen imponere valebimus, nisi scisma? nisi tunicæ Christi inconsutilis lacerationem? diuisionẽ vnitatis? sanctę Matris Ecclesię desolationem? Iam videmus abominationem desolationis Amedeum

Papa dicitur rector vniuersalis Ecclesiæ

Omnis præscript. consumata est.

Amedeum abominationem desolationis.

deum Sabaudiésem non in loco sancto Romano throno, Domino prohibente, sed in loco prophano, excommunicato, & interdicto, basiliscorum spelunca, demonumque cauerna sedentem in phano Cosroe Persarum, olim perditissimi Regis; quem Christianissimus Eradius conculcauit victrice manu Domini exercituũ debellante perfidos infideles. Cosroe.

Decimononò probatur per glo. & Host. in c. proposuit, de cõcess. præben. vbi communiter gl. & Doct. tenent quòd quàmuis cõtra articulos fidei, sacramenta ecclesiæ & præcepta legis diuinæ Papa dispensare non possit, quia non potest dispensare contra fidem, & in his quæ peccatum fouent, & sic intelligunt contra vniuersalem statum Ecclesię. Potest tamen Papa indifferenter tollere quicquid per legem humanã fuerit institutum. Vnde Host. dicit ibi. quòd quantumcunque Papa requisitus esset & monitus per vniuersalem Ecclesiam, ad aliquid faciendum vel non, dummodo non sit hæreticus, non posset Ecclesia vniuersalis & Imperator cum omni populo quicquàm facere contra Papam, quantum libet peccatorem, nisi Deum orare, ut prouidere dignetur saluti communi pastoris & gregis. & hoc intendebat beatus Martyr Bonif. in c. si Papa, 40. dist. dicens, si Papa suæ & fraternæ salutis negligens depræhenditur inutilis & remissus in operibus suis & insuper à bono taciturnus, quod magis officit sibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit primò mancipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus. huius culpam istic redarguere nullus mortalium præsumit, quia cunctos ipse iudicaturus, & a nemine est iudicandus, nisi depræhendatur à fide deuius, pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertunt propensius pendere. vbi gl. quæ in præsentiarum basiliscos in turbine tenet veneno Sathanę toxicatos in verbo, deuius, cùm dicit tex. nisi deprændatur à fide deuius. dicit glo. quòd intelligit Hug. cum Papa non uult corrigi: si enim paratus esset corrigi, non posset accusari. 24. q. 1. aperte. & c. ait, & 4. q. 3. dixit Apost. Sed quare nõ potest accusari de alio crimine, ponamus quòd notorium sit crimen eius, vel per confessionem, vel per facti euidentiam, quare non accusatur, vel de crimine simoniæ vel adulterii, & cum admonetur, incorrigibilis est & scandalizetur Ecclesia per crimen eius? certè credo quòd si notorium

Qualiter intelligitur Papam non posse dispẽsare cõtra vniuersalẽ statum Eccles.

De Papa criminoso qs cognoscere possit.

Papa à fide deuius deprahensus.

torium eſt crimen eius quodcunque, & inde ſcandalizetur Eccleſia,& incorrigibilis ſit,quòd inde poſſit accuſari, nam contumacia dicitur hæreſis.81.diſt.ſi qui ſunt presbiteri.& contumax dicitur infidelis.38.diſt.nullus. hic tamen ſpecialiter fit mentio de hæreſi ideo quia etſi occulta eſſet hæreſis,de illa poſſet accuſari, ſed de alio occulto crimine non poſſet. Item nunquid poteſt denunciari crimen Papæ ſecundum reg.illam, ſi peccauerit in te frater tuus,cum nomine fratris quilibet Chriſtianus dicatur. 11. q. 3.ad menſam. Sed dico quòd non poteſt denunciari crimen de ipſo,niſi inde poſſet accuſari,nam inutilis eſſet denunciatio.Item nunquid poſſet Papa ſtatuere quòd non poſſet accuſari de hæreſi. Reſpon. non , quia ex hoc periclitaretur tota Eccleſia,quod non licet.infra,25.q.1.ſunt quidam. quia hoc fit etiam in eo caſu,in quo definit eſſe caput Eccleſiæ,& ita non tenet conſtitutio.

Periculoſa glo.à qua diligenter caue & contra ipſam tene. Sed pro quo peccato poteſt Imperator deponi?dico pro quolibet ſi incorrigibilis eſt: vnde deponitur ſi eſt minus utilis. vt 15 q. 6. alius. hæc illa glo. nimis periculoſa in eo quod dicit quòd Papa poteſt accuſari de notorio crimine,ſi incorrigibilis eſt,& ſcandalizetur Eccleſia, quodcunque ſit crimen. Et ſic limitat dictum ſuum tribus copulatis circunſtantiis. Sed cum reuerentia glo.

Contra glo. ſi ſuccidamus eius fundamentum , totum ruet ędificium fulminoſum.fundat enim dictum ſuum,quia contumacia dicitur hęreſis.81.diſtin.ſi qui ſunt presbiteri. quod ca. expreſſiſſimè probat

No. oppoſitum dicti ſui,nam ibi referuntur verba beati Gregorii dicentis,peccatum igitur paganitatis incurrit,quiſquis dum ſe Chriſtianum eſſe aſſerit,ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit. Ecce igitur quod per illum tex. patet contrarium dicti ſui,ſcilicet Ioan. Glo.non enim punitur ibi contumacia Papæ non obedientis inferioribus ſuis,ſed punitur contumacia inferiorum non obedientium Papæ,quod eſt expreſſe contra baſiliſcos. nam ſi par in parē non habet imperium, quanto minus minor in maiorem. In

Maiores iubent,minores obtemperant. maioribus ſiquidem eſt regendi & iubendi poteſtas, in minorib. obſequendi neceſſitas.11.diſt.quàmuis.§.in his omnibus.& c. inferior ſedes.vbi dicit Gratia.Sole clarius exhibuimus non poſſe quēquàm qui minoris auctoritatis eſt eū, qui maioris poteſtatis eſt,ſuis iudiciis adiicere,aut propriis diffinitionibus ſubiugare. Clariſſimè equidem ſupra oſtenſum eſt Eccleſiam Romanā omnes iudicare poſſe,& ipſam à nemine iudicari.9.q. 3. cuncta per

mun-

mundum. cum multis simílib. superius allegatis. ergo talis glo. non rectè sapit, cum in multis locis oppositum affirmauerit de directo. nullam etenim potestatem iudicij habere potest inferior in maiorem, ut in c. cum inferior, de maior. & obed. nec par in parem, ut in c. innotuit, extra de elect. cum similibus superius alleg. adde quod dixi de minore 24. q. 1. quoniam uetus. 30. dist. §. 1. dicit enim Hieron. in d. c. quoniam vetus oriens inter se populorũ furore collisus indiscissam Domini tunicam & desuper textam minutatim per frusta discerpit, & Christi vineam exterminant vulpes. & infra, Flagito fatiscat inuidia Romani culminis, recedat ambitio, cũ successore piscatoris, & discipulis Christi loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ. i. cathedræ Petri communione consocior supra illam petram fundatam Ecclesiam scio, quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est: siquis in arca Noe non fuerit peribit regnante diluuio. Et infra, quicunque tecum nõ colligit, spargit, hoc est q. Christi nõ est, Antichristi est. hæc Hierony. ad Papam Damasum intendens exprimere omnes sibi subijci & ipsum Papam nemini nisi Deo. quod etiam intendit prædictus sanctus Bonifac. in d. c. si Papa. & sic etiam d. glo. est expressè contra illum tex. ergo non tenenda. Præterea c. nullus 38. dist. nil contra Papam dicit, cum Papa Clemens sit ille, qui loquitur dicens, nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, uel nobilitatẽ generis à paruulis vel minimis eruditis, si quid fortè est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. qui enim rebellitus uiuit & discere atque agere bona recusat, magis diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis quàm fidelis esse monstratur. Cum enim Papa Clemens loquatur de Episcopis, patet quòd non de Papa, qui eximitur ab omni humana lege: habet ènim auctoritatem condendi canones, & canonibus per Concilium conditis auctoritatem præstandi potestatem habet, & non subiicitur eis. 25. q. 1. his ita respõdetur. Præterea illa glo. tenenda non est, cum sit sibi ipsi contraria dum dicit crimen Papæ denunciari non posse, quia inutilis esset denunciatio, quasi uelit inferre quòd in terris non habeat correctorem, ergo nec de notorio quocunque præter hæresim. Omnes enim tam Glossatores quàm alii Doctores sic intelligũt, tam Theologi rectè sentiẽtes, quàm Canonistæ, ut satis supra patuit. Aluarus etiam noster, scilicet frater Minor, qui fuit tempore

Par in parem.

Tunica inconsutilis.

Extra unã Ecclesiã non est salus. Qui Christi non est Antichristi est.

Papa potest condere canones sed non subijcitur eis.

pote Ioan.xxii. in lib.de hæresib. quem appellauit complantum Ecclesiæ,in rub.32.dicit,quòd error est dicere, quòd Papa possit iudicari etiam à Concilio generali extra casum hæresis,nam nec notorius adulter,vel quiuis incorrigibilis peccator dicitur hæreticus, vt in c.accusatus,§.sanè,de hæret.lib.6. nisi se suspectum faceret asserendo id non esse peccatum,sicut dicimus de vsurario asserente vsuram non esse peccatum,vt in clem.ex graui, de vsur. ad fi.Et est ratio differentiæ de hæresi ad alia crimina maius periculum,quia qui non credit,iā iudicatus est.Io.3.& ubi maius periculum,ibi cautius est agendum,vt in c.vbi periculum, de elec. lib.6.& dubius in fide, infidelis est,vt in c.1.extra, de hæret.sine fide autem impossibile est placere Deo.ad Heb.11. nam deuius à fide nec Deum timet,nec homines reueretur. Fidelis autem quātumlibet criminosus facilius conuertetur quàm infidelis, quia iā habet notitiam sui criminis.& vt dicit Bernar. initium salutis est cognitio sui ipsius, nam Deus non amouet malos pastores bonā doctrinam habentes,Matt.23. super cathedram Moysi sederunt Scribę & Pharisæi,omnia quæcunque dixerint vobis seruate,& facite.ad quod 1.q.1.significasti,&c.non quales.& quàmquam Petrus Christum ter abnegauerit, Matth.26.Mar.14.& Luc.23.nō tamen fuit depositus à Papatu,sed prius dictum fuit sibi à Domino Luc.22.& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et super Petri cathedram Ecclesiam fundatam Cyprianus testatur. 93,dist.qui cathedram.subdens,Qui cathedram Petri super quā Ecclesia fundata est,deserit,in Ecclesia se esse nō cōfidat.& Apost. dicit ad Rom.13.omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.dicit glo.vt etiam voluntate seruiat homo potestatibus sæcularibus bonis uel malis,scilicet regib. principibus, tribunis, centurionibus & aliis huiusmodi.si enim bonus fuerit, qui tibi præest,nutritor tuus est,si malus fuerit,tentator tuus est, & nutrimenta libenter accipe & in tentatione probatur,esto ergo aurū, & attende mundum istum quasi fornacem aurificis.Et infra, dicit glo.in verbo,apostoli d.non est potestas nisi a Deo data:alicui homini bono uel malo.Vnde Pilato Dominus ait, Io.19.non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi esset datum desuper.Hinc Petrus etiam dixit 1. Pet.2. subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. Et infra, serui subditi estote in omni timore Dominis,non tantum bonis & modestis,sed etiam disco-

Incorrigibilis peccator nō tamē hæreticus dicitur.

Maius periculum est ī hæresi quā in aliis criminibus.

Super cathedrā Moysi,&c.

Petrus Christum ter abnegans non fuit à Papatu depositus.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit bonis vel malis.

Datum desuper.

Subiecti omni humanæ creaturæ.

discolis: hęc est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitiam patiens iniustè. Hinc etiam Aug. lib. 4. noui & ver. testam. refert de Dauid quòd reuerebatur Saulem regē, quàmuis à Domino reprobatum. 1. Reg. 16. vsque ad fin. libri, eo quod Deus honorem tribuit Regibus principibus & episcopis, quia non est potestas nisi à Deo. Vnde Cayphas princeps sacerdotum & Pontifex de Christo morituro pro populo prophetauit, vt non tota gens periret. Io. 11. nam prima salus est rectæ fidei, regulam costodire. 25. q. 1. prima salus. non est ergo condecēs ut fideles regat, qui infidelis effectus est. Vnde Deut. 17. dixit Moyses ad populum, Nō poteris alterius gētis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. dicit glo. s. fide & religione. & 2. Ioan. 2. c. dicit Beatus Io. si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, noli te recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. qui enim dicit ei Aue, communicat operibus illius malignis. quæ verba venerabilis Beda intelligit de vitandis hæreticis & scismaticis. Et Gratian. refert 24. q. 1. omnis qui recedit. faciunt not. ead. ca. & quæst. c. 1. & 2. & 5. & §. quod autem. nam qui in se ipso fidem nō custodit, multominus in aliis conseruabit. ergo Papa hæreticus seipsum priuat & iudicat indignum curæ Dominici gregis, cum se lupum fecerit contra gregem Domini Iesu Christi. Constat namque hæreticos & scismaticos omni iurisdictione priuandos, & ipso iure excommunicatos esse, vt in c. excommunicamus. 1. & 2. extra de hæret. & in c. ad abolendam, eo. tit. accedunt not. 24 q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. & c. vbi sana fides. & c. qui contra pacem, & c. scisma. etiam si sit Papa, vt in d. c. si Papa. cū fides sit prima connexio qua quis connectitur corpori Christi primusque lapis angularis ædificii spiritualis. Inde dixit Dominus Matth. 16. super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. & 1. Pet. 2. dicit Petrus, si tamen gustastis quoniam suauis est Dominus, ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatū, & ipsi tanquàm lapides viui superædificamini in domos spirituales sacerdotium sanctum. Et infra, qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis offensionis & petra scandali. & Dominus Iesus dixit Matth. 21. de seipso loquens, Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. quomodo enim condecens esset, vt proditor sui Domini

Caiphas prophetauit. *Rex infidelis effectus, non debet regere fideles.* *Prima salus ex fide.* *Nec aue ei dixeritis.* *Papa hæreticus se ipsum priuat.* *Vbi sana fides non est, non potest esse iusta.* *Petra Christus.* *Lapis viuus Christus.* *Lapis offensionis & petra scādali.*

mini

mini, tãquàm Iudas, Christi Vicarius remaneret? certè minimè.

Papa haereticus corrigibilis depo ni non potest nisi per seipsum.

Sed circa prædicta quæro, præsupposito quòd Papa esset hæreticus uel occultus, uel manifestus, esset tamen corrigibilis, & uellet se emendare, an posset tunc deponi per Concilium vniuersale, vel œcumenicum? Et certè dico quòd non, nisi se submitteret Cócilio, & sic ipsemet se deponeret, sicut fecit Marcellinus. 21. dist. nunc autem. & sic debet intelligi d. c. si Papa. nam Papa bene potest, etiam in foro exteriori, alicui concedere in eum potestatem eradicatiuam papalis iurisdictionis, sicut potest renunciare, quãquàm non possit euelli caracter, vt in c. 1. de renunc. lib. 6. vbi hoc satis prosequitur Io. And. in glo. quæ incipit, & erat ratio eorum. vbi dicit, Disputat hic mũdus. Nec obstat quòd dicit beatus Thomas in 4. sent. dist. 19. in quæstione, an minor possit excommunicare maiorem. vbi dicit quòd excommunicatio requirit potestatem iurisdictionis in foro iudicii hominis ad hominem. Iurisdictio uerò constituit superiorem. & ideo quia nullus est superior seipso, nec maiori, nec æquali, nullus potest se ipsum, vel superiorem, vel æqualem excommunicare, vel absoluere. In foro uerò confessionis sacramentalis potest inferior, etiam quò ad mortalia absoluere superiorem, quamuis etiam nec ex commissione possit hoc in foro causarum, quia forum pœnitentiæ huiusmodi hominis ad Deum est, in quo foro peccatum constituit hominem inferiorem: sed forum causarũ est hominis ad hominem, in quo peccatum non deiicit hominem à sua superioritate. Hæc Thomas in substantia. cuius verba cum effectu & fine defectu ac sanè intellecta, iuxta not. in c. intelligentia, & in c. propterea, extra de verb. sign. bene sonant ad suum propositum. nam durante iurisdictione & dignitate superioritatis, uerissimum est dictum Thomæ, sed eradicata iurisdictione per renunciationem & sic dissoluto spirituali matrimonio, vt in c. admonet, extra de renunc. vel per depositionem ubi potest cadere depositio, iuxta not. in c. clerici, extra de clerico excomm. minist. 2. q. 6. ideo. 81. dist. ca. 1. 15. q. 8. in summa. vbi Archid. plene not. pro quib. criminibus clericus deponi possit & debeat. vel per degradationem, vbi cadit degradatio, vt in c. degradatio. de pœn. lib. 6. tunc iam non est superior sed inferior. Et Marcellinus, Clemens & Cælestinus, qui postquam renunciauerunt, superiores non fuerunt: nec enim posset Papa iurisdictionem papatus scindere in duas partes, vt paré

Intellige cautè verba beati Tho.

Eradicata iurisdictione &c.

Pro quib. criminib. clericus deponi possit.

Post renunciationẽ Papa non est superior sed inferior.

Iurisdictio Papæ scindi non potest.

in

in papatu haberet, quia tunc esset ponere duo humana capita in vno corpore, quod monstrum esset & hæreticum luciferinum. Ponam, inquit lucifer, solium meum in lateribus Aquilonis, & ero similis Altissimo. Esai. 14. ab Aquilone pãdetur oẽ malũ sup oẽs habitatores terræ, dixit Dñs Ierem. 1. De monstro not. extra de offi c. ordin. c. quoniam in plerisque, ff. de statu hom. l. nõ sunt liberi. C. de posthum. hæred. instit. l. quod tractatum, in fi. & ff. de verbo. sig. l. quæret aliquis. quia vnus debet esse Imperator, & singuli Episcopi per singulas diœceses. 7. q. 1. ĩ apibus. vnde sic etiã res monstruosa dicitur corpus sine capite, ut not. 79. dist. nullus. & hæreticum est ponere duo principia. extra de summa Trini. & fi. cat. c. 1. & 7. q. 1. Marchion. vnum est enim increatum principiũ æternale, à quo vniuersa sumpsere principium creaturæ, ut in c. 1. de summa Trin. lib. 6. super verbo, æternaliter, in glos. Io. And. & in c. 1. de summa Trin. in Clem. in glos. super ver. principium. sic ergo vnum oportet esse caput humanum in vno corpore totius Ecclesiæ militantis, vt supra dictum est. Et licèt principale caput inuisibile sit Christus, vt in c. vergentis. extra de hæret. Papa tamẽ est caput visibile repræsentãs Christum, vt supra patuit: nã si Episcopus dicitur caput in sua diæcesi omnium ordinum, vt 22. dist. c. 1. 50. dist. quia sanctitas. & extra de præscrip. cum non deceat. multo magis dici debet caput totius Ecclesiæ militantis Christi Vicarius Petrique successor, vt in c. inter corporalia, & in c quanto, extra de translat. prælat. cum multis similibus, superius allegatis. Ipse igitur Papa ad honestatem vitæ & ad purgationem morum bene potest sibi eligere confessorem & sic intelligi debet c. nos si incompetenter, 2. q. 7. & c. mandasti. 2. q. 5. & c. auditum. & c. cum ex iniuncto, §. rursus. extra de hæret. ibi dum dicit, aliud est quod prælatus sponte de sua confisus innocentia subditorum se accusationi supponat. in quo casu pręmissum Domini verbum debet intelligi. s. quis ex vobis arguet me de peccato, Io. 8. & in prædicto c. cum ex iniuncto.

Ponere duo capita est hæreticum luciferinum.

De monstro.

Corpus sine capite mõstrum est.

Ponere duo principia est hæreticum.

Caput humanum visibile totius Ecclesiæ est Papa.

Confessor Papæ.

De innocentia confisus se submittit.

Vigesimò probatur per beatum Thomam in 4. sent. dist. 14. sed secundũ distinctiones Magistri cadit sub 19. dist. c. 3. vbi magister tractat de potestate clauium, allegans Hierony. dicentem super verbis Domini Petro dictis Matth. 16. Tibi dabo claues regcæ. habent, inquit, eandem iudiciariam potestatem alij Apostoli, habet & omnis Ecclesia in Episcopis & presbiteris. Sed ideo eã

pote-

potestatē Petrus spiritualiter accepit vt omnes intelligant quod quicunque ab vnitate fidei & societate Ecclesiæ se separauerit, nec peccatis solui, nec cœlū potest ingredi. Ex his igitur dicit beatus Thomas quod ad vsum clauium duplex potestas requiritur. scilicet ordinis. Et hæc est æqualiter in omnibus sacerdotibus & respectu omnium. & iurisdictionis, & hæc non est æqualiter in omnibus nec respectu omnium. In hoc enim vt sit ordo in rebus oportet esse aliquē supremum, in quo resideat potestas omnium sicut Papam & sub illo prælatos medios, & sub illis vltimos. Cū ergo quilibet sacerdos quamuis habeat potestatem ordinis plenariam, habet tamen potestatem iurisdictionis limitatam. Et ideo non potest potestate sua vti in quemlibet hominem, sed in eum tantum, in quem habet potestatem iurisd. ordinariam vel delegatā: nam in omnibus est ordo necessarius, vt in 1. Ethic. & Apost. dicit 1. ad Corinth. 14. in fi. omnia honestè & secundū ordinē fiāt in uobis: ordo autem est parium dispariumque rerum sua cuiq; loco tribuens dispositio, vt dicit August. 19. dist. ciuitas Dei. ergo ad conseruationem vnitatis requiritur vniuersalis potestas distribuēs per membra singularia commune bonum totius corporis, quod etiam firmat beatus Thom. in 4. contra Gentiles. c. 76. dicēs quod sicut est vna Ecclesia ita vnum oportet esse populum Christianum & vnum caput totius populi, vt tota Ecclesia sit vnum ouile & vnus pastor. Io. 10. cuius pastoris sententiæ omnes acquiescant. manifestum est autem quod Christus in necessarijs non defuit Ecclesiæ quam dilexit, & propter quam sanguinem suum fudit, cum & de sinagoga dicatur, Quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Esai. 5. Nec dubium esse debet quod regnum Ecclesiæ Christus optimè disposuerit, & iustissimè ordinauerit, per quem reges regnant & principes imperant, & legum conditores iusta decernunt. prouerb. 8. non est enim potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinationem habent. itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi scilicet damnationem acquirunt. optimum autem totius vniuersitatis regimen est quod per vnum regatur, vt dicit Philosop. 11. Metaphis. nam finis regiminis est pax quæ in vnitate concluditur, vt dicit Apostolus ad Ephes. 4. solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ: nam

Ad vsum clauium requiritur duplex potestas

Ordo in omnibus est necessarius.

Christus in necessarijs Ecclesiæ nūquàm defuit.

Per Christum reges regnant.

Qui Dei ordinationi resistit, damnationem acquirit.

sicut

sicut in Ecclesia triumphante vnus Deus præest vniuersaliter, Apocalip. 21. & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cũ eis erit eorum Deus: ita & in Ecclesia militante vnus esse debet Dei Vicarius qui præsit vniuersis. Vnde Oseæ primo, in fi. & congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter & ponent sibimet caput vnum. Nam quia Christus præsentiam corporalem erat Ecclesiæ subtracturus, oportuit vt alicui vniuersalis Ecclesiæ suæ curam committeret, qui visibiliter & præsentialiter vniuersis & singulis præesset in regimine vniuerso. hoc idem concludit idem sanctus Thomas in Tract. contra errores Græcorum. ca. 66. vbi titulus est, quod Romanus Pontifex est primus & maximus inter oẽs Episcopos. Et in eod. Tract. c. 71. ostendit Papam esse super omnes alios Patriarchas per auctoritatem Cyrilli. & Io. Chrisost. & in eodem Tract. c. 67. dicit quod Papa obtinet vniuersalem potestatẽ in tota Ecclesia Christi, quod etiam probat per Io. Chrisost. super Matth. 2. & Io. Omel. 85. & super act. Apostolorum. Et in eodem Trac. c. 66. probat idem Thom. hæreticum esse dicere, Papam nõ obtinere primatum totius vniuersalis Ecclesiæ. Et ad illud quod dicitur 99. dist. nullus. vbi Pelagius Papa omnibus Episcopis dicit, nullus Patriarcharum vniuersalitatis vocabulo vnquam vtatur. Respondet beatus Thomas, hoc ideo quia nõ præficitur cuilibet particulari Ecclesiæ vt proprius & specialis illius Ecclesię rector: sic enim cessarent omnium aliorum Pontificum potestates. Ex his igitur verbis non tollitur quin auctoritas Papæ plenaria sit super vniuersos prælatos & subditos, vt vult idem Thom. in Tract. contra impugnantes religionem. Patet nanque Pelagiũ id scripsisse honoris causa, non potestatis, cum in eod. c. dicat, sed absit hoc à fidelibus hoc sibi velle quempiam accipere, vnde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacunque parte videatur. Multi nanque Episcopi honoris causa scribentes primatibus, vniuersales vocabãt, sentientes, vt (reor) de vniuersis membris sibi commissis. Ex hoc ergo facta fuit prohibitio in Concilio Africano, quòd primæ sedis scilicet Patriarchalis Episcopus non appelletur summus. Ad exemplum igitur aliorum etiam Romanus Pontifex de se ipso prohibuit sic appellari, tam Pelagius quã Glos. humilitatis gratia. Hinc dicit idem Pelag. vbi supra, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum. Et Gregorius in c. ecce 99. dist. dicit Alexandrino Patriarchæ, Ecce in

Vnus Deus præest.

Ponent sibi caput vnum.

Papa obtinet vniuersalem potestatem.

Quare dicitur quòd nullus vniuersalitatis vocabulo vnquàm utatur.

præfatione epistolæ,quā ad meipsum qui prohibui, direxistis superbæ appellationis verbum,vniuersalem me Papam dicens, imprimere curastis: quod,peto,mihi dulcissima sanctitas vestra vltra non faciat, quia vobis subtrahitur, quod alteri plusquam ratio exigit, præbetur. Ego verò non quæro uerbis prosperari, sed moribus,nec honorem esse deputo,meus enim est honor vniuersalis Ecclesiæ,meus est honor fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem me Papam sanctitas vestra dicit,negat se hoc esse qđ me fatetur vniuersum. Sed absit hoc, recedant verba quæ veritatem inflant,& charitatē vulnerant. Ecce quomodo clarissime patet quòd humilitatis gratia talia verba Gregorius proferebat,seruans illud Eccl. 3. Quanto maior es,humilia te in omnibus & coram Deo inuenias gratiam, quoniam magna potentia Dei solius & ab humilibus honoratus. Et Dominus Iesus dixit Matth. 11. Discite à me,quia mitis sum & humilis corde.& Luc. 14 omnis qui se exaltat, humiliabitur. & qui se humiliat,exaltabitur. Similia & eadem uerba dixit Luc. 18. de Pharisæo & Publicano. Et ĩ tract. de Rege & regno ad Regem Cypri. in ca. 15. idem Thomas de regno Ecclesiæ dicit, Huius regni ministerium non terrenis Regibus sed sacerdotibus est commissum,& præcipuè summo sacerdoti Christi Vicario Romano Pōtifici, cui omnes Christianos Reges oportet esse subiectos,sicut ipsi Domino Iesu Christo. Hinc Petrus dixit. 1. Pet. 2. Vos autem genus electum,regale sacerdotium. Valerius Maximus dixit, omnia post religionē ponenda semper nostra ciuitas duxit. Hinc ēt dicitur,summa ratio ē quæ ꝓ religione facit, ff. de relig. & sump. fun. l. sunt pſonæ. Spiritualia siquidē præstātiora sunt terrenis. ad quæ spiritualia & æterna sacerdotes promouent Reges & Principes & omnes populos: summus vero sacerdos & Pontifex promouet etiam & præficit omnes alios sacerdotes vt dicit Isid. 7. Etimol. c. 12. & habetur 21. dist. Pontifex, vsque ibi, ipse quid vnusquisque facere debeat ostēdit. & idem beatus Thomas in 2. sen. dist. vlt. quærens an magis sit obediendum maiori potestati quàm minori. Concludit magis esse obediendum Papæ quàm cuique inferiori potestati, quia potestas Papæ sic se habet ad omnem potestatem in Ecclesia militante, sicut se habet potestas Dei ad omnem creatam potestatem, quia ab ipso Papa gradus di

Quod non appelletur summus Pōtifex humilitatis gratia fuit.

Quanto maior es, humilia te in omnibus.

Omnes reges subijciūtur summo Pontifici sicut Christo.

Summa ratio est, quæ pro religione facit.

Magis obediendum est Papæ quàm alteri cuicūque apud Deum.

uersi dignitatum in Ecclesia disponuntur & ordinantur, & indu cit de influentia causę primariæ & secundariæ. & in 4. sent. dist. 19. q. 1. art. 3. idē Thomas probat quòd solus Papa uti potest in quē libet potestate clauium. Cæteri verò Episcopi qui ab ipso Papa potestatem accipiunt distinctam non in quemlibet sed in eos tan tum, qui in sortem venerunt suæ diæc. & de Papa dicit Cyrillus quod omnes iure diuino caput inclinant & tanquā ipsi Domino Iesu Christo omnes obediūt. & idem Thomas in Tract. contra im pugnantes religionem allegans Dionis. in S. C. Ecclesiasticæ Hierar. dicit quòd sicut in Christo omnem videmus consumatā hierarchiā, sic in uno summo quoque sacerdote Romano Ponti fice. & in eodem Tractatu dicit quòd confessus Episcopo vel ali cui auctoritate Papæ, dicitur confessus proprio sacerdoti, de quo plenè dixi in c. omnis vtriusque sexus, in verbo, proprio sacerdoti, extra de pœnit. & remis. & in eodem Tract. dicit quòd Papa ha bet immediatam iurisdictionem in omnes Christianos tanquàm principalior, quia Romana Ecclesia nullis sinodicis constitutio nibus cæteris prælata est Ecclesiis & euangelica voce Domini Saluatoris. 21. dist. quàmuis, & in 4 sen. dist. 19. q. 12. dicit idem Thom. quod solus Papa dare potest plenarias indulgentias tan quàm dispensator thesauri totius Ecclesiæ, quia solus habet ple nitudinem potestatis. Cæteri vero sollicitudinis partem. 2. q. 6. decreto nostro. & c. qui se scit. Vnde alii Episcopi nō possunt con cedere maiorem indulgentiam quàm eis sit ab ipso Papa indul tum. vnde Innoc. III. in Concilio generali Later. statuit & decre uit ut cum dedicatur basilica non extendatur indulgentia ultra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus Episcopis dedicetur, ac deinde in anniuersario dedicationis tēpore quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat. & infra, hunc quoque dierum numerum indulgentiarum literis præcipimus moderari, dicit in c. cum ex eo. ad fi. extra de pœnit. & remis. hoc etiam firmatur in c. nostro, eodem tit. & in c. indulgentię, eod. tit. lib. 6 Papa vero potest concedere indulgentias sicut uult plena rias vel terminatas, legitima causa interueniente & claue non er rante, quia actus actiuorum non operantur nisi in materia patiē te disposita, ut in 3. de anima. De clauibus Ecclesiæ satis habetur 20. dist. §. 1. 43. dist. sit rector. 50. dist. ut cōstitueretur, 2. q. 7. §. idē cum Dauid. 24. q. 1. §. si autem. uers. unde cum omnibus. extra de

Omnis hie rarchia in Papa, perfici tur super ter ram.

*

Solus Pa pa dat indul gentias ple narias.

De clauib. Ecclesiæ.

Actus acti uorum ope rātur in ma teria patien te disposita.

sum.Trin.c.1.super uerbo, claues. per Ioannem And. in c.fin.de excess.prælat.& in c.1.in prin.de sepult.in clem.& idem Thom.in 2.sent.dist.fin.in fine,dicit quod Papa diuina auctoritate habet vtrumque gladium,s. spiritualem & tēporalem potestatem in his, quæ ad salutem pertinent animarum. Sed in his quæ pertinent ad salutem corporum,datur potestas & gladius Imperatori, iuxta verbum Domini dicētis,Matt.22.reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt Dei Deo.accedunt notata in c.significasti. extra de elect.& in ca.solitæ,de maiori.& obe.& 21.dist. in nouo testamento,in prima glo.& in c.considerandum,50.dist.& in ca. translato,de const.super 2.glo.in fine.& de consec.dist.4. propric. & 19.dist.si Romanorum.quia omnia Petro subiecit Dominus. ergo nihil exclusit,nec Imperatorem nec Patriarchas,vt dicit Apost.ad Heb.2.& C.mā.l.l.à procuratore.& C.fine cen.uel rel. fun.cōpar.omnis.31.q.1.quod si dormierit.ff.de public.l.de pretio.& Io.And.in c.quod super his.extra de voto.in uerbo,fine distinctione. vbi dicit legem & mādatum semper debere intelligi indistinctè, nisi ex rationali causa sit fienda distinctio.ad quod ff. de leg.3.l.non aliter.extra de officio deleg.c.ex parte. de testi.quæ situm.& in c.1.in prin.de transl.præla.& in c.qualiter & quando. 2.de accus.& 21.dist.inferior,cum sim.nam ab illo, qui Rex Regum est & Dominus dominantium, Romana Ecclesia in Petri persona hanc summam potestatem accepit super omnes,ut tanquam omnium fidelium vniuersis præsit vbique Christicolis tāquā membris huius corporis Saluatoris. Hinc etiam idem Tho. in 4.sen.dist.25.de dispensatione ieiunij dicit,quòd Papa tanquā caput Ecclesiæ posset cum aliquo dispensare,vt non teneretur ad ieiunium,sed non alius inferior Papa secundum Ber.de dispensatione & præcep.& idem Thom.in 3.parte.q.8.art.6.dicit quòd influxus intrinsecus in corpus Ecclesiæ est a solo Christo capite Ecclesiæ,sed influxus extrinsecus quantū ad exteriorem gubernationem,est ampliatus,& sic ēt prælati dicuntur capita, iuxta illud Amos.6.optimates ī capita populorū.Christus aūt est caput principale à quo omnis gratia in omnia membra Ecclesiæ diffunditur. Papa autē est caput temporale, scilicet pro tempore sui pontificatus, in quantum vicē gerit Christi in tota Ecclesia militante sicut singuli Episcopi in singulis suis diœcesib. iuxta illud Apost. ad Cor.5.pro Christo ergo legatione fungimur.& 2.ad Cor.2.dicit

Papa habet vtrunque gladiū.

Quæ sunt Cæsaris Cæsari dentur.

Qui omne dicit, nihil excludit.

De dispensatione ieiunij.

Papa est caput temporale.

cit, Si quid donaui, propter vos in persona Christi. Et sic patet quod Christus est caput indeficiens & perpetuum: sed Papa est caput substitutum, secundum statum viatoris vniuersaliter, Episcopi vero singulariter & per influxum à Papa, iuxta not. 79. dist. ordinationes. & in d.c. ita Dominus. 19. dist. Caput enim à capiendo dicitur, eo quod omnes sensus corporis capiant influxum à capite, vt dicit Isid. 10. Ethimol. Cum itaque Papa sit ministeriale caput repræsentans ipsum caput misteriale. s. Christum, patet quod omnes fideles vniuersaliter subiiciuntur huic capiti, & sic vniuersalis Ecclesia. ergo & ipsum generale & œcumenicum Concilium vniuersalem Ecclesiam repræsentans, per argumentū à minori. Plus est enim repræsentatum quam repræsentans, ergo plus est vniuersitas Ecclesiæ quàm Concilium ipsam vniuersalem Ecclesiam repræsentans: nunquam etenim nisi semel in valle Iosaphat, vniuersi de Ecclesia simul conuenient vno loco, iuxta illud Ioel. 3. congregabo omnes gentes & deducam eos in vallem Iosaphat & disceptabo cum eis ibi. Tunc igitur clare cognoscent singulorum vultus fidelium & infidelium, catholicorum & hæreticorum, vnitorum & scismaticorum. Certū est enim quod ex particularibus conficitur vniuersitas. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine. l. sicut municipij. §. fi. nam vniuersitas aliter consistere non potest ordo maioritatis seruetur. 89. distin. c. fi. vbi dicit glo. in verbo potiores, nisi hoc erit vsque in diem iudicij tātum. scilicet quod minores reuerētiam exhiberent potioribus, & potiores minoribus dilectionem impenderent & vera concordia fieret & ex diuersitate contextio dicit textus. Glos. tamen intendit exprimere præminentiam Angelorum & hominum atque dæmonū vsque ad diē iudicij duraturā, iuxta illud Apostoli. 1. ad Cor. 15. dicentis, Deinde finis cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnē principatum & potestatem & virtutem, de quo tangit Magister sententia. in. 2. dist. 6. & in 4. di. 47. c. vlt. ego satis de hoc dixi in Tractatu de Inferno in §. de crudelitate dęmonum contra iniustos. Cum igitur durante mundi cursu Papa catholicus vniuersis Christi fidelibus præesse debeat vice Christi, omnes Christi fideles sub eius regimine esse debent, tanquam oues sub cura pastoris etiam œcumenico Concilio insimul cōgregato per verbum Christi dicentis Petro, pasce oues meas. Io. vlt. ad quod 18. dist. denique. & c. in memoriam. & in c. dānamus. circa fi. extra de sum. Trin.

Caput à capiendo dicitur.

Caput ministeriale Christus ministeriale Papa.

Repræsentatum plus est quàm repræsentans.

Congregabo omnes gētes in valle Iosaphat.

Ex particularibus conficitur vniuersitas.

Præminentia creaturarum usque ad diem iudicii.

Omnes Christi fid. les uice Christi sub Papæ regimine esse debent.

Trin. 12. q. 2. qui abstulerit. & in c. per venerabilem. extra qui fil. sint leg. de cõsec. dist. 4. aliud. & in c. 1. de scisma. lib. 6. & in epistola, inter claras. C. de sum. Trin. & fide cat. oues igitur quæ suo pastori commissæ sunt, cum nec repræhẽdere nisi à fide exorbitauerit, nec ullatenus accusare possunt, quia facta pastorũ, oris gladio ferienda non sunt, quamquam repræhendenda rectè videatur, dixit Eusebius Papa. 2. q. 7. oues. Quis enim nescit Petri Apostolatus principatũ cuilibet Episcopatui præferendũ, vt dixit Aug. lib. 2. de vnico bap. & 2. q. 7. puto. ad idem accedit, ead. cau. & q. c. beati Petrus & Paulus, cum sequentibus, vsque ad capitulum nos si incompetẽter, inclusiue. vbi Leo Papa IIII. offert se purgaturum humilitatis causa missis, vel tunc mittendis nuncijs Ludouici Augusti, non tamen ex dispositione iuris, vel ex debito iustitiæ, sed de sua confisus innocẽtia, sicut Christus se Iudæis obtulit respõsurum cũ dixit, quis ex vobis arguet me de peccato? Io. 8. & 2. q. 7. quis ex vobis. sicut ergo dicitur de Imperatore quod solus potest condere leges generales & non populus Romanus, quia Imperator est caput imperij. ff. ad leg. Rod. de iac. l. deprecatio. & vniuersitas sine capite nihil agit. Instit. de iure nat. §. lex. & arg. C. de decur. l. 2. lib. 10. & C. de leg. humanum. & ff. de reb. eorum l. 1. sic & de Papa tanto magis, cum & Imperatore & Regibus & alijs quibuscunque maior sit Papa Christi Vicarius, qui dixit Iudæis Io. 10. pater meus quod dedit mihi, maius omnib. est Hinc & beatus Thomas in 4. sent. dist. 19. dicit quod Papa habet plenitudinẽ Pontificalis dignitatis, quasi Rex in Regno, sed Episcopi assumuntur à Papa in partem sollicitudinis quasi iudices in ciuitatibus, propter quod solos Episcopos Papa vocat fratres, cũ reliquos omnes etiam Reges & Cardinales nõ Episcopos, vocat dilectos filios, vt in c. quam graui, extra de crim. fal. ibi dum Innoc. III. scribens Antinacensi Episcopo dicit, Cum scire debeas Apostolicam sedem consuetudinem in suis literis hãc tenere, vt Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos fratres: cæteros autem Reges & Principes vel alios cuiuscũque ordinis filios in nostris literis appellemus. Cardinales autem quando permixtim loquitur, uocat fratres, vt in c. fundamenta, §. decet. de elect. lib. 6. de officio leg. c. 1. lib. 6. sed si contingat fieri specialem mentionem de Episcopis Cardinalibus & de aliis, tunc Episcopos Cardinales vocat fratres, & reliquos Cardinales non Episcopos, uocat filios.

Oues pastorem non arguant.

Leo Papa quartus humilitatis gratia se submittit sicut Christus dixit, quis ex uo. ar me de pec.

Imperator est caput imperij.

Quod Deus dedit Papæ, maius omnibus est.

Soli Episcopi fratres Papa dicuntur.

Cardinales quandoque fratres, quandoque dilecti filij nuncupãtur.

extra

extra de test. c. licet dilectus filius noster L. tituli sanctæ Crucis presbiter Cardinalis. de hoc scripsi in c. fraternitati. extra de cleric. non resid. ex hoc dicit beatus Thomas quod solus Papa potest plenarias indulgentias concedere, quia plenariam habet auctoritatem, ut supra: nam sicut Deus est supra Concilium, ita & Papa loco Dei, cui omnes humanę creaturæ subesse tenentur de necessitate salutis, cum extra vnicam catholicam Ecclesiam non sit salus 19. dist. ita Dominus. ibi, à Petri soliditate discedere. & ibi, quisquis eius potestatem tentat infringere. & in d. c. fundamenta, & in extrauagan. Bonifac. vnam sanctã. & in c. 1. de sum. trin. ibi, extra quam nullus omnino saluatur, & 24. q. 1. loquitur, vsque ad finem q. quod etiam firmat beatus Thomas in Tractatu de erroribus Græcorum. c. 72. dicens esse de necessitate salutis subesse Romano Pontifici, per auctoritatem Cirilli in lib. Thesaur. & in Tractatu cõtra impugnãtes relig. dicit, hæreticum esse asserere, non esse obediendum statutis papalibus. 22. dist. idem dicit cõtra Gentiles, li. 4. c. 76. & in 4. sen. dist. 24. & secunda secundæ. q. 39. arr. 1. allegans Apostolum ad Colos. 2. dicentem, nemo uos seducat ĩ humilitate sensus & religione Angelorũ, quæ nõ ui dit frustra ambulans inflatus sensu carnis suæ & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augumentum Dei. nam consistorium Dei & Papæ idem censetur, vt in c. Romana. de appel. lib. 6. 24. q. 1. quodcunque. & notat Io. And. in c. quanto. extra de translat. prælat. inde dicitur quod Papa omnia potest claue nõ errante. & sic excepto peccato, de pœnit. distin. 2. charitas. ad hoc. 1. q. 1. non quales. 1. q. 7. quotiens. extra de iureiur. nimis. Dei namque Vicarius principalis est Papa, ergo supra Concilium. idem tenet Thomas in 4. sent. distin. 24. q. vlt. & in dicto Tractatu contra errores Græcorum, ca. 66. succedit namque Papa loco Petri in eadem perfectione potestatis & Vicariatus dignitate, qua & ipse beatus Petrus à Christo fuit in vniuersali Ecclesia sublimatus. Vnde de Christo principaliter dixit Isai. 9. c. super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia a modo & vsque in sempiternum. ergo & Papa Christi Vicarius canonicè electus in persona Christi, pro mundi duratione in potestatis plenitudinem permanebit, sicut Christus dixit Matt. vlt. (data est mihi omnis potestas in cœ

Extra unicam Ecclesiã nõ est salus.

Hæreticum est asserere statutis Papalib. non esse obedien.

Caput ex quo totũ corpus p nexus & coniunctiones, &c.

Papa omnia potest claue non errãte.

Data est mihi omnis potestas.

vobiscum sum vsq; ad cõsummationem sæculi. ſo & in terra.& infra, & ego ſemper v.ſ.o.d.vſque ad conſumma tionem ſæculi , vbi dicit glo. non autem cum illis ſolum ſe futurum eſſe, ſed cum omnibus qui poſt illos credunt: non enim vſque ad conſummationem ſæculi Apoſtoli manſuri erant,ſed ſi cut uno corpori fidelib.loquitur.Et Rabanus dicit,ex hoc autem intelligitur quòd vſq; ad finem ſæculi non ſunt defuturi in mũdo,qui diuina manſione & habitatione ſint digni. Et Hieronym' dicit,Qui ergo uſq; ad conſummationẽ ſæculi cum diſcipulis ſe eſſe promittit & illos oſtendit ſemper eſſe victuros,& ſe nunquã à credentibus receſſurum. ſic ergo Papa catholicè & canonicè in*Papa loco Petri ſuccedit.* trans & viuens,loco Petri ſuccedit. 22.diſt.c.ſacroſancta.63. diſt. ego Ludouicus.de tranſl.prælat.c.1.de re iud.c.paſtoralis. §.nos tamen.in clem.43.diſt.ca.1. de homic.c.pro humani.lib.6. cum ſim.& Thomas hoc tenet in ſum. contra gentiles lib. 4.c.76.& cõtra error.Græc.c.16. & Cyrillus Alexandrinus in lib. Theſau. & Chriſoſt.& Aug. ſuper pſalm.& glo. ſuper illud Luc. 12. cum dixit Dominus Petro, quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens *Super familiam ſuã. ideſt ſuper Eccleſiam.* quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam . dicit glo.i.ſuper Eccleſiam.& Amb.lib.2.de Trin.dicit quòd talis ſeruus fuit Petrus ſuper Eccleſiam,& ſic quilibet legitimus Petri ſucceſſor. Hinc etiam de Petro cantamus dictum à Domino,ſuper plebem *Super plebem meam principem te conſtitui.* meam Principem te conſtitui.ad quod Ierem. 1. ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna,vt euellas & deſtruas & diſperdas & diſſipes & ædifices & plantes.quod fuit noſtrum thema in hoc Tractatu. nũquid ergo gloriabitur ſecuris contra eum qui ſe *Securis cõtra ſecantẽ.* cat in ea,vt exaltabitur ſerra cõtra eũ à quo trahitur. quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe,& exaltetur baculus qui vtique lignum eſt, Iſa. 10. Caueãti ſic ergo alii Eccleſiæ prçlati,ne eorum ſubditi inſurgant ſuper eos tanquàm pedes ſupra caput *Pedes ſupra caput.* & ſuccedat eis quod dixit Apoſtolus ad Rom.1. in quo enim iudicas alterum,te ipſum condemnas.etſi Petrus relictus eſt iudicio Chriſti tanquam peculiaris Chriſti ſeruus: tu quis es qui iu*Qui iudicas alienum ſeruum.* dicas alienum ſeruum? vt dixit Apoſtolus ad Rom.14 etſi omnes Chriſticolæ Petro ſunt ſubmiſſi per Chriſtũ,qua fonte præſu*Sola Romana ſedes de omnibus iudicat & de ipſa nullus.* mis non dico in Petrum,ſed nec Petri ſubditos in eo quòd omnes ſibi ſubiacere debent iudicium inferre fruſtratorium & inane? cum vt ſupra iam patuit ſola Romana Sedes auctoritate Chriſti de omnibus iudicet, ad quod contra eam nulli permiſſum eſt iu dicare.

dicare. 9. q. 3. sola enim. & c. patet, & c. nemo. & c. cuncta per mũdum. & 17. q. 4. nemini. & c. qui autem. & secunda, q. 6. siquis uestrum. & c. omnes epi. & c. ad Romanam. cum similibus superius allegatis. Pudeat igitur os ad cœlum ponere & ordinationem Domini blasphemare: iura namq; positiua Papam ligare minime valent, cum sit ipse super omnes humanas leges & iura positiua, iuxta notata per Io. And. cum ex iniuncto. §. rursus. extra de hæret. in nouella. vbi etiam dicit in verbo, supponit. quòd etiã si Papa se submittit præter casum hæresis voluntariè & sponte de sua confisus innocentia, illam suam spontaneam voluntatem semper posset reuocare, cum vellet, arg. ff. de iudic. l. iudicium soluitur. ff. de leg. Princeps. nõ enim rem nouã attingimus, sed antiquissimam veritatem defensare curamus, & nitimur vsque ad sanguinem & necem tanquàm veritatis amici fideles. Nonne ab antiquissimis superioribus temporibus à nostris sanctis Patribus extitit ordinatum, vt maiores Ecclesiæ causas, maxime fidei, etiã per generalia Concilia, ad summum Pontificem referantur? Nõne etiam Moises ita statuit à Domino inspiratus, Deuter. 18. si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris. & infra, qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis Imperio, qui eo tempore. & infra, moriatur homo ille. uide extensius supra, secũda parte principali secundæ partis, in quæstione an Principes populi Christiani subesse debeant iurisdictioni Papæ, argumento 16. in fine, pro parte affirmatiua quòd sic. & in c. per venerabilem. §. rationibus. extra qui fil. sint leg. idem quod supra patet Luc. 22. vbi dixit Dominus Petro, Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquãdo conuersus cõfirma fratres tuos. vbi dicit Ioannes Chrisost. in ver. rogaui. pro te, non autem dixit, ego promisi sed oraui, humiliter loquitur tendens ad passionem vt humanitatem demonstret: nam qui non deprecatione sed Imperio dixerat, super hanc petram æd. ec. m. et ti. d. c. r. c. quo modo opus habebat oratione vt concitatam vnius hominis animam coerceret: non autem dixit, rogaui ut non neges, sed ne deseras fidem. & Theoph. dicit, nam etsi paululum agitandus sis habes tamẽ reconditum semen fidei, quamuis deiecerit folia spiritus tentatoris, viget radix. petiit ergo Satanas te lædere tanquàm inuidens tibi de mea dilectione. Sed quamuis ego met pro te

Etiam si Papa se sponte submittere præter casum hæresis, semper potest reuocare.

Qui superbierit, nolẽs obedire, &c.

Pro te rogaui, &c.

Petra Ecclesia.

Etsi folia cadunt, uiget radix fidei.

Antistes mundi.

ſim deprecatus, tu tamen delinques & conuerteris. vnde ſequitur, & tu aliquando conuerſus confir.fr.t. quaſi dicat, poſtquam me negato ploraueris ac pœnitueris, corrobora cæteros, cum te Principẽ Apoſtolorum deputauerim: hoc enim decet te, qui me cum robur es & petra Eccleſiæ. hoc autem intelligendum eſt nõ ſolum de Apoſtolis qui tunc erant, vt roborarentur à Petro, ſed de omnibus qui vſque ad finem mundi futuri ſunt fidelibus, ne ſcilicet aliquis credentium diffidat, uidens eum, qui cum eſſet Apoſtolus, negauit, ac iterum per pœnitentiam obtinuit prærogatiuam vt eſſet antiſtes mundi. Hæc aurea verba Theoph. aureis literis ad noſtrum propoſitum inſignienda. Vbi etiam Cyrillus dicit, Admirare igitur exuberantiam diuinæ patientiæ, ne diffidere diſcipulum faceret nondum patrato crimine largitus eſt ueniam. at iterum ipſum .n apoſtolico gradu reſtituit dicens, confirma f. tu. ibi etiam dicit Beda: quaſi dicat, ſicut ego tuam fidem, ne deficiat orando protexi, ita tu infirmiores fratres, ne de uenia deſperent confortare memento. Et Amb. dicit, caue ergo iactantiam, caue ſæculum, ille iubetur confirmare fratres ſuos, qui dixit, ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. prędicta recollegit ibid. B. Thom. ergo, &c. Gratianus autem illa verba Chriſti ad Petrum, ego autem rogaui pro te, refert 21. diſt. c. 1. vbi de veteri & nouo teſtamento comprobat ſacerdotium diuino flamine inſtitutum. Vbi dicit, quòd in nouo teſtamento ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui 12. Apoſtolos tanquàm maiores ſacerdotes, & 72. diſcipulos, quaſi minores ſecerdotes inſtituit: Petrũ vero quaſi in ſummum ſacerdotem elegit dum ei præ omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit & à ſe petra Petri nomen impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt. & vt ipſe cæteros confirmaret ſubiunxit. & 21. diſtin. omnes. ibi, cuiuſque ordinis dignitatem inſtituit Romana Eccleſia, illam verò ſolus ipſe fundauit & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit. qui beato Petro æternæ vitę clauigero terreni ſimul & cæleſtis Imperii iura commiſit. & infra, fidem quippe violat, qui aduerſus illam agit quæ eſt mater fidei, ergo tanquam mater ipſa generat nutrit & educat atque declarat catholicam fidei veritatẽ. 24. q. 1. quotiens. 26. q. 2. lex diuina, & in c. maiores, extra de bap. & 21. diſt. nunc autem. vbi generale Concilium Papam minime iudicare præſumpſit, ſed dixit Marcellino, tuo ore iudica cauſam tuam.

Nondum patrato crimine largitus eſt uenia.

Sacerdotium diuino flamine inſtitutum.

Cuiuſcunque ordinis dignitatem inſtituit Eccleſia Romana quæ fidei mater extat.

Tuo ore iudica cauſam tuam.

tuam.& 17. dist. multis. in fi. ibi, maiores vero & difficiliores quæstiones, vt sancta Sinodus statuit & beata consuetudo exigit, ad sedem Apostolicam semper deferantur. Hoc etiam decreuit sanctus Papa Calixtus. 12. dist. non decet à capite membra discedere, Greg. ea. dist. Apostolicis præceptis. & infra dicit cũ nulli dubium sit quòd non solum Pontificalis creatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput omnium Ecclesiarum debeat referri. Hoc etiam tenet Ioan. And. in d.c. per venerabilem. §. rationibus. in ver. & videndum . . . . . videris variari, vbi dicit, nota quòd in ambiguitate opinionum magis credendum est legi Canonicæ quàm dictis Sanctorum vel magistrorum, quia soli Papæ non alteri data est talium interpretatio dubiorum. vnde & Imperator recurrit ad ipsum. hoc etiam firmat beatus Thomas in prædicto Tractatu contra erro. Græc. in c. 6. vbi determinat causas fidei per Papam determinari debere per auctoritatem Cirilli in lib. Thesaur. & per auctoritatem Maxi. dicentis omnes fines orbis, qui Deum sincere receperunt & vbique terrarum catholicam nostram fidem confitentes in Ecclesiam Romanam tanquam in solem respiciunt, & ex ipsa lumen catholicæ & apostolicæ fidei recipiunt non immeritò. nam Petr⁹ legitur primò perfectam fidem esse confessus Domino reuelante cum dixit, Tu es Christus, filius Dei uiui, Matth. 16. ex hoc ergo dicitur super hanc petram, scilicet solidam confessionem veræ fidei Iesu Christi, & ex hoc Christus orauit vt non deficiat Petri fides: ad Petrum ergo Petrique successores, quid credẽdum, quid confitendum, quid tenendum ac prædicandum de fide sit, pertinet declarare. Hinc etiam beatus Thomas secunda secundæ, q. 1. art. ult. dicit quòd editio simboli facta est in sinodo generali, sed huiusmodi sinodus auctoritate solius summi Pontificis potest congregari, vt habetur in Decre. 17. dist. ergo editio simboli ad auctoritatem summi Pontificis pertinet, ad quem pertinet sententialiter determinare ea quæ sunt fidei, vt ab omnibus incõcussa fide teneantur, ad quem etiam maiores & difficiliores Ecclesiæ quæstiones referuntur, ut dicitur in Decre. 17. dist. multis. hinc Dominus pro Petro rogauit. Rationem autem huiusmodi veritatis dicit esse, quia vna fides esse debet totius Ecclesiæ, secundum illud 1. Cor. 1. vt id ipsum dicatis omnes & non sint in vobis scismata. Ad Eph 4. vnus Deus, una fides, vnum baptisma, vnus

In ambiguitatib. opinionum magis credendũ est Papæ quã cæteris quibuscunque.

Omnes fines terræ in Ecclesiam Romanam tanquam in solẽ respiciũt.

Super hanc petram s solidam confessionem.

Editio simboli ad Papã pertinet, etc.

Vna fides totius Ecclesiæ.

Deus & pater omnium. hæc vnitas seruari non posset nisi quæstio fidei de fide exorta determinaretur per eum, qui toti Ecclesię præest, vt sic eius sententia à tota Ecclesia firmiter teneatur. & ideo ad solam auctoritatem summi Pontificis pertinet noua editio simboli, sicut & omnia alia quæ pertinent ad totam Ecclesiam, vt congregare sinodum generalem & alia huiusmodi. Hæc Thomas, qui in responsione ad arg. de prohibitione facta in Nicena sinodo sub anathemate nemini licere aliam fidem proferre, vel conscribere vel componere præter diffinitum à sanctis patribus Nicenæ congregatis in spiritu sancto, dicit ꝙ talis prohibitio & sententia sinodi se extendit ad priuatas personas, quarum non est determinare de fide. Non enim per huiusmodi sententiam sinodi generalis ablata est potestas sequenti sinodo nouam editionem simboli facere, non quidem aliam fidem continẽtem, sed eandem magis expositam. Sic enim quęlibet sinodus obseruauit, vt sequens sinodus aliquid exponeret supra id, quod præcedens sinodus exposuerat propter necessitatem alicuius hæresis insurgentis. Vnde pertinet ad summum Pontificem, cuius auctoritate sinodus congregatur, & eius sententia confirmatur. hæc Thomas, qui etiam prima secundæ, q. 2. art. 3. in solutione ad tertium argumentum dixit, auctoritatem vniuersalis Ecclesiæ in determinatione fidei principaliter ad summum Pontificem pertinere, qđ bene patet 24. q. 1. quoties. & c. hæc est fides. Patet igitur expressissimè, Papam supra Concilium, & non Concilium supra Papam iurisdictionem plenariam in omnibus obtinere, & Concilium quamtumlibet œcumenicum & vniuersale, Papæ subijci & obedire teneri, à quo salus omnium fidelium post Christum pendet, vt supra.

Auctoritas vniuersalis Ecclesię in Papa residet

Ad primum argumentum in contrarium de c. legimus. 93. distin. quod orbis maior est urbe, iam supra responsum est, verum esse quo ad spatiositatem, non tñ quo ad auctoritatem: quò ad dimensionem, nõ quò ad iurisdictionem, de quo satis dixi supra arg. 13. huius partis. nam etiam in dic. c. legimus. textus probat Papam omnibus præesse debere. in vers. quod autem vnus. & glos. in vers. sed & Petrus. dicit Petrum summum Episcopum. ergo, &c.

Ad illud quod dicitur de Episcopis, quòd ubique sint eiusdẽ meriti & eiusdem sacerdotii, verum est quantum ad ordinem & sacra-

sacramentum, sed non quantum ad iurisdictionem: nam præsupposito pro ueto & cócesso, quòd Christus dederit auctoritatem ligandi & soluendi omnibus Apostolis sicut Petro, dedit tamen eis sub Petro. & sic Petro dedit vniuersaliter super omnes. aliis autem dedit particulariter sub Petro, quia solus Petrus à Christo plenitudinem potestatis accepit. Cæteri vero sollicitudinis partem, ut in iuribus sæpius allegatis. 2. q. 6. decreto nostro. & c. qui se scit. 3. q. 6. c. multum stupeo. extra de vsu pallii. c. ad honorem. 19. dist. ita Dominus. 21. dist. in nouo. 22. dist. sacrosancta. 11. distin. nolite. & c. quis nesciat. 12. dist. Apostolicis præceptis. 80. distin. in illis. 24. q. 1. rogamus. & in c. vbi periculum. §. cæterum. & in c. fundamenta. de elect. lib. 6. in quib. etiam iuribus patet quòd omnes Episcopi instituti fuerunt à Petro vbicumque Petro viuente Episcopalis dignitas & auctoritas est erecta: ergo per consequẽs omnes Episcopi à Papa debent institui, ut in c. quamquam. de elect. lib. 6. in glo. magna. & 22. dist. c. 1. nam in primitiua Ecclesia Episcopi & presbiteri sinonimi uocabantur. vnde Hieronymus appellatione presbiteri, Episcopum significari, & econuerso, denotat in dicto c. legimus 93. dist. nam sinonima erat administratio, idest communis Episcoporum & sacerdotum, quia communi consilio sacerdotum Ecclesiæ communiter regebantur: nã licet Petrus in singulis ciuitatibus singulos ordinasset Episcopos nõ tamen distinxit episcopatuum fines secũdum Innoc. in c. cum causam, extra de probat. ex quo dicit Hostiensis, quòd in primitiua Ecclesia omnia erant confusa & omnes fideles communes erant parochiani, & quem vnus Episcopus excommunicabat, alius absoluebat, vt legitur etiam in uitis Patrum, nec facta fuit aliqua diuisio diæcesum & parochiarum vsque ad tempus Dionisii. 13. q. 1. Ecclesias. vbi dicit glo iste Dionisius distinxit terminos Ecclesiarum, & non terminos Episcopatuum, quia in gentilitate sic fuerunt distincti. 80. dist. c. 1. similiter termini prouinciarũ fuerunt distincti ante tempus Christi, 99. dist. c. prouinciæ. & not. in c. pastoralis. extra de his quæ fiũt à præla. sine consen. cap. & Ioã. And. refert in dicto c. cum causam, alio modo. & in c. cõstitutus. extra de appell. in glo. non secundum. & tangit in c. 2. de transla. prælat. Et Hieronymus super Epistolam ad Titum dicit, Olim idẽ erat presbiter qui & Episcopus, & antequ diaboli instinctu studia in religione fierent & diceretur in populis, ego sum Pauli,

Auctoritas clauium data fuit omnibus Apostolis sub Petro.

Episcopi & presbiteri sinonimi.

Tempore gentilitatis distinctio finium, episcopatuum & parochiarũ tempore Dionisii facta fuit.

Termini prouinciarũ fuerunt ante Christum.

ego Apollo, ego autem Cephe. communi presbiterorum consilio Ecclesię gubernabantur &c. 95. dist. olim. vbi dicit glo. in verbo tollerentur. Sed dicit lex quòd commodius est singulas res singulis nominibus siue appellationibus distingui. Instit. quib. mod. test. infirm. §. sed quia. distinctio nominum differentiam reũ declarat. 21. dist. cleros. sic C. de codicil. l. nõ codicillos. Petrus igitur aliqua de nouo instituit, vt omnes Episcopatus: & aliqua renouauit, ut prouincias: aliqua verò successoribus determinanda reliquit, præteriens sub silentio, vt terminos Episcopales & parochias, quas exẽplo Dionisij Episcopi diuiserunt post eũ oẽs. Quicquid sit tamen inde secutum, patet expresśe quòd Petrus institutione diuina semper præfuit uniuersis. Vnde cum Dominus ei primò dixisset, Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris & quodcunq, solueris, e. s. & in cœlis. Matt. 16. in plurali dicens, Cœlorum & cælis, præsentem Ecclesiam omnium fidelium, cœlorum nomine compræhendens: nam regnum cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur, secundum Greg. Vnde dicens in cœlis, indicauit in omnibus Ecclesiis mundi præesse debere. Cum reliquis Apostolis dixerit in cœlo, Matth. 18. quęcunque ligaueritis & quæcunque solueritis, e. s. & in cœlo. quasi dixerit eis, Vos singuli in partem sollicitudinis uestrarum diæcesum, limitibus distinctis curam gerite pastoralem. Vnde Orig. dicit, non dixit, in cœlis, sicut Petro, sed in cœlo uno: quia non sunt tantæ perfectionis sicut Petrus. Et Rabanus Matth. 16. dicit, hæc autem soluendi atque ligandi potestas, quàmuis soli Petro data uideatur à Domino, tamen & cæteris Apostolis datur, nec non etiam nunc in Episcopis atque presbiteris omni Ecclesiæ. Sed ideo Petrus specialiter claues regni cęlorum & principatum iudiciariæ potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes intelligant, quia quicunque ab vnitate fidei, uel societatis illius quomodolibet semetipsos segregant, tales nec uinculis peccatorum absolui, nec ianuã possint regni cœlestis ingredi. Et Cyrillus ibidẽ dicit, secundum autem hanc Dñi promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione & hæretica circunuentione immaculata manet super omnes præpositos & Episcopos & super omnes primates Ecclesiarum & populorum in suis Pontificibus in fide plenissima & auctoritate Petri. Et cum aliæ Ecclesiæ quorundam errore sint verecundatæ, stabilita inquassabiliter ipsa sola regnat,

Distinctio nominum dominium rerum declarat.

In cœlis & in cœlo differunt.

Ecclesia Romana immaculata permanet.

gnat, silentium imponens, & omnium obturans ora hæreticorũ. Et nos necessariæ salutis non decepti superbia, nec uino superbiæ ebriati, typum ueritatis & sanctæ Apostolicæ traditionis una cum ipsa confitemur & prædicamus. Et iterum Rabanus ibidẽ dicit, qui enim Regem cœlorum præ cæteris confessus est, maiori merito præ cæteris ipse collatis clauibus regni cœlestis donatus est, ut constaret omnibus, quia absque ea confessione ac fide regnum cœlorum nullus posset intrare. Claues autem regni cœlorum ipsam discretionẽ & potentiam nominat: potentiam, qua ligget, uel soluat: discretionem, qua dignos uel indignos discernat. Glos. etiam ibidem dicit, specialiter eam Petro concessit, ut ad inuitantem nos inuitaret, ideo enim eum principem Apostolorum instituit, vt Ecclesia vnum principalem haberet Christi Vicarium, ad quem diuersa membra Ecclesiæ recurrerent, si fortè inter se dissentirent, quòd si diuersa capita essent in Ecclesia, vnitatis uinculum rumperetur. Ecce quàm pulchrè & satis abũdè patet splendidissima nostra veritas, quæ uincit omnia, quia omnia uero consonant, falso autem omnia dissonant, vt in primo Ethic. Sed pro intelligentia clariori, ut veritas sæpius examinata magis in lucem clarescat, alias dicit Innoc. Papa 35.q.9.c.fi. quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem. vbi dicit glo. nec enim aliter ad ueritatem peruenitur, nisi omnes circunstantiæ diligenter quærantur. 23.q. vlt. occidit. Distinguamus ergo Ecclesiasticam potestatem duplici calle procedere, uidelicet per viam ordinis & iurisdictionis, quò ad potestatem ordinis & ministrationis sacramentorum omnes Apostoli fuerunt pares, quia quemcunque ordinem habuit Petrus, habuerunt & reliqui. Quò ad potestatem verò iurisdictionis fuerunt dispares, quia Petrus prçfuit illis in dignitate prçlationis & in ministratione iurisdictionis. Ipse enim de aliis disponebat, vt 21. dist. in nouo testamento. 80. dist. in illis. 2.q.7. puto. 24.q.1. loquitur Dominus. Rursum que potestas ordinis adhuc subdistinguitur, quia aut respicit uerum Christi corpus quò ad consecrationem, aut misticum, quo ad Christi membra politica, & tunc adhuc expedit dupliciter cõsiderari, uidelicet aut quò ad ministrationem veri Christi corporis, aut quò ad ministrationem alterius sacramenti propria æqualis est in omnibus ritè consecratis sacerdotibus, quam collatam credimus omnibus Apostolis & etiam Iudæ in cœna Domini,

Absque Petri confessione regnum Cœlorũ nullus intrabit.

Claues Ecclesia potestas & discretio.

Ad veritatem fidei pertinet vnum principalem habere Christi Vicariũ.

Omnia vero consonãt.

Veritas sępius examinata magis in lucẽ clarescit.

Circunstantia diligenter sunt quærenda.

cum dixit, hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22. & 1. Cor. 11. & glo. 22. dist. in nouo. facit 50. dist. considerandum, & in c. fidelis, & in c. significasti, extra de elect. & Thom. in quarto sent. dist. 18. & Ric. eo. lib. dist. 17. ar. 2. q. 1. & Io. And. in c. presbi ter, de sacram. iter. uel non. & dixi satis in repetit. c. oīs, de pœnit. & remiss. in procem. probando necessitatem confessionis per legem euangelicam, quæ est quinta probatio. Secunda verò adhuc recipit subdistinctionem, videlicet quia aliqua sacramenta ministrari possunt per quemlibet sacerdotem, nisi alicui sit interdictũ, vt baptizare, sacramentales pænitentias imponere & confitentes absoluere in casibus non reseruatis, dare extremam unctionem & sacram cõmunionem, solennizare vel benedicere matrimonia. Dixi cautè, nisi sit alicui interdictum, quia religiosis multa interdicuntur sub anathemate, in c. religio. de priuileg. in clem. aliqua verò sacramenta soli possunt Episcopi ministrare, ut confirmationẽ, siue crismationem & ordinationem clericorum. 25. distin. perlectis. vers. ad Episcopum. 17. dist. peruenit. 68. dist. quamuis. de his dicit Ioan. And. in c. ad liberandam, extra de iud. in ver. ligandi atque soluendi, in parte decisa. dicit quòd omnibus sacerdotibus est commune in parte, cum Dominus dixerit, Matt. 18. quęcunque ligaueritis, &c. & Io. 20. quorum remiseritis peccata, &c. in communi omnibus dixit, quàmquam Petro soli prius dixerit, quodcunque ligaueris, &c. Matth. 16. & 24. q. 1. quodcunque. & vocaberis Cœphas. Io. 1. quod est caput Ecclesiæ. 24. q. 1. rogamus. 93. dist. nulla ratione. ad designandam vniuersalem auctoritatem Ecclesiæ & omnium principatuum: nihilominus tã pro se quàm pro aliis hanc potestatem intelligit suscepisse. 24. q. 1. cũ beatissimus, & d. c. quodcunque, cum similib. omnes enim ligant & soluunt. i. ligatum & solutum ostendunt, vt in c. à nobis. secundo, extra de sent. excommunicat. vel etiam excommunicando, aut absoluendo, de sent. excommun. per tuas. & c. sacro. aut pœnitentias imponendo & relaxando, ut in c. omnis, & in c. cũ ex eo, de pœnit. & remiss. in omnibus autem & per omnia summus Pontifex super omnes est, & præ omnibus & super omnes potestatem habet. Vnde ex causa plenam indulget ueniam peccatorum, quod nulli alii licitum esse potest, vt in d. c. cum ex eo. & in c. intelligentiæ, de pœnit. & remiss. lib. 6. accedunt not. per eundem in rubrica de pœnit. & remiss. in no. & in c. inquisitioni, extra

de

de sent. excommunic. Et Francis. de Zabarel. Cardinalis Florentinus in clem. 1. de summa Trinit. & fide catho. in secunda oppo. dicit quòd Papa quo ad iura ecclesiastica habet plenam dispositionem & dispensationem omnium beneficiorum & rerũ ecclesiasticarũ. de præben. c. 2. lib. 6. & ratione diuersitatis inter ecclesiastica & temporalia, dicit se tractasse in c. quæ in Ecclesiarum. de constit. Quærens autem idem Florentinus in c. ne Romani, de elect. in Clem. in verbo, irritum. in 5. q quæ & qualis sit & in quo consistat Papæ iurisdictio, refert Matthæum dicere, quod est duplex, vna generalis, alia specialis. Generalis est, inquit, quam habet in omnes prælatos mundi & eorum subditos, de foro comp. licet sunt de priuil. antiqua. de quo ĩ Speculo. de leg. §. 4. Et p hãc potestatem cognoscit de causis prædictorum, etiã per simplicem querelam. 9. q. 3. sola. & c. aliorum. & c. cuncta per mundum. etiã ex officio, vt in c. 1. vers. Io. extra, vt ecclesiastica benefic. & hãc habet ex plenitudine potestatis, vt in ca. si duobus, vt lite pend. in Clem. & ĩ c. 2. ad fi. de re iud. in Clem. ĩ ver. nihilominus ex ipsius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum & Dominus dominantium nobis licèt immeritis in persona tamẽ beati Petri concessit. accedit c. proposuit, extra de conces. pręben. & c. licet. de præben. lib. 6. & quod ibi not. Archid. & secundum hanc potestatem cæteri prælati uocati dicuntur in sollicitudinis partem, ut in d. c. ad honorem, de vsu pal. & in d. c. decreto, & c. qui se scit. 2. q. 6. cũ simil. Secũda iurisdictio Papalis, quæ dicitur specialis, multiplex est. Vna, quam habet Papa in exemptos, de priuil. c. si Papa. lib. 6. & per totum illum tit. Alia, quam habet in eos, qui curiam sequuntur, de foro compet. c. fi. de præben. c. præsenti, lib. 6. Alia, quam habet in terris, quæ sunt de patrimonio beati Petri. de appel. c. duobus. Alia est, quam habet in eos, qui non recognoscunt superiorẽ, quod etiam procedit in laicis, vt in clem. 1. de re iud. & in c. per venerabilem. qui fil. sint leg. Alia, quam habet in multis Ecclesiis & capellis, quæ sunt in urbe, & alibi, quæ immediatè subsunt Papæ, ut in c. dilectus de capel. monach. Alia, quam habet in Episcopos constitutos in prouincia urbis, in quos habet potestatem tanquam Patriarcha. hinc dicitur Patriarcha Romanus vel urbis. 23. dist. in nomine Domini. Et sicut orbis habet quatuor sedes principales Patriarchales, vt in d. c. antiqua. de priuileg. & 22. dist. c. pe. & c. fi. sic & vrbs, quæ est ad instar or-

Quæ & qualis sit & in quo consistat Papæ iurisdictio.

Potestas Ecclesiæ dupliciter est distinguenda.

Specialis iurisdictio Papæ.

Quatuor sedes orbis, quatuor quoque urbis. bis quatuor habet Patriarchales sedes, scilicet basilicam sancti Petri, sanctæ Mariæ maioris, sancti Pauli, & sancti Laurentii extra muros. Item in vrbe est Ecclesia Lateranens. quæ est Papalis, quia Papa ibi frequentius residere debet. 23. dist. c. 1 de quo dicitur in Cronicis, quòd Constantinus Lateranen. palatium in basilicam Saluatoris construxit, & in honorem beati Ioannis in balneo caloris sui appenditiam demonstrauit, & censuit eam in toto orbe matrem Ecclesiarum omniũ appellari, & hæc sola gaudet priuilegio centenario in præscriptione, vt in c. cum nobis, extra de præscr. & not. Archid. 12. q. 1. futuram Ecclesiam, vbi glo. dicit, videtur ergo quòd Ecclesia beati Petri sit prior Ecclesia beati Io. Lateranens. 10. q. 1. sanctorum. sed expone primæ Petri. i. Apostoli. Dicit namque tex. in d. c. futuram. denique idem præfatus Princeps donaria immensa contulit & fabricam templi patriæ sedis beati Petri instituit, adeo vt sedem Imperialem relinqueret & beato Petro suisque successoribus profuturam cõcederet. dixi supra secunda parte secundæ partis principalis, argumento 20. in quæstione, supra quos extenditur auctoritas Papæ. §. restat nunc. vers. præterea solus Imperator. nam cõmuniter tenetur quòd Ecclesia, Lateranens. sit prima sedes orbis terræ. & Io. de Ligna. dicit, quòd Papa habet quandam generalissimam potestatem à Christo, in Petrum translatam & successores. 21. dist. in nouo. & in c. 1. de trãslat. prælat. Et secundum hanc generalissimam dicitur Deus orbis loco Christi in spiritualib. & temporalibus. 9. q. 3. per principalẽ, & c. cuncta. de quo plenè dicit se dixisse in c. nouit, de iudic. & in c. venerabilem, extra de elect. & in c. per venerabilem. qui fil. sint leg. Quod autem Papa habeat duplicem iurisdictionem, vnam tã quã Patriarcha & Eps vrbis: aliã tanquã eps totius orbis, patet ex his quæ de potestate Vicarii Papæ scripsit Io. And. in ca. fi. de off. Vicar. & ibi patet quæ dicatur prouincia urbis. ibi, inter Capuanam prouinciam, & Pisanam. & in c. vbi periculum, in glo. super verbo, decem diebus, de elect. lib. 6. Quod autem dictum est ꝙ vrbs, sicut orbis, habet quatuor sedes Patriarchales, ponit etiam Io. And. in c. antiqua, de priuileg. & in prædicto c. fundamẽta, de elect. lib. 6. & Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendum. ver. Deus. prius nanque ponit 80. cáusas, quas tanquàm maiores Papa sibi reseruauit in signum vniuersalis dominii totius orbis, sicut successor Petri, Vicarius Iesu Christi, non puri hominis, sed Dei vi-

Constantinus Laterã. Palatium in Basilicã dedicauit, & censuit matrem Ecclesiarum omniũ appellari.

80 causas tãquam maiores colligit Spec. ad Papã pertinere in signũ vniuersalis dominij totius orbis.

ces

uices gerens in terris, vt in ca. inter corporalia, extra de translat. Epis.& c. quanto,& in c. licet. eo. tit.& in c. vnico, 1. respon. extra vt eccles. benef. 21. dist. c. 1. de homic. c. pro humani. lib. 6. 24. q. 1. quoniam vetus. Summus igitur Pontifex vice Dei omnia regit dispponit & iudicat prout sibi placet, vt in d. c. cūcta. & c. per principalem. 9. q. 3. quàmquam etiam quilibet Episcopus quo ad aliqua sit Christi Vicarius, vt not. Arch. 2. q. 5. habet hoc proprium.

Papa omnia regit ad libitum.

vbi in fine glo. vocat Episcopum Dei ministrum. & de sen. & re iud. c. 1. lib. 6. per Arch. & Io. And.& in c. vnico. §. per frontis, extra de sacra vnc. vbi dicitur quòd Episcopi sunt Vicarii Apostolorū. 68. dist. quorū vices. solus tamen Papa habet plenitudinē potestatis,& dummodo contra fidem non veniat, in omnibus & per omnia dicere potest & facere quicquid placet, ius suum cui uult auferendo,& alij, cui uult concedendo, quia non est qui ei dicere possit, cur ita facis? 19. dist. in memoriam. de pœnit. dist. 3. quamuis. ibi, quis tamen audet dicere Deo. nam apud Deum & Papam sufficit pro ratione voluntas.& per argumētum à minori, quod sibi placet, legis habet uigorē, Instit. de iure natu. §. quod Principi. Potest etiam omne humanum ius tollere de iure, supra ius dispensare, dummodo non dispenset contra legem Dei & contra bonos mores legis naturæ. 8. dist. quæ contra mores.& 32. q. 7. flagitia. nisi sequeretur decoloratio faciei Ecclesiæ manifesta, vt quia sine iusta causa dispensaret, quod est prohibitum. 1. q. 7. tali.& c.& si illa. extra de elect. innotuit. §. multa.& §. fi. de quo plenè per Io. And. in reg. semel Deo, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & in ca. cum ad monasterium. ad fi. de sta. reg.& mo.& in c. magnæ. de voto & uo. re. Dispensat namque quandoque etiam in lege diuina, vt in eo quod dixit Dominus Matt. 19. quod Deus coniunxit, homo non separet.& tamen etiā in matrimonio consummato per copulam carnalem ex causa dispensat, ut cum infideli coniugato postea conuerso, vt in ca. gaudemus. §. pen. de diuor.& quandoque etiam in lege naturæ, vt quòd minor 14. annis non ligetur profitendo, cum tamen possit obligari diabolo ex peccato mortali, ut in c. 1. de homic. in clem. de pœnit. distin. 4. paruuli.& de consecr. dist. 4. eos qui.& in c. omnis. de pœnit.& re. quia supra septenniū quo ad forum conscientiæ, dicitur communiter doli capax,& tamen minor 14. professione non obligatur, vt in c. quia in insulis, de regul. vbi prohibetur ante 18. annum recipi in monasterio pro

Episcopi dicuntur Christi vicarij quo ad quid.

Cur ita facis? nemo potest dicere Papæ.

Omne humanum ius tollit & supra ius dispēsat nisi sequeretur decoloratio faciei Ecclesiæ.

Etiam in l. diuina quādoque dispensat.

Quandoq; in l. naturæ, vt in professione religionis.

pter asperitatem insularum. generaliter tamen conceditur de 14 in masculo & 12. in fœmina. 20. q. 1. c. 1. & 20 q. 2. si in qualibet. &c. puella. ad quod accedit c. impuberes. de despon. impub. cum enim, vt dictum est, Papa superiorem nō habeat in terris, vt in c. licet. extra de elect. sed ipse sit super omnes tanquàm qui de cœlo venit, vt dixit Io. Bap. Io. 3. ergo à nemine iudicari potest nisi à Deo, à quo est eius auctoritas. 21. dist. in nouo testamento. & c. nunc autem, cum simil. superius alleg. vnde & Iustinianus Imperator dixit, Papam habere cœleste arbitrium. C. de sum. Trin. l. 1. & Dominus Baldus de Perusia, in l. rescripta. C. de prec. Imper. offer. tractans aliqualiter de potestate Papæ dicit, quòd vbi Papa, ibi vniuersalis sinodus. 19. distin. Anastasius. 17. dist. non licuit. & vbi Papa ibi & communis patria, vt in ca. exposuit, extra de dilat. per Inno. item à nemine iudicatur, etiam si dicatur hæreticus. 21. dist. nunc autem. item omnia beneficia mundi sunt obedientialia & manualia Papalis potestatis respectu. Ex prædictis igitur sufficientissima solutio data est ad prædictum ca. legimus. 93. dist. de paritate & disparitate iurisdictionis inter Papam, & alios prælatos & sacerdotes.

Qui de cœlo venit super oēs est.

Papa dicitur habere cœleste arbitrium.

Vbi Papa, ibi vniuersalis sinodus et communis patria.

Ad Epistolam Augustini contra Donatistas dico, quòd loquitur quando agendum est de hæresi Papæ, vt Concilium congregetur, & causa discutiatur. Nec dicit Augustinus quòd Papa cōdemnetur per Concilium, sed si Episcopi, qui fuerunt Romę, malè iudicarent, eorum sententiæ soluerentur. sic etiam intelligit Alber. de Fox. in rubrica C. de hæret. Vnde beatus Thomas in tract. contra errores Græc. refert Cyrillum Patriarcham Alexandrinum in lib. Thesaur. dicentem quod sicut Christus accepit a patre duplex sceptrum Ecclesiæ gentium super omnem principatum & potestatem & super omne, quodcunque est, vt ei genua cūcta curuentur, sic plenissimam potestatē dedit Petro & suis in officio successoribus, & nulli alij hominum: & sicut tota Trinitas dedit verbo plenissimam potestatem assumendi humanitatem, quam vnus trium assumpsit, & in vnitate personæ transiuit ad patrem, super omnem potestatem & principatum, vt adorent eum omnes Angeli & omnis creatura & omne quod est, ita Christus totum Petro contulit per sacramentum potestatis Petro collatum & Ecclesiæ. & Io. Chrisost. in persona Christi ad consulta Burgarorum respondens dicit Petro, ter te interrogo si me diligis, quia ter me negasti,

Quando agendum est de hæresi Papa concilium congregandū est.

Sicut Christus accepit à patre duplex sceptrū sic à Christo Papa.

Christus totum Petro contulit.

negasti, nec autem quia reductus es, ne credant fratres te gratiam & auctoritatem clauium amisisse, quia amas me, coram ipsis iam tibi confirmo quod meum est plenum. Generale igitur Conciliũ hanc plenitudinem potestatis à Christo nunquam accepit, sed solus Petrus præ omnibus & pro omnibus, vt dictum est supra satis, per ea quæ plenè habentur 17. dist. per totum. & maximè in c. multis. & 25. q. 1. his ita. & 2. q. 6. ideo. & c. siquis putauerit. Et Gelas. Papa dixit 25. q. 1. c. 1. confidimus, quod iam nullus veraciter Christianus ignoret vniuscuiusque sinodi constitutum, quod vniuersalis Ecclesiæ probauit assensus, nullam magis exequi sedẽ præ cæteris oportere quàm primam, quæ & vnamquamque sinodum sua auctoritate confirmauit, & continuata moderatione custodit. Et in prædicto §. his ita. 25. q. 1. dicit tex. Sacri siquidem Canones ita aliquid cõstituunt, vt sui auctoritatem interpretationis sanctæ Romanæ Ecclesiæ reseruent. Ipsi nanque soli canones valent interpretari, qui ius condendis eos habent. Vnde in nonnullis cap. Conciliorum, cum aliquid obseruandum decernit statim subinfertur, nisi auctoritas Romanæ Ecclesiæ aliter imperauerit. Vel saluo tamẽ in omnibus iure sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Vel salua tamen in omnibus Apostolica auctoritate. & infra, Valet ergo vt ex præmissis colligitur sancta Romana Ecclesia quolibet suis priuilegijs munire & extra generalia decreta quædam etiam speciali beneficio indulgere. Et in c. cuncta per mundum, 9. q. 3. dicit Gelas. Papa omnibus Episcopis. Sed nec illa prætermittimus quod Apostolica sedes sine ulla sinodo præcedenti & soluendi quos sinodus iniquè damnauerit & damnandi nulla existente sinodo, quos oportet, habuit facultatem. Et hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce tenuit & semper tenebit. Et Nicol. 1. ad Michaelem. Imperatorẽ Græcorum dixit, Romanæ Ecclesiæ priuilegia Christi ore in beato Petro formata in Ecclesia Christi Domini semper antiquitus obseruata etiam à sanctis vniuersalibus sinodis, atque in tota Ecclesia iugiter uenerata nullatenus minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari, quoniam fundamentum, quod Deus posuit humanus non potest amouere conatus, & quod Deus statuit firmum validumque consistit: illeque plurimum peccat, qui Dei dispositioni tentat resistere. Priuilegia igitur in quantum huius sedis populo sunt diuinitus radicata atq; plãtata, impingi possunt,

Plenitudinem potestatis Conciliũ numquã accepit, sed Petrus tantum præ omnib. et pro omnib.

Damnat sine sinodo, &c.

transferri

transferri non possunt, trahi possunt, euelli non possunt, quæ ante Imperium vestrum fuerunt & permanent, Deo gratias, hactenus illibata, manebũtque post vos & quousque Christianum nomen fuerit prædicatum, non cessabunt immutilata subsistere. Patet igitur responsio clarissima, & nihil obstat.

Par auctoritas decretorum Concilij & decretalium Papæ quando intelligitur.

Vniuersa concilia professione Romani Pontificis sunt roborata.

Quando par in parē nō habet Imperium.

Ad Tertium argumentũ, cum dicitur quod par est auctoritas Papæ & Concilij. 20. dist. c. 1. Respondeo uerum esse, cum Papa validat & confirmat decreta Conciliorum & non aliter: nam in prędicto c. 1. id refertur, eo quod talia decreta fuerant assistente Papa condita, vel Papæ legatis, vt patet 16. distin. sexta sinodus. & c. placuit, in fi. ibi, cum vniuersa Concilia professione Romani Pōtificis sint roborata. Ad id autem, quod infertur de c. innotuit, de elect. quod par in parem non habet Imperium, dico & respondeo hoc verum esse quãdo ita est quod sint pares, vt sunt omnes summi Pontifices in sede Petri, nam vnus Papa non potest imponere legem alteri Papæ suo successori: quia non minor est auctoritas successoris quàm prædecessoris, & sic loquitur dictum c. innotuit. Sed Papa in uita sua parem in terris habere non potest, vt supra clarissimè probatum est. oportet etiam intelligere parem vim habere decretales Papæ & Conciliorum, si decretales Conciliorum sint validæ: nam constitutiones, quæ nullæ sunt, abusiuę nominantur, vt l. 4. §. condemnatum. ff. dę re iud. & in l. 2. ff. quemadmodum test. aperian. & sic oportet intelligi de approbatis per Papam, aliàs nullæ essent. Præterea in prædicto c. 1. 20. dist. non dicitur, quod sit par auctoritas Papæ & Conciliorum: sed dicitur quod decretales epistolæ canonibus Conciliorum pari iure exequuntur. Et meritò, quia tam decretales epistolæ quàm ipsi canones Cōciliorum ab auctoritate Papæ uim obtinent & valorē, & ideo sunt pari robore obseruandi, sicut dicimus de statutis municipalibus, quæ pro legib. obseruantur, quamquam propriè non sint leges, & sic nihil obstat.

An Concilium possit cōstitutiones facere causas audire, &c.

Quarto principaliter quæro, an Concilium possit constitutiones facere, causas audire & alia expedire, quæ Papa potest? Et quãquam per supra scripta satis videatur responsum ad hãc quæstionem: attamen pro clariori notitia huius scrupuli oportet præsupponere auctoritatem Papæ non interuenisse: quasi videatur non esse necessariam: nam tex. c. Concilia. 17. dist. videtur dicere quod Concilia tradiderunt potestatem Papæ. ergo Papæ auctoritas ad

valida-

validationem Conciliorum necessaria non videtur. hoc etiam videtur velle tex. in c. dudum, 3. q. 6. Et animaduertendum, quod non dicit tex. transtulit, sicut dicitur de populo Romano, qui transtulit omnem potestatem in Imperatorem, C. de uet. iure enuc. l. 1. §. cum autem. & in l. 1. C. de offi. præfec. præt. per quod verbum, scilicet, transtulit, solent dicere Doctores quod nulla potestas remansit apud populum Romanum, vt not. in dictis legib. & in l. fi. C. de legib. Sed in casu nostro dicitur, tradidit. Sed certè, vt supra clarissimè patuit, sine auctoritate Papæ nihil agere potest Cōcilium, nec meretur Concilij nomen, vt in supra dicto c. regula vestra, 17. dist. & in alijs iuribus superius alleg. Vnde pro solutione omnium contrariorum dicendum est quod superstite Papa, & sic sede plena & non vacante, semper in vniuersalibus Concilijs tam in principio vocationis quàm in omnibus agendis & continuandis ac terminandis auctoritas Papæ est necessaria per iura superius allegata Si verò sedes vacaret, tunc secus dici posset, vide licet ꝗ si expediens esset, posset Conciliū congregari & omnia facere quæ Papa posset, si tamen postmodū Papa improbaret ea, quæ Concilium fecisset, nihil valerent. posset nanque accidere quod longo tempore sedes vacaret ex discordia Cardinalium, per quos electio Papæ fieri debet, vt supra in prima parte satis est explanatum. Legimus in Cronica Martiniana quod post obitū Virgilij Romani Papæ cessauit Episcopatus, idest vacauit sedes Apostolica mensibus tribus & diebus quinque. Et post mortem Pelagij cessauit mensibus quatuor & diebus 25. Et post mortem secūdi Pelagij cessauit mensibus sex, & diebus 25. Et post mortem beati Gregorij cessauit mensibus quinque & diebus 15. Et post mortem Bonifacij IIII. cessauit mensibus septem & diebus 25. Et post mortem Bonifacij V. cessauit mens. sex, dieb. 13. Et post mortem Honorij I. cessauit mens. 7. & dieb. 18. Et post mortem Agathonis cessauit anno vno, mensib. 7. & dieb. 15. Et post mortē Leonis. II. cessauit mensib. 11. & diebus 22. & post mortem Ioannis VII. cessauit mensibus nouem. Et post mortem Pauli Papæ cessauit anno vno & mēse 1. Et post mortem Benedicti VIII. cessauit anno vno. Et post mortem Clementis IIII. cessauit annis tribus, mensibus duobus, & diebus decem. Et post mortem Cælestini IIII. vacauit mēsibus 22. & dieb. 14. Et post mortem Nicol. IIII. vacauit annis duobus & mensibus ferè tribus. Et post mortem Clementis V. vacauit

De verbo transtulit.

De verbo tradidit.

Sede vacante quomodo posset Concilium congregari.

De cessatione Episcopatus Romani per interualla temporum post mortem Pontificū Romanorum.

cauit sedes annis duobus, mensibus tribus, diebus 17. Meritò tūc igitur tandiu sede vacante Concilium spiritus sancti licentia & auctoritate valida posset legitimè congregari œcumenicè & congregatum agere posset, decidere & terminare omnia ad salutem animarum necessaria tam pro fide quàm pro moribus & pace communi totius populi Christiani, conuenientib. Episcopis & requirentibus Cardinales, vt discordes ad concordiam reuocentur. quibus concordantibus ad s. Card. eorum collegium principaliter tanquam primatum tenens in Ecclesia Dei post Papæ obitum, iurisdictio Apostolica deuoluatur, qui primitus & ante omnia electioni vacent futuri summi Pontificis, ne diutius permaneat Ecclesia viduata, iuxta not. in Clem. ne Romani, de elect. Sic intelligendum puto quod dicit Archid. 66. dist. porrò. vbi dicit quod Papa superstite, ipse potest immutare formam traditam per Apostolos, & eo mortuo tunc immutare poterit vniuersalis Ecclesia, quasi dicat, quod Concilium generale vniuersalem Ecclesiam repræsentās, hoc possit vacante sede Apostolica, sed Papa viuente minime possit quisquam, nec etiam vniuersitas fidelium sine licentia & auctoritate Papæ quicquā agere. ad hoc accedit dictum Compostellani & Hostiēsis in c. cum accessissent. de constit. vbi dicunt cum Innoc. quod in vniuersitatibus habentibus iurisdictionem existente rectore, seu capite eorum, ipse habet Regem, & vniuersitas sine eo nihil potest, sed deficiente capite vniuersitas per se potest, licèt Innoc. cōtrarium dixerit in hoc vltimo, scilicet deficiente capite, &c. Sed potest saluari dictum Innoc. de vniuersitate non habente iurisdictionem. pro hoc etiam facit quod not. idem Innoc. in c. ad abolendam, extra de hæret. cū dicit quod Episcopus & capitulum faciunt vnū corpus, & deficiēte Episcopo, potest capitulum quod poterat Episcopus, de quo ēt not. in c. cum olim, de maior. & obed. pro hoc etiam facit tex. in l. vbi absunt, ff. de tut. & cur. da. ab his. vbi patet quod deficiente rectore, seu capite superiore, illi qui præsunt vniuersitati & eam repræsentant. s. decuriones, habebunt exercitium iurisdictionis, pro quo est etiam ibi specialis nota Bar. vbi dicit quod vacante papatu remanet iurisdictio apud collegium Cardinalium, quod humiliter fateor in quantum concordes vacent principaliter electioni Papæ, quibus discordantibus vt dixi, Concilium œcumenicum cō gregatum vniuersalem Ecclesiam repræsentans vt supra, plenam iuris-

Vniuersitas sine capite qrid agere possit.

Episcopus & capitulū, faciunt vnū corpus.

Ad collegiū Cardinaliū post Papæ obitum auctoritas deuoluitur apostolica.

iurisdictionem habebit ad finem electionis legitimè fiendæ de idoneo summo Pontifice pro necessaria vnitate seruanda, quia sine uno præside multitudo regentium confusionem faceret è uicino, iuxta dictum Aristotelis 11. Metaphis. & sic oportet intelligere dictum Barr. ne sit contra capitu. ne Romani, de elect. in Clem. Bart. nanque considerauit dignitatem Cardinalium apud Papam præeminere vniuersali Ecclesiæ, loco cuius Cardinales expressit tanquã primates. Potest igitur dictum Bar. bene intelligi quo ad habitum iurisdictionis, vt de iure sede vacante resideat in collegio Cardinalium inuicem concordantium, nomine tamen vniuersalis Ecclesiæ, in quam iurisdictionem ipsam administrare valeant, vt patet in c. vbi periculum, de elect. lib. 6. vbi tex. præsupponit quod sede vacante Cardinales de iure administrationem habeant. Sed vt celerius intendant electioni Papæ, inhibetur eis iurisdictionis exercitium & administratio, nisi vbi necessitas immineret vel periculum in Ecclesia. Et tunc per illud cap. non conceditur eis de nouo potestas, sed non tollitur, cum per prius habuerit, & sic etiam tunc non tollitur per Clem. ne Romani. ad hoc 79. dist. nullus. per glos. & Archid. & melius in c. 1. in glos. ma. de scisma. li. 6. & glo. not. C. quæ sit longa consuet. in rubrica. vbi dicit ꝙ Concilium & qui præst. vniuersitati, vicẽ eius obtinẽt & possunt quæ potest vniuersitas. ex quibus infertur quod sede vacante, si necessitas imminet, vel periculum in Ecclesia, ita quod oporteat congregare Conciliũ, Dñi Reuerendiss. Cardinales possunt & debent conuocare Concilium, cum ad eos principaliter spectet conuocatio, iuxta not. per Inno. in c. 1. de maior. & obed. & per Bar. in l. 1. ff. de albo scrib. Et per hæc patet respõsio ad quæcunque contraria: nam auctoritates dicentes quòd potestas data Petro intelligatur data Ecclesiæ papalis fuit data potestas à Christo, non inficiantur quin Petro data fuerit principaliter præ omnibus, & ꝑ omnibus, ita quod ipse caput esset & vertex vniuersi collegij, per iura superius allegata. Non obst. c. omnibus, 24. q. 1. quia continuatur cum c. præcedenti, quod incipit, alienus est. & cum præcedenti, quòd incipit, loquitur Dominus. nam illi text. probant vnitatem Ecclesiæ in capite & in membris, quibus vnanimiter concordantibus par erit auctoritas Papæ & prælatorum in omni constitutione per Papam authenticata. Sed si sedes vacat, cum Papa non supersit, quomodo potest esse concors cum præla-

Bart. pro collegio Cardinalium.

Pluralitas & multitudo regentiũ inducit confusionem.

Declaratio dicti Bart.

Concilium non potest cõstitutiones Apostolicas reuocare ẽt legato apostolico præsidente, sed vacante sede bene potest quandoque.

Cardinales sede vacante si expedit, possunt & debent congregare Concilium.

Declaratio de auctoritate data Apostolis à Christo.

Tralatis concordantibus cum Papa in constitutione par est auctoritas.

tis in terra, cum iam suo sit functus officio, & forte triumphat in cœlis? Papa ergo viuente sine sui licentia & auctoritate, nullũ est Concilium, nulla lex vniuersalis, nulla cõstitutio, nullaque valida sententia sinodi: ipso tamen auctorizante si non præsentialiter, saltem per suum legatum Apostolicum, tũc Concilium cum auctoritate legati ex parte Papæ poterit constitutionem facere ad morum reformationem, correctionem criminum, extirpationem hæresum, & alia quæcunque bona ad salutem pertinentia agere. non tamen posset Concilium, etiam legato Apostolico præsidente, constitutiones Apostolicas reuocare sine speciali mãdato Papæ, & ipso postmodum acceptante & ratificante, sicut dicitur quod legatus Apostolicus potest constitutionem facere, sed non potest Apostolica iura tollere, iuxta not. in c. fi. de offic. leg. Sed Papa defuncto, & sede vacante, vniuersale Concilium legitimè cõgregatum posset tanquam Papa etiam constitutiones Apostolicas tollere sicut Papa, vt vult Archid. in d. c. porro. 66. dist. ex quibus consequenter infertur quod omni casu Papa potest reuocare gesta in Concilio etiam si in eo de sua licentia fuisset derogatum potestati Papæ, nec potest Concilium etiam simul cum Papa in aliquo derogare potestati Papæ, & sic non potest statuere quod Cõcilium sit supra Papam, nec quod Papæ arctetur potestas, vt non possit reuocare gesta Concilij, cum auctoritati Apostolicæ per Christum Petro traditæ pro se ipso & omnibus suis canonicè intrantibus successoribus derogari nequeat quoquomodo per iura superius allegata, & maximè p no. in d. c. innotuit, de elect. nã sicut vniuersalis Ecclesia, si Christus hodie in terris viueret, cõtra Christũ vel supra Christũ nihil statuere posset, quod Christus tollere non posset: ita hodie contra Christi Vicarium, dum eius fidelitatem seruat, etiam omnis vniuersalis Ecclesia nihil statuere potest, quod Papæ non liceat reuocare, cum sit idem tribunal Christi & Papæ, vt in c. nõ putamus. de cõsuet. lib. 6. & specialiter not. Host. in c. quanto. de translat. nam lex humana statuta à Deo tollere non potest, quia inferior, vt in c. literas, §. opinioni, de restit. spol. & 15. q. 1. sunt quidam. sed à Deo data est potestas Papæ, vt supra iam totiens probatum est. ergo nemo tollere potest, præter Deum, vt clare patet 22. distin. omnes. Hinc etiam animaduertendum est, quod vbicunque Apostolica constitutio videtur vti verbis inhibitoriis successoribus in Apostolica sede vltra fidei cõ-

Papa semper potest reuocare gesta Concilij.

Potestati Papæ potest à nemine derogari.

Papa semper potest reuocare gesta Concilij.

Idem est tribunal Christi, & Papæ.

In quibus potest inhiberi successori per Papam.

Inhibitoria pro exhortatorijs capiuntur.

tinen-

tinentiam, sempet oportet intelligere pro verbis exhortatorijs, & nihil in effectu important, iuxta not. 2. q. 5. mandastis, in fi. vbi Sixtus Papa se humiliter purgans dicit, me à suspicione & æmulatione liberans, sed non aliis qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendi formam dans. & in c. auditum, ead. ca. & quæsti. dicit Leo Papa, qui similiter se purgauit. hoc autem faciens non legem præscribo cæteris, qua id facere cogantur. & satis ad hoc faciunt not. in d. c. innotuit, de elect. ibi, qui successoribus suis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari post eum, imò eadem auctoritate functuris. loquitur namque ibi Innoc. Papa III. dicens, Quamuis autem canon Lateran. Concilij ab Alexandro Papa prædecessore nostro editus non legitimè genitos à Deo persequitur, quòd electionem talium innuit nullam esse: nobis tamen per eum adempta non fuit dispensandi facultas, cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui successoribus suis, &c. vt supra, quia par in parem non habet Imperium, vt sæpius dictum est supra, & 21. dist. inferior. & de maior. & obed. c. cum inferior. & in l. nam & magistratus, ff. de arbit. & ff. ad Treb. l. ille, à quo. §. tempestiuum. ad prædicta faciunt not. 16. q. 1. quia iuxta. & in data Sexti libri, per Io. And. Dy. & Arch. Patet insuper euidenter quod Papa tollit decreta Conciliorum: nã in generali Concilio Lateran. statutũ fuit quod nulla Ecclesiastica beneficia vacatura alicui promitterentur nec concederentur ante quàm vacarent, vt in c. 2. extra de concess. præb. & tamen Honorius III. immutauit decretum, asserens se secundum plenitudinem potestatis de iure posse supra ius dispensare, vt in c. proposuit, eod. tit. Ad idem accedit c. 2. de præb. lib. 6. vbi Clemẽs IIII. sic expressius declarauit, & tamen Bonifac. VIII. in c. detestãda, & in c. ne captandæ, de concess. præb. li. 6. refirmauit determinationẽ Lateran. Concilij, quod tamẽ intelligitur quo ad omnes alios prelatos, sed non quo ad Papam, quia sibi nemo potest legem imponere, vt dictũ est. Hinc ẽt Bonifac. VIII. reuocauit statutũ Greg. X. in generali Concilio Lugdunẽ. editum, ne aliqui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam præsumerent, vel ẽt recipere à volente, vt in c. exigit, de censib. lib. 6. Bonif. id reuocauit, concedens quòd a volentibus soluere licitè recipi possit, vt in c. fęlicis, de censib. lib. 6. Accedũt not. in d. c. dudũ, 2. q. 7. ibi, ad eam quasi ad matrem atque ad apicem omnes maio

Par in parem non habet Imperiũ.

Canon de illegitimis.

Papa tollit decreta conciliorum de vacaturis.

De receptione pecunia pro visitatoribus.

Ad Romanam Ecclesiam quasi ad matrem omnes recurrant.

res Ecclesiæ causæ & iudicia Episcoporum recurrant, & iuxta eius sententiam terminum sumant, nec etiam extra Romanum quicquam ex his decerni debere Pōtificem. & 17. dist. hinc etiam. ibi, scientes quia eius sedi primum Petri Apostoli meritum, dein de secuta iussione Dñi Conciliorum venerandorum auctoritas singularem in Ecclesijs tradidit potestatem, nec antedictæ sedis Antestitem minorum subiacuisse iudicio. & infra: causam, cuius totam Dei iudicio reseruamus. Hæc sunt verba Episcoporum in generali Concilio congregatorum auctoritate Symachi Papæ in vrbe Roma tempore Theodorici Regis serenissimi Romanorũ. simile 21. dist. nunc autẽ. ibi, non licet aduersus Pontificem sentẽtiam dari. simile 63. dist. Adrianus. 2. q. 6. præsul. de pœnit. & remiss. cum ex eo, de elect. vt circa. cum seq. cap. lib. 6. vbi quamquã sit Concilium Lugdun. congregatum, nihilominus in 13. cap. cõtinuis à c. vbi periculum, semper intitulatur idem in eodem, scilicet Greg. X. vt omnis potestas in Papa residere super omnes etiã in generali Concilio dignoscatur, sine cuius auctoritate nihil agitur quoquomodo, vt in d. c. regula, 17. dist. præterquã in casu hæresis, vt in d. c. si Papa. 40. dist. Hinc etiam sancti patres in Concilio Calcedon. contra Dioscorum congregati ad sententiam se referunt, quam Leo Papa protulerat contra eum. 21. dist. in tãtum. Et Nicena sinodus beato Syluestro supplicauit humiliter, vt gesta Concilij auctoritate Apostolica confirmaret, & fecit in sinodo Romana, habito diligenti examine discussioneque matura præuia de prædictis, de quibus satis dixi supra in quæst. 2. videlicet, An in Concilio vniuersali celebrando requiratur auctoritas Papæ quò ad conuocationem tantum, aut quò ad continuationem, &c.

Omnis potestas in Papa residet et vniuersali Concilio congregato.

Finis Secundæ partis principalis.

B. IOAN-

B. IOANNIS A CAPISTRANO, e Minorum Obſeruantium familia,

TRACTATVS DE

PAPÆ ET CONCILII, SIVE ECCLESIÆ AVCTORITATE.

PARS PRIMA TERTIÆ PARTIS PRINCIPALIS.

VIDIMVS in prima parte quantum altitonantis Dei ſummi gratia præſtitit, dignāte ſuā clemētia ſalutari, ſufficienter (vt opinor) tria principalia, videlicet Primò de inſtitutione Petri à Domino, & quando fuit ſummus Pontifex inſtitutus. Secundò de electione Papæ, ad quos ſpectat electio Papæ. Tertiò à quo Papa debeat conſecrari. & hoc quò ad ingreſſum. Vidimus denique in ſecunda parte principali de auctoritate Papæ, videlicet Primò à quo Papa habet auctoritatem. Secundò ſuper quos extenditur. Tertiò ad quid protenditur. Et hoc quò ad progreſſum in officio præſulatus ſummæ ſedis Apoſtolicæ prænotantur.

Sequitur nunc videre de Tertia parte principali, videlicet de defectuoſitate Papę: quia quamquàm Vicarius Dei ſit, homo tamen eſt: circa quam partem de tribus breuiter eſt quærendum. Primò, an Papa poſſit eſſe hæreticus. Secundò, an in eo cadat ſimonia. Tertiò, quod remedium poteſt quæri, ſi eſt taliter, vel etiam aliter criminoſus.

AD primum quæſitum arguitur ad vtranque partem. Primò ad partem negatiuam, quòd non poſſit eſſe hæreticus. Primò ſic, Oratio Chriſti ad patrē nunquàm fuit fruſtratoria, Chriſtus autem pro Petro orauit, ut non deficeret fides eius: ſed non

ſolum

An Papa possit esse hæreticus.

ſolum pro Petro, ſed etiam pro ſuis in Apoſtolatus officio ſucceſſoribus. ergo Papa hæreticus eſſe non poteſt. Maior patet Ioan. 11. ibi, ego autem ſciebã, quia ſemper me audis, &c. ſecunda probatur Luc. 22. ego autem pro te rogaui, ut non deficiat fides tua. ergo, &c.

Secundò ſic, Chriſtus fundauit Eccleſiam ſuper veritatem ſuam, cum dixit, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Matth. 16. ipſamque Eccleſiam Petro tanquàm ſummo Pontifici commendauit, ut ſatis ſupra patuit in verbo, paſce, &c. ſed Petrus pro ſe & ſucceſſoribus deputatur. ergo ſicut Petrus in Chriſti veritate fundatus errare nõ potuit, ita nec Papa Petri ſucceſſor, hæreticus eſſe poteſt.

Tertiò ſic, Chriſtus promiſit fidelibus ſemper ſecũ eſſe, Matth. vlt. & ego ſemper vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Sed cum quibus Chriſtus eſt, tanquàm ſumma veritas, error eſſe non poteſt, erit autem cum Papa tanquàm cum capite Eccleſiæ. ergo Papa hæreticus eſſe non poteſt.

Quartò ſic, Promiſſio Chriſti non poteſt fallere. Matth. 24. & Luc. 21. cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non præteribunt. Sed Chriſtus promittit quòd portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam. Matth. 16. Eccleſia autem militans habet Papam pro capite viſibili: ergo Papa hæreticus eſſe non poteſt. nam ſi portæ inferi præualerent aduerſus caput, totum corpus facilè occuparet: nam capite langueſcẽte cætera membra dolent. 6. q. 1. verum. & 2. q. 7. ſicut inquit. ergo, &c. Et idẽ ius quod eſt in capite, cenſetur in membris. 12. q. 2. cognouimus, 63. diſt. in ſinodo. ergo propoſitum.

Quintò ſic, Sub proxima forma Chriſtus promittit breuiare dies malos in maxima tribulatione. Matth. 24. propter electos breuiabuntur dies illi, ſed nõ ob aliud niſi ut nõ inducantur in errorem electi, ut ibi patet. ergo Papa tanquam caput electorum hæreticus eſſe non poteſt.

Sextò hoc idem probari poteſt per omnia iura dicentia, maiores & difficiliores Eccleſię cauſas ad Papam referri debere, & per ipſum diffiniri, quod fruſtra fieret ſi Papa hæretic⁹ eſſet. ergo, &c. iura autem hanc partem defendentia plurima ſunt, vt 24. q. 1. à recta fide. ibi dumdicit, nunquàm erraſſe probatur. & ead. ca. & q. c. memor. ibi, cuius fides nullam hæreſim fouet, ſed deſtruit.

Et

Et infra proximo c. dicit Eusebius Papa, in sede Apostolicā extra maculam semper est catholica religio seruata. & in proximo ca. dicit Innoc. Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros non nisi ad Petrum. i. sui nominis & honoris auctoritatem referre debere. Idem patet in c. maiores, extra de bapt. & eius effec. & 21. dist. quàmuis. in fi. ibi, non habens maculam, nec rugam. & 24. q. 1. hæc est fides. ibi Hieronymus attestatur dicens, sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata permansit, & in futuro manebit sine vlla hæreticorum insultatione atque firma & inuiolabilis omni tempore persistet. Et 50. dist. fidelior. ibi, fieret omnibus firmamentum. & ibi, tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemque contineat. Et 24. q. 1. pudenda. in fi. dum referuntur verba Augustini dicentis, Quod si nullo modo rectè potest dici Ecclesia, in qua scisma est, restat, vt (quoniam nulla Ecclesia esse non potest) ea sola sit, quam in sedis Apostolicæ per successiones Episcoporum radice constitutam hominum nullorum malitia, etiam si nota excludi non possit, pro temporum ratione toleranda iudicetur, nullo modo valeat extinguere. hoc etiam dicit glo. 24. q. 1. c. quodcunque. in ver. Ecclesia, vbi dicit quòd non credit Romanā Ecclesiam posse errare, quia Deus non permitteret. Simile verbum dicit Io. And. in c. 1. de renunc. lib. 6. si Papa negaret se renūciasse, quod Deus non permitteret. Simile dicit beatus Thomas de Aquino, in 8. quolibeto, articulo vlt. de canonizatione Sanctorum, quod Deus non permitteret Ecclesiam errare, sicut promisit, Io. 14. quòd spiritus sanctus doceret omnem veritatem, scilicet necessariam ad salutem: nam veneratio Sanctorum est quædā protestatio fidei, quā Sanctorum gloriam profitemur. In aliis autem particularibus iudiciis Ecclesia posset errare, propter falsitatem testium & similium, vt in ca. à nobis, secundo. de sent. excomm. & refert Ioan. And. in c. tuæ. de spons. Cyrillus etiam in lib. Thesaur. dicit quod Ecclesia Romana ab omni hæretica seductione immaculata persistit & stabilita inquassabiliter omniū hæreticorum ora contundit. quod principaliter oportet intelligi de Papa tanquam de capite, quia corpus sine capite nequit persistere, vt in c. 1. de scisma. lib. 6. Vnde ex hoc non potest intelligi de vniuersitate fidelium sine Papa, nec de clericis omnibus: quia (vt dicit Hierony. veteres scrutans historias inuenire nō possum sci

disse

diſſe Eccleſiam,& de domo Domini populos ſeduxiſſe præter eos qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerant & prophetæ.i.ſpeculatores. Iſti ergo vertuntur in laqueum tortuoſum in omnibus locis ponentes ſcandalum.24.q.3. transferunt.& gloſ.50.diſt.& purgabit,dicit quod omnia mala mūdi proceſſer unt à clericis.& hoc deſtruit Eccleſiam vehementer.8.q.1.qualis. Hæc ſunt igitur argumenta ſatis violenta, quod Papa nō poſſit eſſe hæreticus,quàm maximè ex oratione Chriſti.

Ad partem affirmatiuam arguitur primò ſic, Omnis homo, in quantum homo poteſt errare & ſic hæreticus eſſe. Papa eſt homo,ergo poteſt eſſe hæreticus.nam hæreſis,ſecundum Iſid.8.ethimolog.ab electione dicitur, quaſi vt id quiſque eligat, quod ſibi melius eſſe videtur,vt Philoſophi,Peripatetici,Academici,Epicuri, Stoici,Platonici,ſinguli ad placitum ſententias cōfingebant. Poteſt etiam dici hæreticus ab errando à rectitudine veritatis,vel ab hærendo errori,vel ab herciſcendo.i.diuidendo.Vnde hæreſis, quaſi hærens ſciſſuræ,aut ſciſmati, & ſic omnis ſciſmaticus dicitur hæreticus,1.q.1.quiſquis.Cum itaque Papa poſſit tanquam homo errare à rectitudine veritatis, vt in c. à nobis, 2. de ſent.excom. poſſitque hærere errori, quia etiam quandoque fallit obliuio,23.diſt.præterea ſciſcitaris.ibi,niſi nos fallat obliuio, ſicut errauit Vrbanus II. cum dixit,quod nō reperitur prohibitū an vir & uxor ſimul poſſint ſuſcipere puerum.30.q.4.quod autē. & tamen anteceſſor eius Leo illud prohibuerat,de conſ.diſt.4.nō plures.& gloſ.commemorat in d.c.præterea.& in c.cum adeo,de reſcrip.poſſitque ſciſmaticis adhærere,ſicut Liberius adhæſiſſe dicitur Arrianis.ergo &c.de hoc infra.

Secundò ſic,Dubius in fide dicitur hæreticus. extra de hæret. c.1.Papa poteſt eſſe dubius in fide, ergo.

Tertiò ſic,Quicūque etiam leui argumento à ritu catholicæ fidei noſcitur deuiare, hæreticus eſt cenſendus, vt C.de hæret.l.2. in fi.ſed Papa poteſt ab huiuſmodi deuiare,ergo.

Quartò ſic,Quicunque malè interpretatur ſacram ſcripturam dicit hęreticus.24.q.3. hęreſis.Papa pōt malè interpretari, ergo.

Quintò ſic,Quicūque falſam opinionem gignit,eſt hęreticus. 24.q.3. hęreticus.Papa poteſt falſam opinionem gignere, ergo.

Sextò ſic,Quicunque malè ſentit de ſacramentis Eccleſiæ hæreticus eſt cenſendus,vt in c.1.de ſum. Trin. & fi.cath.& in c.ad abo-

abolendam, extra de hæret. Sed Papa potest malè sentire, ergo.

Septimò sic, Omnis qui non credit, recipit & tenet ea, quæ prędicant & statuerũt sancta quatuor Concilia, hæreticus iudicatur. C. de hæret. l. quicunque. extra de renunc. c. post translationem. Papa potest non tenere prædicta, ergo.

Octauò sic, Quod aliàs visum est in natura humana culpabile, poterit vtique iterum uideri contingere: sed aliàs visum est Papã potuisse errare & errasse, ergo successiuis temporibus Papa poterit hæreticari. Maior probatur, quia ex præcognitis est doctrina; vt in 6. Ethicor. & in 1. Posteriorum. Minor patet in multis, qui in papatu errauerunt, vt Liberius, qui prius in exilium missus per Imperatorem Constantium, qui hæreticus effectus erat ex Arrianis, & de cõsilio eiusdem Liberij clerus Romanus Fœlicem ordinauit in Papam, qui Fœlix celebrãdo Concilium, Vrsatium & Valentem, familiares Imperatoris presbiteros, hæreticos detexit, ex quo Fœlix depositus fuit, & Liberius Imperatori obtemperans & Arrianus effectus, per sex annos infœlix hæreticus ab omnib. est reputatus, vt in Cronica Martiniana describitur. Item Anastasius II. qui temporibus Theodorici Regis, volens occultè reuocare Achatium hæreticum, & communicare cum Fotino, diuino iudicio percussus, dum ad naturæ necessaria secessisset, egerendo intestina miserabiliter vitam finiuit, vt in pręfata Cronica, & 19. dist. Anastasius. & 1. q. 1. quod autem per hæreticos. Item Marcellus, qui à Diocletiano Imperatore compulsus incensum obtulit idolis, & seipsum à papatu deposuit, & ad Diocletianũ pergens ac se Christianum audacter profitens, capitali sententia martiriũ consummauit cũ Claudio & Quirino, vt in dicta Cronica, & 21. dist. nunc autem. Nostra etiam hac ætate in Concilio Constantiensi patuit.

Nonò sic, Non prohibens hæresim, cum potest, hæreticus iudicatur, vt in c. 2. de hęret. & 83. dist. error, cui non resistitur, approbatur. & 2. q. 7. negligere, cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere. Sed Papa potest in talibus negligens esse, ergo &c.

Decimò sic, Quod à uiro probabili dictum est, licitè ponitur, vt 1. Thopic. & Inno. in c. ne innitaris, extra de constit. dicit quòd dictis sanctorum Patrum, vel aliorum ab Ecclesia receptorum stare licet, nisi sint ab Ecclesia retractata, 26. dist. c. 1. & 2. & 32. dist.

§.1.in fi.Sed à uiris probabilibus dictũ est, Papam posse esse hæreticum, vt à sancto Bonifacio Martyre.40.dist. si Papa.vbi dum dicit, à nemine est iudicãdus, nisi deprehendatur à fide deuius. quę verba expresse præsupponunt Papam posse à fide deuiare, & sic per consequens errare: nam etsi Vicarius Christi sit Petri successor, & sponsus Ecclesiæ, non tamen est Deus, sed homo. ergo non impeccabilis, sed peccabilis. nã, vt dicit Hierony.in explanatione fidei, & Magister sentent.refert in 2.dist.36.c.antepen.tam illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum uitare non posse, quàm illos qui cum Iouiniano asserunt, hominem non posse peccare. & idem Hieron.contra Iouin. ait, Omnis creatura sub uitio est, non quòd omnis peccauerit, sed quia nulla est quæ peccare non possit. Posse autem peccare, vt Augustinus ait, non est aliquid posse, imò aliquid non posse: vnde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest, quia omnia potest quæ posse est aliquid posse. sic ergo eius comparatione qui mutabilitatem nescit, omnis creatura vitiosa dicitur, quia mutabilitatis est capax, iuxta illud, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, & astra non sunt munda in conspectu eius. Hinc dicit Iob.15.c.Quid est homo vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter Sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius. Et Iob.4.c.scribitur, Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem. quanto magis si, qui habitant domos luteas, qui terrenũ habent fundamentum, consumentur velut à tinea? sic comparatione eius creaturæ, quæ mutationem recipit, omnis creatura quę permutatur, non vera sed vana esse probatur. Vnde omnis homo mendax esse dicitur & vanitati similis factus, refert Gratianus de pœnit.dist. 2.charitas autem.hoc etiam asserunt Glossatores, vt in d.c.si Papa.vbi omnes hoc tenent indifferenter, vt Hug.Io. Glos. Archid. & quotquot scripserunt super Decretum & Decretales, nec fuit aliquis authenticus Doctor scribẽs, qui contrarium præsumeret affirmare. Sic Io. And.in c.1.de renunc.lib.6.dicit, Et nota quòd licèt omnis sufficientia esse dicatur in Papa, ita quòd omnia iura in pectore habeat, de constit.c.1.tamen interdum insufficiens esse potest, vt hic. Et infra in ead.glos.super ver.insufficientem, cum in princ.dixerit, propter hoc etiam non posset deponi, quia propter solam hæresim deponitur.46.dist.si Papa.subdit cir

ca si.

ca fi. eiusdem glos. Quis enim sanctum dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? 40. dist. si Papa. & in c. cum ex iniuncto, §. rursus. de hæret. in nouel. dicit idem Io. And. quòd etiam si Papa se submittit præter casum hæresis, semper potest reuocare, scilicet illam spontaneam submissionem. & in c. nemo iudicabit primam sedem. 9. q. 3. dicit Glos. nisi se alicuius iudicio submittat. 2. q. 7. nos si incompetenter. & in causa hæresis. 40. dist. si Papa. & eadem causa & quæst. c. aliorum, dicit glos. in ver. formidinem, Imo sine venia puniri debet, sicut diabolus qui maximus cōparatione aliorum creatus est, vt infra de pœnit. dist. 2. principium. & alia gl. dicit, hoc est dicere, cum ipse sit maior omnibus, grauius punitur ibi, si peccat. Specul. etiam in titulo de legato, §. nunc ostēdendū, circa principiū, dicit, Primò ergo Papa, seu prima sedes à quoquā accusari seu iudicari non potest, nisi solùm de hæresi, vt 40. dist. si Papa. 9. q. 3. aliorum. nisi fortè ipse Papa voluntariè se submittat alicuius iurisdictioni. 2. q. 7. nos si incompetenter. 2. q. 5. mandastis. ff. de iurisd. om. iu. est receptum. nam & ipsemet se deponit. 21. dist. nunc autem. hæc Specul. Glos. etiā in c. licet. extra de elec. super ver. Exceptione. dicit, & sic nulla exceptio potest sibi opponi, nisi de hæresi. 40. dist. si Papa. vbi Io. And. dicit quòd de hæresi potest conuinci duobus testibus, licèt in depositione Cardinaliū maior numerus requiratur. 2. q 4. præsul. & hæresis non includit hic simoniam. 79. dist. si quis pecunia. Vide supra eo. Trac. de elec. Papæ. vbi Ioannis Andreæ conclusionē firmaui, quòd possit agi, sed nō excipi. & ita dicit Archid. in d. c. si Papa. Ecce quàm vmbrosum nemus, quàm horrida specus, quàm veprosum pratum, & pelagiosa palus, prima facie ad inuadendū formidabilis & obducta.

Rem itaque tam grandem aggrediēs, diuino cōfisus præsidio salutari, respondeo cum omni reuerentia, & humili subiectione præmissa, quòd posse hominis, cōsiderandum est dupliciter, videlicet secundum naturam & secundum gratiam. Si secundum naturam, aut secundum naturam bene institutam, aut post lapsum primi hominis: si primo modo, dicendum quòd homo in statu innocentiæ habebat posse peccare, & posse non peccare, & sic posse mori & posse non mori. Si secundo modo, dico quòd post lapsum habet posse mori, quia posse peccare: sed non habet posse non mori, quia non habet posse non peccare, eo quòd natura destituta voluntate deprauata prona est ad malum, Genes. 8 In tertio verò

 statu,

ſtatu,cum mortale hoc induet immortalitatem, tunc habebit nõ poſſe mori,& ſic nõ poſſe peccare.hæc colliguntur ex 2. ſent.diſt. 19.& ex dictis Auguſtini ſuper Gen. ibid. allegatis per Magiſtrũ. & idem Auguſtinus contra Maximinum,& Magiſter refert in 1.ſent.diſt. 8. dic.In omni enim mutabili natura nonnulla mors eſt ipſa mutatio,quia facit aliquid in ea non eſſe,quod erat.Vnde & ipſa anima humana,quæ idcirco dicitur immortalis, quia ſecũ dum modum ſuum nunquam deſinit viuere, habet tamen quandam mortem ſuam:quia ſi iuſtè viuebat, & peccat,moritur iuſtitiæ:ſi peccatrix erat & iuſtificatur, moritur peccato. Et infra,Et creaturarũ natura cæleſtiũ mori potuit, quia peccare potuit: nã & angeli peccauerunt & dæmones facti ſunt,quorum eſt diabolus princeps,& qui non peccauerunt,peccare potuerunt.& cuicũque creaturæ rationabili præſtatur ut peccare non poſſit,non eſt hoc naturæ propriæ,ſed Dei gratia,& ideo ſolus Deus, ut ait Apoſtolus. 1.ad Timot.6. habet immortalitatem, qui non cuiuſquam gratia, ſed natura ſua nec potuit, nec poterit, nec poteſt aliqua conuerſione mutari:nec potuit,nec poterit, nec poteſt aliqua mutatione peccare. Eandem ſententiam refert Magiſter in ſecundo ſent.diſt.7.c.3.& in eod.2.diſt.25.c.6.dicit Magiſter, Ex prædictis perſpicuum fit,quòd maior fuit libertas arbitrii prima quàm ſecunda, & tertia multo maior quàm ſecunda, & prima. Prima enim libertas arbitrii fuit, in qua poterat peccare & non peccare.Vltima verò erit,in qua poterit nòn peccare, & non poterit peccare. Media verò eſt,in qua poteſt peccare & non poteſt non peccare.ante reparationem etiam mortaliter,poſt reparationem verò ſaltem venialiter. Et poſſunt notari in homine quatuor ſtatus liberi arbitrii. Ante peccatum enim ad bonũ nil impediebat, ad malum nil impellebat,non habuit infirmitatem ad malum, & habuit adiutorium ad bonum. Tunc ſine errore ratio iudicatur & voluntas ſine difficultate bonum appetere poterat. Poſt peccatum verò ante reparationem gratiæ premitur à concupiſcentia & vincitur, & habet infirmitatem in malo,ſed non habet gratiam in bono, & ideo poteſt peccare & non poteſt non peccare etiam damnabiliter. poſt reparationem verò ante confirmationem premitur à concupiſcentia, ſed non vincitur,& habet quidem infirmitatem in malo, ſed gratiam in bono vt poſſit peccare propter libertatem & infirmitatem,& poſ

ſit

sit non peccare ad mortem propter libertatem & gratiam adiuuãtem: nondum tamen habet posse omnimodo non peccare, vel nõ posse peccare propter infirmitatem nondum perfectè consummatam. Post confirmationem verò infirmitate penitus consumpta & gratia consummata, nec vinci poterit, nec premi, & tunc habebit non posse peccare. Ecce quàm clarè aperit Magister hunc tractatum, ad quod fortius validandum idem Magister dicit in 3. sent. dist. 12. dum quærit, an ille homo, scilicet à Deo assumptus peccare potuerit, uel nõ esse Deus. hic distinctione opus est, utrũ de persona, an de natura agatur. si enim de persona agitur, manifestum est, quia peccare non potuit, nec Deus non esse potuit. Si verò de natura discutiẽdum est, vtrum agatur de ea tanquàm verbo vnita, an tanquàm non vnita, & tamen enti, idest an de ea secũdum quòd fuit vnita verbo, an de ea secundum quòd esse potuit & nõn vnita verbo. non enim ambiguum est animãm illam entẽ vnitam verbo peccare non posse & est sine ambiguo verũ eandẽ, si esset & non vnita verbo, posse peccare. Certè hoc præsupposito quanto magis potest peccare, & sic hæreticam esse animam Papæ per argumentum, si de quo minus. 2. Topic. &c. Roboratur hæc sententia per determinationem Doctorum decidentium communiter in secundo sent. dist. 23. quòd Deus non possit facere voluntatem creaturæ rationalis impeccabilem per naturam, quia solus Deus est, in quem non potest cadere peccatum, ut dicit Hierony. in tracta. de filio prodigo. Ex quo Ansel. in lib. cur Deus homo, declarat quòd ideo Deus non potuit facere creaturam rationalem impeccabilem per naturam, quia non poterat facere ipsam esse Deum. ergo nulla creatura potest esse impeccabilis per naturam, nisi assumpta in unitate naturæ diuinæ. & sic erit & est impeccabilis non secundum naturam humanam, sed secundum naturam & gratiam diuinam. Si verò consideremus posse hominis secundum ipsam diuinam gratiam, tunc dicendum quòd ex gratia diuina potest quis passiuè sanctificari in utero matris, intantum quòd nunquam actualiter peccet mortaliter, sed tamen ex libertate arbitrij poterit peccare uenialiter, sicut creditur de Ieremia, de quo scriptum est, Prinsquàm te formarem in utero, noui te: & antequàm exires de ventre sanctificaui te. Ierem. 1. Et de Ioanne Baptista, Luc. 1. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Et tamẽ August. de obitu Sanctorum dicit, Si

omnes

omnes Sancti, qui fuerunt ab initio mundi & erunt usque in finē congregati, interrogarentur quis eorum esset sine peccato, puto quòd omnes dicerent illud, quod Io. Euangelista dixit 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, excepta Virgine gloriosa, de qua cum de peccatis agitur, nullam prorsus uolo fieri mentionem ob reuerentiam Domini. Ecce in tanta generalitate solam excepit Virginem, quæ nec primam similem visa est, nec habere sequētem, de qua scriptum est, Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. & in alio Ps. surge Domine in requiem tuam, tu & archa sanctificationis tuæ. superabundauit enim in ea plenitudo diuinæ gratiæ super omnes creaturas. Vnde Gabriel eam salutans dixit, Luc. 1. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Et infra, spiritus sanctus superueniet in te, &c. Vnde Albert. Magnus in quarto compendii Theologicæ veritatis, tractans de sanctificatione materna dicit, Sanctificatio triplex est. Quædam communis, vt quæ fit per sacramenta. Quædam specialis, vt quæ fit per gratiam spiritus sancti. Quædam specialissima, vt quæ fit per gratiam singularem. Prima remouet culpam, & confert gratiam, remanet tamē fomes & pronitas ad peccandum: & talis est in baptis. Secunda remouet culpam & pronitatem peccandi mortaliter, & talis fuit sanctificatio Ieremiæ & Io. Baptistę. Tertia remouet culpam originalem & pronitatem peccandi tam uenialiter quàm mortaliter, & talis fuit sanctificatio beatæ Virginis. Et infra dicit, quòd ad confirmationem perfectam tria pertinent. Primum est inseparabilis coniunctio rationis ad Deum. Secundum est indeflexibilis subiectio inferiorum potentiarum animæ sub imperio rationis. Tertium est indiscontinuabilis conuersio actualis totius hominis in Deum, quando homo diuina dulcedine affectus ex toto corde, ex tota anima & ex omnibus uiribus, semper actu tendit in Deum, & in quodcunque aliud, in quantum in eo relucet Deus. Primum horum habet gratia sanctificationis simpliciter, ut scilicet nullus qui eius particeps fuerit, possit peccare mortaliter. Secundum habuit beata Virgo, & ideo nec venialiter unquam peccauit, sicut dicit beatus Augustinus. Tertium autem non potest conuenire gratiæ uiæ eo quod hæc ex Dei fruitione causatur, quæ tantùm est in patria. & subdit quòd tres fuerunt sanctificationes matris Dei. Prima fuit

sancti-

sanctificatio in vtero matris, & hæc tres effectus babuit, scilicet originalis culpæ expiationem, & gratiæ infusionem, & fomitis tantam restrictionem, quòd non posset aliquod peccatum inducere, licèt ipse fomes maneret secundum essentiam. Secunda sanctificatio fuit in spiritus sancti obumbratione & filij Dei conceptione, quæ tribus præmissis duo superaddidit, scilicet omnimodam fomitis extinctionem & confirmationem in bono, ita quòd quæ prius poterat non peccare, iam non posset peccare. hos duos effectus expressit Angelus, Luc. 1. dicens, Spiritus sanctus superueniet in te. quantum ad primum. & virtus Altissimi obumbrabit tibi. quantum ad secundum. Tertia sanctificatio fuit in filij Dei inhabitatione, qui nouem mensibus in eius vtero mansit, & hæc omnibus prædictis duos effectus addidit. Primus fuit quòd omnes dispositiones fomitis sublatæ fuerunt, sicut quando morbus curatus est, sed adhuc interdum remanent reliquiæ curandæ. Secunda fuit dedicatio ad diuina, ita quòd etiam licitis vsibus mũdanis, scilicet matrimonialibus, eam aptari esset impossibile: quia tunc non solum mens, sed & corpus luce diuinitatis resplenduit, vt signatum fuit Ezech. 43. ibi, & terra splendebat à maiestate eius. Hæc Albertus. Cui circa subiectam materiam ad propositũ Papæ, assentio & adhæreo, licèt de Conceptione beatæ Virginis ordo meus aliter sentiat, de quo passu alibi dixi, scilicet in Tractatu de conceptione beatæ Virginis. Patet igitur ex prædictis quòd solus Deus per naturam est impeccabilis: per gratiam autem, præter Christum, soli Virgini Mariæ concessum est, omnino fuisse impeccabilem. sed ea quæ singulariter ex priuilegio specialissimo concessa sunt vni, non possunt extendi in exemplum aliorum. 16. q. 1. §. hoc vel generaliter. & c. hinc est etiam. & 90. dist. contra morem. 7. q. 1. petisti. de priuileg. c. sanè. & de reg. iur. c. priuilegium, lib. 6. ergo priuilegium Christi & beatæ Virginis, ad Papam non extenduntur pro subiecta materia, de qua agimus. Aliud est enim iudiciali strepitu aduocatos inter se decertare, aliud Theologicè diffinire. Erubescant & confundãtur beatæ Virgini detrahentes, quòd in triduo mortis Christi vera fides in eadem beata Virgine non fuerit totaliter conseruata, cum in cæteris defecisset, & Petrus ter negasset Dominum Saluatorem. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. & Ioan. 18. Et quòd fides defecisset in alijs, patet per euangelicam tubam, videlicet primò

per

per tubam Matth. vlt. ad fin. dicentis, Vndecim autem discipuli. & infra, quidam autem dubitauerunt. nam, vt dictum est, dubius in fide, infidelis est, vt in c. 1. de hæret. ergo, & c. Dicit enim ibi Remigius, scilicet Matth. vlt. Videntes ergo discipuli Dominum cognouerunt. Et ideo pius & clemens Magister, vt omnem dubietatē auferret à cordibus eorum, accedens ad eos corroborauit in fide, dicens, Data est mihi omnis potestas in c. & in t. Marcus etiā vlt. c. scribit, Angelum dixisse mulieribus, Ite, dicite discipulis eius & Petro. vbi dicit Hierony. Mulieribus dicitur, vt nūcient Apostolis, quia per mulieres uita resurgens. Dicit autem specialiter & Petro, qui se indignum iudicat discipulatu, dum ter negaūit Magistrum. Sed peccata præterita non nocent, quando non placent. & Greg. dicit, Si autem hunc Angelus non nominatim exprimeret qui magistrum negauerat, venire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperet ex negatione. Ibi etiam idem Marcus scribit, Et illi audientes quia viueret, & uisus esset ab ea, non crediderunt. Vbi idem Gregorius dicit, quod resurrectionem Dominicam discipuli tardè crediderunt, non tam illorū infirmitas quàm nostra, vt ita dixerim, firmitas fuit. Ipsa nanque resurrectio dubitantibus per multa argumenta monstrata est, quę dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quàm de eorum dubitatione solidamur? Et ibidem Marcus scribit de duobus d. Et illi exeuntes renunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. vbi dicit Seuer. Cum Lucas dicat quòd iam inde loquebatur verè resurrexisse Dominum, & Simoni apparuisse, quod intelligendum est; nisi aliquos ibi fuisse qui nollent credere. Quid est enim clarius quàm ipsius Marci Euangelistæ textus, apertissimè denudās hāc veritatem, cum dicit, Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatē illorum & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse à mortuis, non crediderant. vbi dicit Augustinus, Nunquid non tunc exprobraturus erat quòd non credidissent eis, qui eum viderant resurrexisse, quando iam & ipsi totiens post resurrectionem eum viderant. Et infra, sed erant ibi vtique non credentes. Et infra, Post multas demonstrationes eius, eum nouissimè recumbentibus vndecim apparuisse. i. ipso quadragesimo die. Et quoniam iam erat ab eis ascensurus in cœlum, hoc eis illo die maximè exprobrari voluisse, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderant

ante-

antequam ipsi eum viderent, cum vtique post ascensionem prædicantibus Euangelium etiam gentes quæ non viderunt, fuerant crediture. Post illam quippe exprobrationem, vt ait idem Marcus, dixit eis, Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Hoc ergo prædicatur, non ipsi primitus fuerant obiurgandi, qui antequam Dominū vidissent, non crediderūt eis, quibus prius apparuisset. Super his verbis etiam dicit Gregorius, idcirco etiam tunc Dominus discipulos increpauit, cum corporaliter reliquit, vt verba quæ recedens diceret, in corde audientium impressa remanerent. Et Hieronym. dicit, exprobrat autem incredulitatem vt succedat credulitas. Exprobrat duritiam cordis lapidei, vt succedat cor carneum charitate plenum. Hæc sunt prædicti Doctores. Luc. enim vlt. c. dicit, quod visa sunt ante illos scilicet Apostolos, vt supra proximè expressit, sicut deliramenta, verba ista, scilicet quæ multa referebant de resurrectione populi. sequitur, & non credebant illis. Petrus autem surgens &c. vbi dicit Eusebius, solus enim ipse, scilicet Petrus, credidit fœminis dicentibus se Angelos vidisse. Et Thomas dicit, Petrus autem hoc audiens tollit moras & vadit ad monumentum, quia nec ignis nouit moras.

Errata sic corrigenda.

Lector, numerus prior paginam, secundus lineam, litera A B. primam & secundam paginæ faciem tibi indicant.

pag.		lin.	
4	A.	32	canonica
5	A.	3	terrarum
6	B.	2	plures
7	B.	15	at verò
		33	mundis
11	B.	9	cum
13	B.	25	potest
16	B.	28	intellige-
19	A.	21	inducere
	B.	32	sacerdotum
22	A.	16	fundauit
30	A.	14	confusionem
33	A.	32	nec nox
36	B.	28	pronunciare
42	A.	6	fratribus
		9	Paral
43	B.	21	indicabunt
46	B.	31	in semine
47	A.	11	dicite
		14	venit
48	B.	25	vtat
		penult.	exurgat
49	A.	16	ostenderent
		19	audierunt
	B.	*vlt.*	functos
50	A.	31	misceantur
52	A.	*vlt.*	hostiam suis
	B.	29	cum oleo
53	A.	18	crediderit
54	B.	8	regum
55	B.	33	factam
56	B.	11	& magistra:nam
57	B.	5	ministrari
58	A.	30	Didascal
59	A.	32	vxoribus
60	A.	13	confirmat

pag.		lin.	
	B.	22	sed sint
63	A.	31	prædictos
	B	31	conuexata
64	A.	35	quo
66	B.	24	ex
67	B.	9	instanter
68	B	25	dirigens
		antep.	inferiorum
69	A.	*vlt.*	speculatiuis
70	A.	12	quo
73	A.	*pen.*	statui
74	A.	31	seruiant
75	B.	4	quadam
78	A.	11	generationem
79	B.	20	staterem
81	B.	21	dominatorem
87	A.	4	habitum
101	B.	24	gatam
102	B.	3	conueniant
		18	fulcitum
105	A.	25	ergo
	B.	3	reconciliat
109	A.	32	epistolis
113	B.	14	dignaretur
115	A.	6	clauis
		8	*deleatur* is
121	A	31	tibus
		36	Greg.
124	B.	26	aut.
		28	caueant
127	A.	*pen.*	Episcopus, & antequam
131	A.	16	condendi
133	B.	25	superius
137	A.	23	Marcellinus
140	A.	27	Cyrino
	B.	1	habuit

INDEX

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HOC LIBRO de Papæ & Concilij, siue Ecclesię auctoritate, continentur.

Chri-

Con-

D

F

G

Papa

Q

R

Subditus.

FINIS.

SPECVLVM CLERICORVM

B. IOANNIS A' CAPISTRANO,
è Minorum Obſeruantium familia,
Concionatoris celeberrimi,

Nunc primùm in lucem editum,

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



VENETIIS,
Apud Antonium Ferrarium.
M D LXXX.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS.

FERDINANDO MEDICEO

Cardinali S. R. E. meritissimo, Tit. S. Mariæ Nouæ, & Protectori Opt. Religionis Obser. D. Francisci

ET si ex Illustrissima familia Medicea multa semper nostræ sanctissimæ Religioni beneficia collata sint, ea tamen maximas tenere arbitror, quæ a Sanctissimo, & Beatissimo Pontifice Maximo, Clemente VII. collata sunt magna cum illius gloria, ac dignitate; omnia scilicet, quæ ad nostræ Religionis ornamentum attinent, magnificentissimè confirmari, & approbari, sigilloque suo muniri voluerit, &

magis in dies augeri, omnibusque in rebus ad præsens vsque, sibi maximo adiumento esse. At cum tu, Reuerendissime, ac Illustrissime Domine, ob tuam innatam probitatem, ac humanitatem, libentissimè id oneris susceperis, vt & Pater, & Protector eius esse velis, hoc illi sanè, nil gratius, nilque iocundius esse poterat; & hac de re, vti suum est, die noctuque immortales Deo Optimo Maximo pro sua suorumque incolumitate, toto pectore preces fundit, & quoad potest ob tuorum erga se meritorum, aliquid muneris ad te missum facit, huiusce scilicet generis, quod in suis componendis moribus, omnibus prosit. Qua de re, cum superioribus diebus, ad mei, humilis serui tui manus deuenisset Opusculum, scilicet Beati Ioannis Capistranēsis, ordinis nostri, quod Speculum Clericorum dictum est, & cum per multos annos tanti viri labores latuerint, mihi maxime cordi est, vt perpulchris excusum typis, in lucem prodeat, hac tantum de causa vt Clericis morem geram, quo facilius magis ac magis (vti debent) optimis se exornent moribus, idque facillimè se consecuturos spero,

si Tu,

si Tu, uti soles, Protector optime, huic rei opem tuleris, ne quis vt ei non conuenit, hac de re liberius male verba faciat, & tua ego confisus humanitate hoc Opus, omni humilitate, tibi dicatum volo, qui Clericorum partes omni pietate, uti Princeps, semper exornasti: & si quid indignius, & inclementius in eas dictum est, tandem maximis cum laudibus supremas ferre fecisti. Vale diu fœlix,

Venetijs vndecimo Calendas Iulij:

M D LXXX:

Tuæ Illustrißimæ ac Reuerendißimæ D.

Humilis, ac fidelis seruus,

F. Joannes Franciscus Arzignanensis.

INDEX PRÆCIPVARVM RERVM, QVÆ HOC IN SPECVLO
Clericorum continentur.

Cle-

F I N I S.

B. IOANNIS A CAPISTRANO, e Minorum Obseruantium familia,

SPECVLVM CLERICORVM.

Hoc est Sermo ad Clerum, in Tridentina Sinodo, anno 1439. die 22. Mensis Aprilis, in cathedrali Ecclesia habitus.

Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiam eos. Exodi. 19.

Princeps Serenissime, Paterque clementissime, ac præsul dignissime, Alexander inclite Dux Mazouię, & Domine Episcope Tridetine. Et vos Patres venerandi, Doctores eximij, præstantissimique prælati, Priores & Præpositi, ac Domini Canonici, plebani & capellani, clericique cæteri astantes vndecunque, Genus electum, Regale sacerdotium.

Non quia mihi putem eloquentiam vel facundiam assistere, aut dicendi peritiam famulari, cum me ignarum & rudem apud tantam Maiestatem tantosq; Patres nouerim luculenter: maximũ mihi tamen munus hodie collatum existimo, meq; felicissimum reputo coram tantis facultatibus exaudiri, iamq; tam patienter auscultari verbula garrulantis, vt terrore concussus, & stupore confusus, tremula voce conclamem cum Elisabeth balbutiens, Et unde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Luc. 1. & vnde, inquam, dixerim hoc mihi, vt coram tot & tantis dignis Patribus os præsumpserim aperire? Non in mea igitur audacia reprimenda, sed in uestra benignissima clementia ueneranda uel patientia protinus commendanda, de summa Dei potestate confisus, a quo descendit omne datum optimum & omne donum perfectum, tanquã à patre luminum. Iaco. 1. A quo item omnis splẽdor rhetoricæ eloquentiæ, omnes modi poeticæ locutionis, qualibet varietas decore pronũciationis sumpsit exordium, teste Cassiodoro super Psalteriũ, transumptiuè autem Gratianus meminit in Decretis, 37. dist. c. legimus. Inuocatio.

c. legimus. uers. deniq;. vbi subnectitur Ambrosius super epistolam ad Colos. inquiēs. Omnis ratio supernæ scientiæ vel terrenæ creaturæ in eo est, qui est caput eorum & auctor, vt qui hunc nouit, nihil ultra quærat: quia hic perfecta virtus est & sapiētia. In Daniele deniq; & Salomone ostendit Deus infidelibus se esse auctorem totius sapientiæ. Ad ipsum igitur fontem uiuum totius sapientiæ, bonitatis, & gratiæ recurramus, Christum Iesum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, vt dicit Apostolus ad Colos. 2. & cum eodem dixerim quod describit 2. ad Corin. 3. Fiduciam autem talem habemus per Christum, ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Iuxta quod auctor & dux vitæ Iesus Christus suis Apostolis & fidelibus inquit, Ioan. 6. Spiritus est, qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam. verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Igitur cum eodem Apostolo ad Hebræ. 4. dixerim, Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum filium Dei, teneamus confessionem. & infra, Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Et cum Philone in persona Salomonis diuin. præsidium una uobiscum inuocabo, per orationem Sapientiæ nono scriptam dicens. Deus patrum nostrorum, & Domine multæ misericordiæ qui fecisti omnia uerbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturę tuæ, quæ à te facta est, vt disponat orbem terrarum in æquitate & iustitia, et in directione cordis iudicium iudicet, da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam. & infra, Mitte illam de cælis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecū laboret, et sciā quid acceptum sit apud te: scit enim illa omnia, & intelligit, et deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potētia & erunt accepta operā mea. Hac igitur vtcunque tali excusatione mea, vel potius accusatione, atque humili diuina inuocatione præmissa ad thema pro dicendis redeo iam propositum Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur ne percutiam eos, vbi supra. Quæ fuerunt verba coram uestris præcellentijs primo loco proposita reuerenter.

PARS PRIMA.

INtendens diuina sapientia suos ministros breuibus verbis & sermonibus ponderosis catholicè informare, vt abnegantes impietatem & secularia desideria sobriè & instè & piè uiuamus in hoc seculo expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, vt dicit Apostolus ad Titum 2. Vt qui ad mensam Domini sunt vocati, nitore fulgeant, exemplari compendio vitæ laudabilis & moralis, omni depulsa spurcitia seu immunditia vitiorum, vitam transigere temporalem, tanquam digni domicelli Regis altissimi accepti in ministerio habeantur, & tanquam sal terræ pro seipsis & reliquis sonabiliter conuiuentes, & discretione fulgida tanquam lux mundi cæteros illustrantes, intelligant ab excelso Doctore, Christo Iesu, quod non solū Apostolis & discipulis, verū et cunctis successoribus p̄sbiteris & clericis intonauit, Mat. 5. dicēs, Vos estis sal terræ, ꝙ si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilū valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Verè conculcatur ab hōibus, tanquā fimus vilissimus, immūdus clerus & sordidus, madefactus spurcitia vitiorum & catenis criminum irretitus, vt nec sibi nec aliis iam quicquam valere putetur: quia, vt dicit Gregorius, Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur: qui autem bene præsunt præsbiteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, vt dicit Apostolus 1. ad Timo. 5. Duplici siquidem honore funguntur digni præsbiteri, reali videlicet & personali, siue temporali pariter & spirituali, vel transitorio denique cum æterno: nam etsi in terris habitēt naturæ necessitudini subiugati cum mortalibus creaturis, anxiè tamen satagunt in cęlis cum Angelis conuersari, vt accepti sint Regi, intelligentes ministri. Quamobrem sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic luceat lux cleri coram hominibus, vt eorum bona opera intuentes glorificent patrem, qui in cœlis est. Matth. 5. Vos estis lux mundi, &c. Nam sicut lux nedū seipsam irradiat, sed cæteras circumquaque diffundens suos radios conspecta perlustrat, ita proborum & iustorum clericorum luminosa vita se contuentes fulgore sanctitatis illuminat & serenat. Ad curam igitur positus aliorum in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo

Domini oporteat conuerſari, vt in c. cum in cunctis, extra de elec. meritò igitur ex parte ſummi Dei proteſtatur Angelus & commonefacit Moyſen, vbi ſupra dicens, *Sacerdotes quoq; &c.* In quibus quidem ſacris verbis tria breuiter denotantur. Primum eſt excelſæ dignitatis miniſterium glorioſum: ibi, *Sacerdotes quoque, qui ad Dominum*. Secundum eſt eximiæ puritatis ergaſterium precioſum: ibi, *Sanctificetur.* Tertium eſt extremæ pœnalitatis improperium pernicioſum: ibi, *Ne percutiam eos*.

Quoad primum, quia Sacerdotes ſunt miniſtri ſacramentorũ, & operum diuinorum, ac negotiorum Chriſti Ieſu, iuxta quod dicit Apoſtolus. 1. ad Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Sacerdotes namque dicti ſunt, quaſi ſacrę dotes. Ex ipſo igitur nomine ſanctitas & iuſtitia deſignatur, iuxta illud Pſalmiſtæ, Pſal. 131. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, & Sancti tui exultent. dicuntur etiam Sacerdotes, quaſi ſacrum dantes cultibus diuinis, quia ſacramenta diuina conficiunt & miniſtrant. Præsbiter autem Græcè, Latinè ſenior interpretatur, non propter ætatem, ſed propter honorem, & dignitatem, quam accipiunt, dum ſacrant, vt dicit Iſidorus 7. Etymol. c. 12. & habetur in Decretis 2. diſt. c. 1. verſi. Præſbiter. Qui enim Sacerdotes vocabantur in veteri teſtamẽto, quorum primus Melchiſedech, qui panem & vinum obtulit in ſacrificium acceptabile coram Deo, Gen. 14. de quo ſatis protensè diſputat Apoſtolus ad Heb. 7. oſtendens non per Aaron, ſed per Melchiſedech, qui ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initiũ dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem filio Dei manet Sacerdos in perpetuum, Dominum Ieſum Chriſtum, ſummum Sacerdotem & Pontificem figuratum, de quo ſatis per Doctores in c. tranſlato. extra de conſtit. & 21. d. c. cleros. & c. in nouo. Hi ſunt ergo, qui nunc præsbiteri appellantur, & qui tunc appellabantur principes Sacerdotum, nunc epiſcopi nominantur: omnes tamẽ moderni præsbiteri, tot⁹ clerus, & ſacerdotium a Chriſto Ieſu, tanquam à ſummo capite ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores Sacerdotes, ſeptuaginta duos diſcipulos, quaſi minores inſtituit Sacerdotes: Petrum autem in ſummum Sacerdotem elegit, 21. di. §. 1. verſ. ſimpliciter. Præſbiteros igitur meritò dicimus dignitate potius quàm ætate. Et ſacer

dotes sapientia, sanctitate & gratia nuncupamus. Ex quibus redduntur bene meritò uenerandi. Septem equidem respectibus sacerdotali, siue clericali ordini humilis reuerentia noscitur exhibenda, videlicet Primò respectu dignitatis. Secundò respectu medialitatis. Tertiò respectu principalitatis. Quartò respectu commoditatis. Quintò respectu nobilitatis. Sextò respectu auctoritatis. Septimò respectu exemplaritatis.

Primò dico, clero deberi reuerentiam respectu dignitatis: nam non reperitur in orbe terrarum, maior dignitas culmine sacerdotalis præeminentiæ dignitatis. Nam si de quo minus videtur inesse, & inest: ergo multò fortius de quo magis, vt in 2. Topic. sed minus videtur inesse de īperiali culmine dignitatis, quàm de reliquis post se minoribus, & tamen inest, quia ita est quòd Imperator, qui primus est, & maior in genere Regum, & Principum orbis terræ humilem reuerentiam, & debitam fidelitatem, ac prōptam obedientiam spondet, & exhibet sub iuramento debitæ obligationis illi sacerdoti magno, qui primus est, & maior in ordine, & in genere Sacerdotum, videlicet, summo Pontifici, vt patet in Decretis 63. dist. c. tibi Domino. Ioanni Papę ego Rex Otho promittere, & iurare facio per patrem, & filium, & spiritum sanctum, &c. vbi describitur forma iuramenti imperatoris ad Papā. & 22. distin. c. 1. de Christo ad Petrum scribitur institutum, qui. s. Christus beato æternæ vitæ clauigero. s. Petro, terreni simul & cœlestis imperii iura cōmisit. Fecit namque Deus duo luminaria magna in firmamento cœli, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti. Gen. 1. vtrumque vtique magnum, sed alterū maius altero. In firmamēto igitur cœli. i. ad firmamentum vniuersalis Ecclesiæ militantis fecit Deus duo luminaria magna. i. duas instituit dignitates, quæ sunt pontificalis auctoritas, regalisque potestas. Sed illa quę præest diebus. i. spiritualibus, maior est: quæ verò carnalibus, minor vt quanta est inter Solem, & Lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoscatur, vt in c. solitæ, extra de maiorit. & obedien. Meritò igitur de imperatorum & Regum subiectione ad Papam scribit Clemens V. de iureiurando, in Clementinis, vbi etiam formam iuramenti debitæ fidelitatis insinuans ait, Romani Principes orthodoxæ fidei professores, sacrosanctam Romanam ecclesiam, cuius caput est Christus redemptor noster, ac Romanū Pontificem eiusdem redēptoris

Subdistinctio septuplicis reuerentiæ.

iuramentū fidelitatis imperatoris ad populum.

Luminaria magna papa et Imperator

ptoris vicarium, feruore fidei & claræ deuotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, a quo approbationem personæ ad imperialis celsitudinis apicem assumendæ, nec non vnctionem, consecrationem, & imperii coronam accipiunt sua submittere capita non reputarunt indignum, seque illi & eidem ecclesiæ, quæ a Græcis imperium transtulit in Germanos, astringere vinculo iuramenti. Cum igitur Imperator subiiciatur Papæ tanquã singularissimo vicario Iesu Christi, vt in cap. quanto. & in c. inter corporalia, extra de trãslatione. Papa autem maximus est Sacerdotũ, imò summus Pontifex, & Sacerdos maximus nuncupatur, vt dicit Isidor. 7. Etymo. c. 12. & refertur in Decretis 2. dist. c. cleros. ver. Pontifex. multò magis ergo alii Reges, & principes subiiciuntur eidem. Imò plus dicit Gregorius ad Hermãnum Metensem episcopum, & refertur in Decretis, 96. dist. qs dubitet Sacerdotes Christi regum & principum omniumque fidelium patres, & magistros censeri. Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, si discipulus magistrum, sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subiicere, a quo credit non solum in terra, sed etiam in cœlis se posse ligari & solui? & Gelasius Papa Anastasio imperatori scripsit, & habetur eadem distin. c. duo quippe, quomodo beatus Innocẽtius Papa Archadium imperatorem (quia consensit vt sanctus Io. Chriso. a sua sede expelleretur) excommunicauit. Beatus etiam Ambrosius, licèt sanctus, non tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus, pro culpa quæ aliis Sacerdotibus non adeo grauis videbatur, Theodosium magnum imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit, qui etiam in suis scriptis ostendit, quòd aurum non tam preciosius sit plumbo, quàm regia potestate sit ordo sacerdotalis altior, hoc modo circa principium sui Pastoralis scribens, Honor fratres, ĩquit, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari, si regum fulgori cõpares, & principum diademati, longè inferius erit, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextra, eorum credunt orationibus se communicari, vbi glo. colligit notabile, l. principem posse excommunicari etiam à quouis episcopo 63. di. c. 1. post medium. & 11. q. 1. c. si autem nobis episcopis. Dicuntur enim Sacerdotes quandoque Dii, quandoque Angeli, vt dicit Gregorius scribens Mauritio, & habetur

Summus Pontifex.

Princeps quolibet episcopo suo excommunicari potest.

tur in Decretis, 2.q.1. c.sacerdotibus.ibi,nã in diuinis eloquiis Sacerdotes aliquãdo Dii, aliquãdo Angeli vocantur. Nã ad Moysen de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur, Applica illum ad Deos, videlicet ad Sacerdotes, de quo Exo.22. vbi dicit text9, Si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit. & inf. ad Deos vtriusque causa perueniet. hinc & Psalm. dixit, ego dixi, Dii estis. & alibi dicit, nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. subdit Gregorius, & rursus scriptum est, Diis nõ detrahes.i.sacerdotibus, Exo.22. & propheta ait.s. Malachiæ 2. labia enim sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. malum tamen clericum vocat Dominus diabolum, Io.6. dicens, Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est. Nam licèt de Iuda principaliter loqueretur, de omnibus tamen iniquis intelligitur condecenter, de quibus satis agitur, 40. dist. cap. multi. vbi Io. Chriso. dicit, Multi sunt sacerdotes, & pauci sacerdotes. Multi nomine, & pauci in opere. & inf. malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. & 1.q.1.c. Christus. vbi dicit Aug. Christus quid fecit nobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam eucharistiam confectam manibus suis, & ore suo commendatam sicut cæteris Apostolis traderet? quid nobis fecit Christus, qui eũdem traditorem suum, quem diabolum nominauit, &c. Ergo patres venerandi, non cum Iuda, sed cum Petro, cæteris sanctis Apostolis Christique discipulis partem capere festinetis, & tanti culminis dignitatem honore debito conseruetis, vt etiam a regibus, & principibus vestra integerrima sanctitate mereamini venerari, & hæc de reuerentia primo respectu debita sacerdotio sufficiat retulisse.

Sacerdotes aliquãdo dij aliquãdo Angeli nuncupãtur, sed malus dicitur diabolus.

Secundò dicebam, deberi reuerentiam Clero respectu medialitatis. Est namq; sacerdos mediator inter Deum & homines, quasi positus ad reconciliandum mortalium genus hominum cum Deo viuo & vero, vt sicut Christus Iesus mediator factus est ad reconciliationem humani generis cum Deo & Angelicæ naturæ, cum Deo & homine, vt dicit Apostolus ad Colo.1. ibi, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter & ipsum reconciliare, omnia in ipso pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Ex hoc etiam dicit idem Apostolus ad Galatas. 3. quid igitur lex? propter transgressionem

gressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris, mediator autem vnius nō est, Deus autem vnus est. hinc etiam dicit inf. ad Timot. 2. Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate: hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. s. sufficienter, non autem efficienter, quia actus actiuorum non operantur nisi in materia patiente disposita, vt dicit Phil. in 3. de anima. Christi igitur exēplo docti, eruditiq; doctrina, mediatores eē debēt sancti sacerdotes, & clerici ad reconcilianda pacis fœdera humani generis cum Deo, sicut de Aaron scriptum est, Eccl. 45. excelsum fecit Aaron fratrem eius. s. Moysi. & inf. statuit ei testamentum æternum, & dedit illi sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria. & de Noe scribitur Eccl. 44. Noe inuentus est perfectus & iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. & ibidē dicitur de Abr. non est inuentus similis illi. Ideo iureiurando &c. & de Aaron subsequitur Ecc. 45. ipsum elegit ab omni viuente offerre sacrificium Deo, incensum & bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo. Hinc etiam scribitur Ioel. 2. inter vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicēt, parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes, quare dicunt in populis, vbi est Deus eorum? zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. quasi dicat, per deuotas sanctorum sacerdotū preces & orationes placatus Dominus parcit populis. Tales igitur estote, Patres præstantissimi, vt orationes vestræ apud Deum fructum exauditionis digne valeant reportare. Nam sicut Christus mediator est per naturam, ita sacerdos mediator est per gratiam. vnde & Moyses Deuteronom. 5. dixit, Ego sequest. & medius fui inter Dominum & vos. ex quo idem ipse Dominus Iesus Christus suis apostolis protestatur Io. 15. dicēs, nō vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det

vobis. Electio autem Dei, est gratiæ diuinæ præparatio, sicut prædestinatio, qua elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, vt dicit Apostolus ad Ephes. 1. quod satis declarat Magister sen. in 1. lib. dist. 40. & 41. finis aũt electionis sanctitas esse debet, vnde Num. 16. scribit Moyses, quemcunque elegerit Dominus, ipse erit sanctus, ad quem. s. finem vocati sunt Sacerdotes & electi ministri Domini, non solùm vt ipsi sint sancti, sed vt etiam alios sanctificent & emundent. hinc dicitur filiis Leui. 2. Paralipomen 29. vos enim elegit Dominus, vt staretis coram eo, & ministraretis illi. hinc & Dominus Iesus, Io. 12. dicens, si quis mihi ministrat me sequatur. s. per iustitiam, & sanctitatem; & vbi sum ego. s. per naturam, illic et minister meus erit. s. per gratiam. Si quis mihi ministrauerit. s. per sanctitatem vitæ, honorificabit eum pater meus honore. s. æternæ gloriæ, in qua summus honor Christi fidelibus exhibetur, & sic patet de secunda reuerentia ordinis clericalis.

Tertiò dixi reuerẽtiam clero debitam respectu principalitatis, est namque quilibet Sacerdos quasi princeps in populo. i. principalis in ducatu vitæ spiritualis, sicut caput est principalis pars corporis organici phisici, a quo attrahuntur, vt plurimum, sensus corporales & vitales, vt est visus, auditus, gustus, odoratus, & tact⁹, & sic à tali ordine, tanquam a capite totius corporis Ecclesiæ militantis, debet populus vitales. i. spirituales sensus haurire, vt de his quilibet Sacerdos conuiuium faciens suum populum conuocet, & inuitet ad prandium dicens.

De primo. s. de visu, Psal. Venite, & videte opera Domini terribilis in consiliis super filios hominum. quasi dicat, oculo mentis intuemini per opera visibilia summi Dei, quàm sint profunda intelligentia perscrutanda, eius inuisibilia misteria latentia sub velamine visibilium: ex quo dicit Apostolus ad Ro. 1. Inuisibilia enim ipsius. s. Dei a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas ita, vt sint inexcusabiles. s. omnes nolentes talia contemplari.

De secundo, dicat cum eodem Psal. Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos: intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? quasi dicat, omne secretum & opertum, manifestum est coram Deo. Iuxta quod dicit Apostolus ad

Hebr. 4. viuus est enim sermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo.

De tertio. s. de gustu, dicat cum eodem Psal. 35. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo, & verè suauis est, & dulcis super mel & fauum, & omnem dulcedinem: ex quo dicit Princeps Apostolorum Petrus. 1. Pet. 2. deponentes igitur omnem malitiam, & omnẽ dolum, et omnes simulationes, et inuidias, et omnes detractiones. quasi dicat, quod in his est amaritudo magna, quam si cupiris euitare, sicut modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutẽ, si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus, vnde ex incõprẽhẽsibili in hac vita dulcedine spiritus Dei, cum admiratione magna exclamauit Philo. Sap. 12. O quàm bonus et suauis est, Domine, spiritus tuus in omnibus. Et Dominus Iesus Matthæi 11. dixit, Iugum enim meum suaue est, et onus meum leue. Iugum. s. humilitatis et obedientiæ, et onus. s. charitatis et diligentiæ.

De quarto. s. de odoratu, dicat cum spõsa. s. fideli anima, Cant. 1. osculetur me osculo oris sui, quasi pro gustu, quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te, trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Ad odorem igitur vnguentorum. i. specierum sanctificationum Dei, quia diuersimodè multos significat, vt dicit Apostolus 1. ad Cor. 12. diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, &c. conuocet sacerdos plebem & dicat illud Ecc. 39. obaudite me diuini fructus, & quasi rosæ plantatæ super riuos aquarum fructificate: rosa namque aut candorẽ continet, aut ruborem, & cum vtroque pariter & odorem. Cum candorem continet, insinuat castitatem. Sap. 4. O quàm pulchra est casta generatio cum charitate. Cùm verò continet ruborem, significat charitatem, Cant. 5. dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milibus. de Christo dicit, qui semp candidus extitit castitate, semper rubicundus charitate, electus ex milibus eximia sanctitate: quia sanctus sanctorum est omnia sanctificans, de cuius plenitudine nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Io. 1.

De

De quinto.f.de tactu, humiliter se recognoscens indignum tantorum beneficiorum diuinorumque donorum, prostratus ad terram populum suum societ Magdalenæ ad pedes Domini prouolutum, vt lachrymis compunctionis pedes eius irrigantem capillis suis.i.superfluis bonis a Deo sibi collatis, diuisis inter pauperes Christi, osculo deuotionis, quodam hilari vultu, pietatis intuitu pauperibus obsequatur, tanquam ipsi Domino Iesu Christo, qui sibi reputat impensum, vel negatum quicquid sui amore & reuerentia suis pauperibus membris tanquam fratribus impenditur, vel negatur, iuxta quod dicit Matth.25. Amē dico vobis, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. & inf. quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Sic igitur ad veram pœnitentiam populus reuocatus audiet cū Magdalena, Remittuntur tibi peccata tua, & erectus à pedibus Domini suis brachiis ad pectus eleuabitur ad oris osculum amplexatus & dicet cum anima contemplante, leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cāt. 2. & vltimo c. & sic tanquam bonus Princeps, Dux & pastor, populum suum ducet ad pascua beatorum. Talis namque pastoris vocē oues eius audient, & illū sequentur, eius bona opera imitantes, cum viderint ipsum paratum ad ponendum animam pro ouibus suis, quod verbum nō solùm strictè intelligendum est pro mortis supplicio, sed etiam pro omnibus carnalibus motibus, & sensibus, tam internis quàm externis, legi spiritus subiugandis, iuxta quod dicit Apostolus ad Galat. 5. qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. & ad Hebr. 11. inter species martirii cōputat, contra tentationes viriliter dimicare, cum dicit, Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis.i.in pellibus Taxi, quæ satis duros habent pilos, quibus sancti vtuntur pro cilicio. Sequitur, & in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. & sic probat Apostolus vitā pœnitentialē inter species martirii cōputari. Taliter ēt intelligitur bonus pastor aīam pro ouibus ponere, Io. 10. Taliter etiā moraliter sumptum ītelligitur illud Io. 12. qui amat animam suam. f. animales appetitus, perdet eam: quia in tali statu transiens damnabitur ad tartareos cruciatus; & qui odit animam suam in hoc mundo. f. mundanis uanitatibus, & sensualibus motibus, & carnalibus desideriis resistendo, in uitam æternam *Melotis.*

custodit eam, quia sic perseuerando vsque in finem saluus erit, Matth. 24 hinc etiam dixit Dominus Matt. 11. à diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ad hanc igitur rapinam & prædam.s. regni cœlestis, bonus pastor & dux populi, sacerdos quilibet curatus, præcedens exercitum, tanquam princeps in scientia & sanctitate, sicut in honore & dignitate præcellat. Boni namque prælati bonos faciunt subditos: & econuerso, mali malos, figura Iudic. 1. & 2.c. vbi uiuente Iosue bene profecerunt filij Israel, quo mortuo surrexerunt alii, qui non nouerant Dominum, feceruntque malum filii Israel in conspectu Domini, & afflicti sunt plagis multis. Est igitur, vt patet, Sacerdos princeps & caput in populo. Vnde sicut omnia membra corporis subijciuntur capiti, & sibi obediunt tanquã principi, ita omnia membra Ecclesiæ subiici debent, & obedire tali ordini, vt aptius fiat conseruatio totius subiecti ædificii spiritualis, iuxta illud Apostoli ad Ro. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Hæc omnia dicit Apost. ubi supra, & satis prosequitur ibi. Nam & prælati ecclesiastici, principes nuncupantur, vt in c. 1. §. præfatis itaq; nunciis, de iureiurando, in Clementinis. ibi, ex parte principum tam ecclesiasticorum, quam secularium. Sic etiam cantat Ecclesia de Petro & Paulo, Gloriosi principes terræ, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Vnde sicut omnia membra corporis exponuntur ad conseruationem capitis, ita omnes Christi fideles exponi debent, pro conseruatione talis ordinis: non enim licet à capite membra recedere, vt in c. cum non liceat. extra de præscriptionib. & sic non licet populos recedere ab obedientia prælatorum. dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 12. sicut enim vnum corpus est, & membra habet multa, omnia autem corporis membra, cum sint multa, vnum corpus sunt: ita & Christus. etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes uno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. & infra, vos autem estis corpus Christi & membra de membro, & quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia.

Prælati Ecclesiastici Domini.

clesia. Primò Apostolos. Secundò Prophetas. Tertiò Doctores. demum virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum, nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes habent gratiam curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? emulamini autem charismata meliora: & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, &c. Nam sicut, si caput est infirmum, adhuc tamen spes potest esse salutis, licèt capite languescente facilius reliqua corporis membra inficiātur, vt dicit Gregorius, & refertur in Decretis. 6. q. 1. c. sunt plurimi. §. uerum. in c. ex merito. aliter dicitur, si caput dolet, cætera membra languent. Ad quod 2. q. 7. c. sicut inquit, & notant Doctores in d. c. cū non liceat, quod tamen sumptum est de Isaia 1. cum dicit, omne caput languidum, & omne cor merens à planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. quasi dicat, infecto capite, facillime inficiuntur & pedes. Attamen seruata vnione capitis, & membrorum sanitas recuperari poterit totius corporis & membrorū, iuxta not. 1. q. 1. c. ventum. quod si caput præcisum est à corpore, nulla spes est unionis & vitæ naturalis: ita licet infirmatus sit ordo clericalis & languidus, si tamen vnitus est membris, hoc est vt habeat obedientiam subditorum, spes potest esse reformationis & curationis vitæ corruptę: Si autem abscissum sit caput a membris, hoc est si subtracta sit per subditos ab eodem ordine obedientia salutaris, totum corpus Ecclesiæ exterminium patietur, sicut patuit de propinquo in regno Boemiæ, vbi vltra trecenta millia personarum gladio ceciderunt propter hæresim Hussianam, ex qua prælatis Ecclesiæ obedientiam subtraxerunt. Sic etiam multa millia perierunt, quia Moysi & Aaron præceptis et consiliis parere contempserunt. Exo. 33. vbi viginti tria millia hominum nece perierunt per tribum Leui obediētem Moysi. Sic & Datan & Abiron nolentes obedire Moysi & Aaron, submersi sunt cum familiis & tabernaculis & possessionibus & animalibus pertinentibus ad eosdem, descenderuntque in infernum viuentes operti humo, & perierunt de medio multitudinis. Num. 16. Inde & Psalm. dicit, aperta est terra & deglutiuit Datan, & operuit super congregationem Abiron. Hinc etiam seruare debent populi, quod mandauit Moyses. Exo. 22. dicens, Diis non detrahes, & Principi populi tui non

maledices

maledices. de Sacerdotibus hoc intelligens, vt supra iam prædiximus, & sic de tertio respectu patet.

Quartò dico, reuerentiam deberi Clero respectu commoditatis siue vtilitatis, vbi scire conuenit quòd vtilitas alia realis, alia spiritualis. Realem dico temporalem, s. bonorum temporalium, spiritualem uerò bonorum æternalium. Realis namque, siue temporalis vtilitas ad modicum valere potest, quia cum tempore transit, vnde bona transitoria nuncupantur. Iuxta quod dicit Psal. Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit domus eius gloria, quoniam cum interierit, non sumet hæc omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Vnde & 1. Machabæorũ 2 Mathathias rememorans excelsa Dei opera patribus impensa dicebat, Mementote operum patrum. & inf. a verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius, stercus & vermis est. hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius peribit. Vos ergo filii confortamini, & viriliter agite in lege Domini, quia cum feceritis quæ vobis præcepta sunt a Domino Deo vestro, in ipsa gloriosi eritis. Ecce quantam notat differentiam inter veram & opinatam gloriam. Hinc etiam Psalm. dicit, Dormierunt. s. per mortem, somnum suum, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus suis. & notate quam egregiè dicit viri diuitiarum, ergo non virorum diuitiæ, quia cupidi Deo se subtrahunt, & temporalibus diuitiis se subiiciunt, quæ tamen suæ pro continuo esse non possunt, cum necessario relinquantur in fine, & ab inuitis sæpissime rapiantur. Inde dixit Dominus, Luc. 12. hominis cuiusdam diuitiis vberes fructus ager attulit. & inf. Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, stulte hac nocte repetent a te animam tuam: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues, & Luc. 16. parabolicans de diuite, & paupere dixit, factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Ecce igitur quàm fallaces sunt & caducæ diuitiæ temporales. Inde & Salomon Prou. 10. dixit, Non proderunt thesauri impietatis. vt autem ostenderet quod veræ diuitiæ sunt virtutes spirituales, subdit, Iustitia verò liberabit à morte. s. æterna, sub nomine iustitiæ omnes virtutes intelligens; quia iustitia dicitur omnis vir-

tus,ſecundum Philoſophum 2.Ethico. Gregorius etiam ſuper Lucam in Parabola de ſeminibus,quorum pars cecidit inter ſpinas,& ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud.ſ.ſemen, Luc.8. dicit Gregorius, Solæ ergo veræ diuitiæ ſunt,quæ nos diuites virtutibus faciunt. Si ergo,chariſſimi, diuites eſſe cupitis,veras diuitias amate: ſi culmen veri honoris quæritis, ad cæleſte Regnum tendite: ſi gloriam dignitatum diligitis,in illa ſuperna Angelorũ curia aſcribi feſtinate: verba Dei,quæ aure percipitis,mente retinete:cibus.n. mentis eſt ſermo Dei.Talibus igitur diuitiis Clerus populum ſuũ ditare feſtinet,ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrando, videlicet

Baptiſmum,quia niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto,non intrabit in Regnum Cęlorum. Io. 3.

Cõfirmationẽ,cuius miniſterium Epiſcoporum eſt, de cõſecra. d.5.c.manus,& c.vt ieiuni,& c.nouiſſimè. Nam licèt non ſit ſacramentum ſtrictæ neceſſitatis, contemptus tamẽ eius damnationem inducit, vt dicit Magiſter Sen. in 4.di.7.

Pœnitentiam,ad quam peccatores vocare Chriſtus ſe veniſſe teſtatur,Matt.9. & Luc. 5. qui etiam comminatus eſt impœnitentibus,dicens Luc. 13.ſi non pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

Euchariſtiam,quia dixit Dominus Io.6.Amen, Amen dico vobis,niſi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem,non habebitis vitam in uobis : Qui mȧnducat meam carnem & bibit meum ſanguinem,habet vitam æternam,& ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Intellige ſanè ſecundum determinationem Ecc.

Extremam vnctionem . Iacob. vltimo, Infirmatur quis ex vobis,inducat præsbiteros Eccleſiæ,& orent ſuper eum, vngentes eũ oleo in nomine Domini,& oratio fidei ſaluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit,dimittentur ei.

Ordinem matrimonialem,de quo dicit Apoſt.1. ad Cor.7.bonum eſt homini mulierem non tangere : propter fornicationem autem.ſ.euitandam,vnuſquiſque vir ſuam vxorem habeat & vnaquæque mulier ſuum virum habeat.ſ.vt licet habere in vtroq; genere. ad quod facit c.cum inhibitio,de clandeſt.deſponſ.

Ordinem Sacerdotalem , quem & alios Eccleſiaſticos ordines conferre ſpectat ad Epiſcopos ſingulos in ſuis diœceſibus,67. d.c. vno,& 24 d.c.Epiſcopus,de quibus plenè in c.cũ nullus, & in c.

eos,

eos, de temporibus ordinationum, lib. 6.

Horum igitur septem sacramentorum finis, fructus, commoditas & vtilitas, sunt virtutem, gratiam & gloriam operari, de quibus Psalmista dicit psal. 83. quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum. & infra, Altaria tua Domine, virtutum. & infra, etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. & infra, quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus, & sic patet de quarto respectu.

Quintò dixi reuerentiam Clero debitam respectu nobilitatis. Vbi sciendum, quòd nobilitas aliter sumitur positiuè, & aliter propriè. Nobilitas positiuè sumpta secũdum leges humanas, est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostenditur, vt colligit illustrissimus legum Doctor Dominus Bartolus de Saxo Ferrato, in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12. Propriè aũt sumpta, vt dicit Hieronim⁹ in epistola ad Cellãtiã, Nobilitas sola apud Deũ libertas est, nõ seruire peccatis: summa apud Deũ nobilitas est, clarũ esse virtutibus. & sic nobilitas ad virtutẽ refertur. Hæc est .n. sola. s. virtus, quæ rectè nobilitat hominẽ, iuxta nota. in c. venerabilis, extra de præbẽdis, vbi dicit textus, Nos igitur attendentes quod non generis, sed virtutum nobilitas vitæque honestas gratum Deo faciunt & idoneum seruitorem. Hinc & Hieronymus in epistolis dicit, apud Deum potior est, non quem nobilitas generis, nec dignitas seculi, sed quem deuotio fidei & sancta vita commendat, & Chrisostomus super Matthæum dicit, Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, qui dedignatur seruire vitiis, & ab eis nititur non superari. Quid enim profuit Caim de nobili Adam fuisse progenitum? quid Cham de Noe. q. d. nihil. hinc etenim antiquitus ad regimen reipublicæ non nisi virtute nobiles, & probati viri, admittebantur electi, vt patet de Saule 1. Regum 9. de quo scribitur ibidem, Erat Saul electus & bonus, & nõ erat vir de filijs Israel melior illo. Cum autem recessisset Saul ab obseruantia legis Dei, & præuaricatus esset, factum est verbum Domini ad Samuelem dicens, pœnitet me, quòd constituerim Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit; & ait Samuel ad Saul, quia proiecisti sermones Domini, ꝓiecit te Dominus, ne sis Rex super Israel. 1. Reg. 15. & loco Saulis malignantis electus est Dauid, vt regnaret pro Saule, licèt Saul in vita sua persecutus fuerit Dauid

rit Dauid vsque ad mortem. Sic etiam post modum decretum fuit in archiuiis Romanorum, vt non nisi nobiles effecti prius munere virtutum in officiis reipublicæ ponerentur, vt decuriones, consiliarii, & similes. ff. de decurionib. l. spurii, in princip. & ff. de mun. & honorib. l. fin. & l. honor. ad quod facit quod notatur in c. de multa, extra de prębend. vbi etiam habetur quod scientia nobilitat hominem. ad quod etiam accedit. C. de acquir. possess. l. licet. Similiter nobilitare dicitur ecclesiasticus ordo, vt notat Io. And. in c. eo libentius. extra de seruis non ordinandis, & in d. c. venerabilis. extra de præb. Omnes. n. clerici, reges appellantur, quia in virtutibus & sanctitate se & alios iustè regunt. 1. Pe. 2. vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gẽs sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis illius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Hinc & Hieron. dicit ad quendam suum Leuitam & habetur in Decretis 12. q. 1. c. duo sunt genera Christianorum. Est autem vnum genus, inquit, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt clerici. & inf. hi namque sunt reges. i. se aliosque virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habẽt, & hoc designat corona in capite. hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signo regni, quod in Christo expectatur: rasio verò capitis, est temporalium omnium depositio, vbi gl. dicit, & capilli qui remanent, designãt quòd aliqua debemus retinere ad substentationem: nam Deo seruire, regnare est. sicut etiam Clerici dicũtur milites Ecclesiæ, & in Ecclesia militare. 61. d. c. qd proderit per singula stipendia Clericos militasse. & 1. quæstio. 3. capitu. Saluator. circa medium. ibi, quòd si præfati milites Ecclesiæ ob huiuscemodi scelus taliter percelluntur, nemo sapiens negabit, non militantes Ecclesiæ multo damnabilius ob hanc causam venditionis, vel exemptionis debere percelli. Sic etiam 1. quæst. 7. cap. qui in qualibet, scribitur, Qui in qualibet ætate, alibi quàm in Ecclesia Catholica, aut baptizati, aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam prorsus non permittantur accedere. prędicta etiam colligit glo. videlicet, quod Clerici dicuntur milites. 23. q. 1. c. militare. quod clarè sumptum est ex verbis Apostoli. 2. ad Tim. 2. c. cum dicit, Tu ergo fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu. & inf. labora sicut bonus miles Christi Iesu, nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat,

cui se probauit, nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitimè certauerit. & 2. ad Cor. 10. dicit, in carne enim ambulantes non secundum carnem militamus: nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia. Glossa etiam dicit. 1. q. 3. c. Saluator. quòd arma clericorum, sunt lacrymæ, & orationes. 23. q. vlti. c. conuenior. vbi Ambr. allegatur dixisse, Dolere potero, flere potero, gemere potero, aduersus arma milites Gothos quoq; lacrymæ meæ arma sunt. Talia enim munimenta sunt Sacerdotis. & 23. q. vlt. c. repræhensibile. dicitur, quòd militum Christi, est Christo seruire & orationibus vacare, & castra Christi militum sunt Ecclesiæ. 54. dist. c. nullus. vbi dicit textus, debet enim immunis esse ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregandus, vt à castris Dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullius necessitatis vinculis abstrahatur. & sic patet de quinto respectu.

Sextò dixi, reuerentiam deberi Clero respectu auctoritatis. Est namque tanta, & tam grandis Sacerdotis auctoritas, qua maior sub cœlo nequit inueniri. Vnde rectè dici potest, non est potestas super terram, quæ comparetur ei. Iob. 41. Non enim Angelis, neq; cœlestibus virtutibus, neque quibuslibet beatis spiritibus, tantum misterium taleq; ministeriũ est commissum, sed solis presbyteris. Vnde Beatus Thomas in solennitate tanti mysterii dicit, sacris solenniis iuncta sunt gaudia. & inf. dedit fragilibus corporis ferculum & inf. sic sacrificium istud instituit, cuius officium committi voluit solis presbyteris, quibus sic congruit, vt sumant & dent cæteris. dicens enim solis, cæteros exclusit omnes. Vnde nec sanctus aliquis, nec sancta fuit vnquam, aut erit, qui tantam ac talem vim & potestatem habuerit, vel sit habiturus, vt transubstantiare valuerit, siue valeat panem in corpus, & vinum in sanguinem Iesu Christi, nisi soli presbyteri, secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ consecrati. Vnde Ambrosius in lib. de sacramentis, & habetur in Decretis de consecratione, dist. 2. c. panis. vbi sequitur, panis est in altari vsitatus ante verba sacramentorum, vbi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. & inf. Si ergo tanta vis est in sermone Domini nostri Iesu Christi, vt inciperet esse quod non erat: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant & in aliud, permutentur. & inf. & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cũ aqua in calice mixtum fit sanguis, de quibus multa diximus in Tractatu eiusdem sacramenti. Sufficiat autem prosequi ad propositum,

tum, quod quamuis ex principali, & propria virtute verbi Dei Domini nostri Iesu Christi, quo facta sunt omnia, fiat transubstantiatio panis & vini in proprium corpus, & sanguinem suum: hoc tamen ex ministerio Sacerdotum sibi commisso, cum dixit Domin' Iesus Christus Apostolis suis, pro se ipsis, & posteris successoribus. Hoc facite in meam commemorationem. quæ verba inter cæteros Euangelistas solus Lucas expressit 22. capitu. & Paulus refert. 1. ad Corin. 11. in illorum siquidem prolatione verborum consecrauit suos Apostolos, Sacerdotes, vt communiter Doctores tenent, tam Theologi, quam Canonistæ. Theologi videlicet in 4. Sen. d. 17. & 18. Canonistæ aũt 21. d. c. in nouo. 50. d. c. considerandum, & in c. fideli, & in c. significasti. extra de electione, & Io. An. & moderni sequaces plenè tractant in c. presbyter, extra de sacramentis iterandis vel non. vbi plenè tradunt, quòd licet aliquis sit consecratus Sacerdos per episcopum, & non sit tradita potestas ligandi & soluendi, quæ traditur per prolationem illorum verborum, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Io. vltimo. quam auctoritatẽ Christus tradidit Apostolis suis post resurrectionem, licèt Sacerdotes eosdem effecerit ante passionem in nocte cœnæ. Vnde si prædicta verba per episcopum sunt omissa, s. accipite Spiritum sanctum &c. de quibus etiam 24. q. 1. cap. loquitur Dominus, circa principium. et 1. q. 1. c. vt euidenter. consecrati præsbyteri celebrare poterunt, sed non absoluere, vel ligare, nisi congruis temporibus, quod defuerit suppleatur. Est deniq; tãta vis caracteris Sacerdotis, quòd ex quo semel secundum ritum Sanctæ Romanæ ecclesiæ extitit consecratus, siue criminosus, siue excommunicatus, siue scismaticus, siue hæreticus, siue apostata, siue degradatus, aut renegatus, vt ita dixerim, concurrentibus congrua materia, forma & intentione cum ordine sacerdotij, si celebrat conficit, quamuis ad suam perniciem & damnationem: tamen verum corpus & sanguis Christi est, vt firmant Thomas, & reliqui Theologi, in 4. Sen. d. 13. licèt Magister discordet in litera, & non bene, cum reuerentia, secundum omnes modernos, sicut etiã tenent Canonistæ, vt Io. An. & sequaces in c. degradatio, de pœnis lib. 6. idem tenet glos. de consec. d. 4. c. non in vobis, & c. sequenti. & Archid. de consec. dist. 2. c. quid sit. Ad quod satis faciunt nota. 1. q. 1. c. inter catholicam. & c. vt euidenter. & c. Dominus declara-

uit.& c. Christus.& c.non nocet.& c.dictum est. & c.quod quidã. §.de his.& §.ex his verbis.& §. sciendum.& c.per Isaiam,cum mul tis similibus. Laicus vero quantumcunque sanctus, siue mulier, celebrando nihil agerent, cum ille. f.laicus ordinis caracterem nõ habuerit: & illa.f.mulier,suscipere nequaquam possit.23.dist.cap. sacratas.vnde nec prædicare, nec publicè docere mulieribus est cõ cessum.23.dist.c.mulier.& 33.quæst.5.c.mulierem.Agnosce igitur presbyter, & ignosce,ac honorem & reuerentiam exhibe potesta ti tuæ,quę maior est,cum reuerentia,quàm fuerit potestas, vel au ctoritas Virginis gloriosæ. Nam licèt nec primam similem visa sit,nec habere sequentem, quia exaltata est sancta Dei genitrix super choros Angelorum ad cœlestia regna. Aliter tamen descendit Christus in vterum Virginis,cum dixit beata virgo, Ecce ancilla Domini,fiat mihi secundum verbum tuum. Luc.1. quia pauperculus,paruulus,passibilis,mortalis,formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum,factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis,vt dicit Apost.ad Philip. 2. In manus autem sacerdotis descendit cum plenitudine nedum gratiæ, & benedictionis, sed etiam cum plenitudine beatitudinis & gloriæ triumphalis,im passibilis,immortalis,diues, immensus, Rex regum, & Dominus dominantium,potentissimus, circundatus exercitibus Angelorũ, & cœlestium agminum beatorum. Vnde Gregorius in homelia pascali, & habetur in Decretis, de consec.d. 2. c. quid sit sanguis. Quis enim,inquit,fidelium habere dubium possit, vt in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri contingat. In illo Iesu Christi misterio Angelorum choros adesse. f. omnibus presbiteris consecrantibus dignè, vel indignè,dicit glo. sequitur in textu ,summa & ima sociari, vnum quid ex inuisibilibus atque visibilibus fieri.Vno,inquit,eodemque tempore ac momẽto, & in cœlo rapitur misterio Angelorum corpori Christi consociandus, & ante oculos Sacerdotis in altari videtur.Tanta est Ecclesiæ vnitas in Christo, vt vnus vbique sit panis corporis Christi,& vnus sit calix sanguinis eius. Calix. n. quem Sacerdos catholicus sacrificat,non est alius,nisi ipse,quem Dominus tradidit. Veneremini igitur,Sacerdotes,tantam vestram auctoritatem,vt digni habeamini eius ministri in conspectu altissimi Redemptoris. & hæc sufficiant pro sexto respectu reuerentiæ clericalis.

Septimò

Septimò dixi deberi reuerentiam Cleto respectu exemplaritatis. Nam, vt dicit Gregorius, Omnis Christi actio, nostra est instructio. & Moysi dixit Dominus, Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Exo. 15. & ipse Dominus Iesus suis Apostolis dixit Io. 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Cum enim itaque Christus Iesus sciens nequitiam Sacerdotum, Scribarum, & Pharisæorum, qui eius iam concluserant passionē, & mortem inferre decreuerāt, Cletum & Sacerdotium honorandum turbis & discipulis prędicauit, eidemq; iussit obedientiam exhibendam, vngens pariter atq; compungens, cum dixit Mat. 23. super cathedram Moysi sederūt Scribæ & Pharisæi. omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite: secundum verò opera eorum nolite facere: dicunt. n. & non faciunt. Vide clementiam Saluatoris, morti propinquat, cognoscit proditorem & venditorem sui sanguinis & vitæ, noscit Sacerdotes suum sanguinem sitire, eius necem auidè quærere, & tamen eis prædicat reuerentiam, atque obedientiam exhiberi. Perpende igitur & considera, Sacerdos Dei altissimi, q̃ tenera diligentia seruare debeas, & custodire tuum statum, ordinem, gradum & dignitatem, qualeque curare debeas exemplum posteris & præsentibus exhibere. Considera Christum Iesum pro nobis passum & crucifixum dedisse nobis exemplum patienter inuicem tolerandi & honore inuicem præueniendi. Iuxta quod dicit Princeps Apostolorum 1. Pet. 2. In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Considerate, Patres, quia spectaculum facti sumus Angelis, Deo & hominibus, 1. ad Cor. 4. oculi. n. omnium populorum aspiciunt ad vos, imo ad nos: quia vnus ex vestris uobis deditus ego sum. positi namque sumus in oculis hominum tanquam signum ad sagittam, quorum opera vulgares singuli contemplātur. ergo cuilibet nostrum dicitur, quod dicit Apostolus ad Titum 2. in omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, inrepręhensibile, vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Ad hæc 1. Pet. 2. Charissimi, obsecro vos, tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideri js, quæ militant aduersus animam. Et hæc sufficiant pro. 7. respectu clericalis reuerētiæ, & sic expediti sumus de prima parte.

PARS

PARS SECVNDA.

AD Secundã partem principalẽ accedens, quam dicebam continere eximiæ puritatis ergasteriũ preciosum in verbo, sanctificentur. *Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur*, inquit Angelus, *Ne percutiam eos*, vt in themate vbi supra. Ergasterium siquidem locus est, vbi aliquod opus fit. Græcè.n. erga, opera, sterio idest operaria statio. Vnde ergasterium locus est, vbi cum labore bonum aliquod operamur. Omnis nempe virtus in labore quæritur & seruatur, quia virtus consistit circa difficile, vt in 2. Ethicorum. Sanctitas igitur tanquam perfectio virtutum cum difficultate & labore quærenda est, & sanguinis sudore captanda. sanctitas n. idem est quod sancita ætas: sancire namq; idem est quod confirmare, sanctum facere, vel iudicare. Sanctum autem, quasi sanguine vnctum dicimus, nam antiqui omnia sanguine consecrabant, ex quo dicit Apostolus ad Hæbr. 9. & omnia penè in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Oportet ergo sanctos usque ad sanguinem insudare vt sanctificentur à Domino Deo suo, ex quo idem Apostolus dicebat ad Hæbr. 12. deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei & consummatorẽ Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera Dei sedet: recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes: nondum enim vsque ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatum repugnantes. q.d. sanctos semper in uita præsenti pugnare conuenit contra vitia. sic etiam inquit ad Galatas 5. caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, & non solùm contra carnem opus est pugnare, sed etiam contra malignos spiritus, & mundanas quaslibet vanitates. ex quo idẽ Apostolus dicit ad Ephesios vltimo. De cætero fratres confortamini in Domino & in potentia virtutis eius induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quia non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem scilicet solùm, sed aduersus principes & potestates, aduersus mun

di

di rectores tenebrarũ harũ contra spiritualia nequitiæ in cęlestib⁹, & Io. in sua pri. Can. 2. c. dicit, Scribo vobis iuuenes, quia fortes estis & verbũ Dei in vobis manet, & vicistis malignũ, nolite diligere mũdũ, neq; ea, quę in mũdo sunt, si quis diligit mundũ, nõ est charitas patris in eo, quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum est superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est, & mundus transibit & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Certè nostis, venerandi Patres, quoniam absque labore graui nulla munera magna dãtur. Maximum igitur sanctitatis munus cum lachrymis & sudore imploremus à Domino Saluatore, qui quotidie nobis intonat à vertice cœli dicens, Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester, Leuitici. 19. sanctificamini & estote sancti, quia ego Dominus Deus vester, custodite præcepta mea, & facite ea, ego Dominus qui sanctifico vos Leuitici. 20. & infra, Eritis sancti mihi, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui uos à cęteris populis, vt essetis mei. & Leuitici 21. de Sacerdotibus dicit, Sãcti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerũt, & ideo sancti erũt. Sancti igitur. i. sine terrena vanitate, vel cupiditate, aut lubricitate, puri, firmi, casti, religiosi, integri, sinceri & immaculati in ministerio Christi, Domino famulemur, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, vt dicit Apostolus ad Ephe. 1. Septem itaque sanctitatis species sanctis presbyteris succinctè conueniunt opportunè, videlicet, Prima est habilitas ad suscipiendum, ne sit bigamus, inhabilis, vel irregularis. Secunda est sobrietas ad conuincendum, ne sit crapulosus, ebrius, vel iocularis. Tertia est honestas ad cõuiuẽdum, ne sit dissolutus, vagus, vel curialis. Quarta est sagacitas ad instruendũ, ne sit imperitus, ignarus, vel criminalis. Quinta est castitas ad continẽdũ, ne sit luxuriosus, fornicarius, vel carnalis, Sexta pietas ad subueniendum, ne sit cupidus, parcus, vel nundinalis. Septima est grauitas ad perficiendum, ne sit lubricus, instabilis, vel ruinalis.

Primò dico, quod sanctitati clericorum conuenit habilitas ad suscipiendum. vbi sciendum, quod inhabiles, sicut sunt bigami, videlicet qui duas vxores habent cum effectu, siue diuersis temporibus ambas de iure, siue eodem tempore vnam de iure & alteram de facto, vel ambas de facto, siue vnam solam, ab altero tamen cognitam,

gnitam,quandocunque & quomodocunque,siue legitimam vxorem adulteram,promoueri ad sacros ordines prohibetur 21.q. 1. quō.3 1.q.1.aperiāt.32.dist.seriatim.& plenè tractatur in c.nup,& ī c.a vobis.& in c.debitū, extra de bigamis.cū multis concordantiis.De habilibus autem,& quales esse debeant promouendi, dicit Apostolus.1. ad Timoth.3. oportet enim episcopum inrepręhensibilem esse,vnius vxoris virum,sobrium,ornatum,prudentem,pudicum,hospitalem,Doctorem,non vinolentum, non percussorem sed modestum,non litigiosum,nō cupidum, domui suæ bene præpositum,filios habentem subditos cum omni castitate. Siquis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Eccle. Dei diligentiam habebit? non neophitum.i.in fide nouellum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli; oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his,qui foris sunt,vt non in opprobrium incidat & laqueum diaboli, diaconos similiter pudicos, &c. vbi sciendum,quòd licet Apostolus videatur dictam regulam in episcopis posuisse,sicut etiam ad Titum 1.scribit, oportet enim episcopum &c.attamen prædicta regula ad omnes ordinandos extenditur,vt probat Amb.& habetur in Decreto 34.dist.c. cognoscamus,& Augu.similiter 81.dist.c.Apostolus.Sunt etiam aliqui irregulares,qui vindictæ sanguinis subsecuta morte vel membrorum mutilatione ,se voluntariè ingesserunt verbo ꝙ opere,consilio,vel fauore, 50.dist.c.siquis viduam. 51.dist.c.aliquantos, & si ex actu iustitiæ mors,vel mutilatio subsequatur,vt in dicto c.aliquātos. & 50.dist.c.siquis post, & plenè traditur per Doctores in c.sententiā sanguinis.extra ne clerici vel mona. se ne. se. immi. & Apostolus dicit 2.ad Timot. 2. c.Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus.Et hæc sufficiant pro prima,quia de reliquis in sequentibus exponemus.

Secunda species clericalis sanctitatis est sobrietas ad cōuescédū ne sit crapulosus, ebrius vel iocularis.de hoc enim cautos reddidit suos discipulos Dominus Iesus dicens Luc.2. Attendite autem vobis ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate,& curis huius vitæ,& superueniat in vos repentina dies illa : tanquam laqueus enim superueniet in omnes,qui sedent super faciem vniuersæ terræ.i.in omnes terrenis deditos . & Apostolus dicit sobrium.& inf.non vinolentum &c. vt supra. Nam crapulosus, & ebriosus clericus,monitus non desistens,ab officio & beneficio de-

cernitur

cernitur suspendendus, vt in c.à crapula.extra de vita, & hon.cler. vbi dicit textus, vinum sibi temperent & se vino.super quibus verbis Io.And.colligit arg. quod clerici bibentes vinum sine aqua, nō excusantur a veniali peccato. Turpe siquidem est clerico vini flatum effundere in astantes, ex quo dicit Salomō Prou.20.luxuriosa res est vinū, & contumeliosa ebrietas, qui cum his immiscetur non erit sapiens. Circa quod etiam dicit Apostolus ad Ephe.5.nolite inebriari vino, in quo est luxuria. de qua materia satis tractat beatus Thomas.2.2.quæst. 149.& 150. Prohibetur etiam clericis omnis inhonestus & reprobatus ludus, vt taxillorum, alearū, theatralium, mimorū, histrionum, & similium, de quibus plenè agitur in c.cum decorem.& in c.pen.extra de vita & hone.clericor. & ꝙ non possint promoueri, patet 33.dist. c.maritum.& 51.dist.c.1. & c.præterea. Tales etiam communicare vetantur. de consecra. dist. 2.c.pro dilectione. Nedum enim mortaliter peccant clerici se talibus immiscentes, sed etiam si quid de bonis ecclesiæ histrionibus donare præsumunt. 86.dist.c.donare.& c.qui venatoribus.nisi simpliciter tanquam eleemosyna aliquid vt pauperibus donaretur. clerici namque rebus suis male vtentes & expendentes, raptores sunt, quia quicquid superest, pauperum est.18.q.1.c.fi.& 12.q.2. c.gloria episcopi.& c.& si illi.quód etiam tenet Thomas. 2. 2. quæst. 185.& sic patet de secunda.

Tertia species dicitur honestas ad conuiuendum, ne sit dissolutus, vagus, vel curialis. Hęc autem honestas in clericis tripliciter ordinatur, videlicet: Primò verbo.1. ad Cor.15.corrumpunt bonos mores colloquia mala. Secundò facto, 1.ad Cor.14.omnia autem honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Tertiò ornatu, videlicet duplici.s.interiori & exteriori. Ornatus interior clericorum; virtutum habitus in actum deductus conuenit explicari, ne malè sedentes in cathedra iniuriam inferant cathedræ, siue sedi. 40.dist.cap.multi.

Ornatus exterior clericorum in quatuor principaliter consistere debet videlicet, Primo in custodia & freno omnium exteriorū sensuum, videlicet visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus.6.q.1. c.ex merito.32.q.5.c.nec solo.& 41.dist. §. vltimo. Secundò in habitu, ne deferant vestes incisas & ligulatas, nec varii coloris, nec rubeas, nec virides; neq; minus lógas vel breues, nec de serico, sed de lana: non nimis pretiosas, nec satis viles, clausas desuper, fibu-

las omnino non deferant, neque corigias auri, vel argenti ornatum habentes; sed nec annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. De quibus satis habetur in c. penultimo, extra de vita & hone. clericorum. vbi etiam prohibetur eis ne vtantur manicis & sotularibus consutitiis, frænis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, &c. de quibus etiam tangitur 41. dist. §. 1. licet excusentur si se conforment patriæ moribus in habitibus, semper tamen honestate seruata, arg. 4. d. c. erit. & 30. d. c. si quis virorum.

Tertiò, in cibo & potu, in quibus seruare conuenit quod Augustinus tradit 41. d. c. quisquis. videlicet, quid loco, tempori, & personis conueniat, in quorum conuiuiis, sex præcipuè sunt obseruanda, videlicet, Primo, vt vita absentium non mordeatur, hoc est ne fiant detractiones, murmurationes, vel iudicia temeraria cõtra præsentes vel absentes. Vnde Augustinus supra mensam suam hos duos versus depinxisse legitur, videlicet.

Quisquis amat dictis absentium rodere vitam
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

De quibus glos. 44. d. c. conuiuia. Secundo, vt præsentes non irrideantur, vt in d. c. conuiuia. Tertiò, ne inanes secularium negotiorum fabulæ recitentur, vt ibidem. Quartò, vt verba sacræ lectionis auscultẽtur, vt ibidem. Quintò, vt cibus & potus ad vsum exercendæ virtutis ꝓ naturæ sustentatione sumatur, vt ibidẽ, vnde versus.

Non viuas vt edas, sed edas vt viuere queas.

Idest noli viuere vt comedas, sed comede vt viuas. Sextò, vt in principio & in fine, laudes Deo debitæ referantur. 44. d. cap. non liceat. & c. pro reuerentia. & de consec. dist. 5. c. in omnibus. & de conse. d. 2. c. panis, & calix. & c. didicimus.

Quartò, in tonsura congrua, vt in c. si quis clericus, & in c. sequenti, extra de vita & hone. clericorum; quam si non deferat, excommunicari debet, vt in d. cap. si quis clericus. ex quo patet quòd non deferens mortaliter peccat, quia excommunicationis pœna non debet imponi, nisi pro mortali peccato. 11. q. 3. c. nemo episcoporum. Similiter excommunicari debent clerici deferentes arma, vt in c. 2. extra de vita & hone. clericorum. Ex iusta tamen causa possunt ad terrorem malorum arma deferre, licèt percutere non debeant; vt dicit gl. in d. c. 2. quæ ponit in exemplum iustæ causæ, si per loca periculosa transitum faciant; argumentum 23. q. 5. c. Maximianus. Idem dici potest. s. quòd excusentur, si pro defensione

ciuitatis & reipublicæ ecclesiasticæ vel temporalis arma sufferent ad terrorem, vt supra. Vnde etiam monachi excusantur, si de licentia abbatis, infra septa monasterij tenent arma, vt in ca. ne in agro. §. præfatæ. de statu monach. in cle. Aliter autem deferentes, si tertiò moniti non destiterint, perdunt priuilegiũ canonis, si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & in c. in audientia. & in c. contingit. extra de sen. hoc est, quia tales percutientes non incidunt in sententiam excõmunicationis illius canonis, &c. & sic transeat hæc 3. species pro dissolutione & vagatione. De curialibus autem, qui alias non sunt irregulares, si a curia fuerint absoluti, tolerantur: aliàs non. 71. d. c. 1. 2. & 3. & 46. d. c. clericus, cum similibus.

Quarta species clericalis sanctitatis, dicitur sagacitas ad ĩstituẽdum, ne sit imperitus, ignarus, vel criminalis: debet namque quilibet curatus triplicem competentem peritiam obtinere, videlicet, Sacrarum literarum pro veritate fidei conseruanda & subditis insinuanda, vt in c. vt quisque. extra de vita & hone. cleri. vbi dicit textus, & admonere suos parochianos vt filios suos ad fidẽ discendam mittant ad Ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat. de quo satis habetur in Decretis. 36. d. c. 1. §. oportet. & c. qui ecclesiasticis. cum sequentibus. Ad quod Malachiæ. 2. labia enim Sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirent ex ore eius. & Oseæ. 4. conticuit populus meus, eo quòd non habuerit scientiam, repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Et allegatur in c. nisi cum pridem. §. pro defectu. extra de renun. Præcipitur etiã curatis subditos instruere in fide, confessionis formam, orationẽ Dominicam, & Simbolum fidei, illos solicitè edocendo, vt in cap. Deus, qui. extra de pœnitentiis & remis.

Secundò secularium literarum pro veritate fidei defensanda, vt in prædictis iuribus, & 37. dist. c. legimus. §. sed econtra, & cap. sequenti.

Tertiò, seculariũ negotiorum, quia iudex est curatus aĩarum & corporum subditorum in pertinentibus ad salutem. 36. di. §. 1. in glos. 1. & in glo. cum enim, & per totam distinctionem, & quatuor sequentes, & satis notant Doctores in dicto c. nisi cum pridem, nã licet omnia scire sit mortalibus impossibile, sed solius est Dei, extra de iudiciis, c. nouit ille, qui nihil ignorat, & 26. q. 5. §. 1. & 25. d. erubescant. & quamuis omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, potius diuinitatis quam humanitatis est, vt in l.

2.C.de veteri iure enucleando.& quamquam desideranda sit eminens scientia in pastore,in eo tamen est competens toleranda.extra de elect.c.cum nobis olim.& in c.venerabilis, extra de præbendis. & in dicto c.nisi cum pridem.de renunc.Aliàs namque criminandus erit,& condemnandus, si quod debuit scire nesciuit,& malè iudicauit,argu.11.q.3.c.quicunque,& in l.fi.C. de pœna iudicis, qui male iudicauit, & in c.quamuis, extra de regulis iuris. vbi dicit textus, non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit,& pastor nescit. vbi glo. dicit, quia pastor seu prælatus tenetur inquirere & corrigere subditorum excessus, aliàs sanguis eorum de eis manibus requiretur. Ezechiel 3.sanguinem autem eius de manu tua requiram. Ad idem accedunt nota.in c. irrefragabili, extra,de officio ordinarii, & in c. cum ad monasterium.§. fin. extra de statu regul. & mo. in c. qualiter & quando §. penult. extra de accusationib. cum similib. & sic de quarta specie patet.

Quinta species clericalis sanctitatis, dicitur esse castitas ad continendum, ne sit luxuriosus, fornicarius, vel carnalis. Vbi sciendum quòd omnes clerici, etiam in minoribus constituti tenētur continenter & castè viuere, volentes perseuerare in ordine clericali,vt in c.vt clericorum mores. extra de vita, & ho. cle. vbi dicit textus, vt clericorum mores & actus in melius reformentur, continēter & castè viuere studeāt vniuersi; nam nomine clericorū, comprehenduntur etiam in minoribus constituti,& etiam solummodo primam tonsuram habentes, vt in Clementina 2. de vita & ho.cle.in glo.& extra de præbend. c.2.in glo. 1. quod vide latius per Archidiaconum 54.d.c.ex antiquis.Possunt tamen si volunt, in minoribus constituti ducere vxores,& cum ipsis matrimonialē continentiam obseruare: beneficijs autem ecclesiasticis contracto matrimonio,sunt priuandi, vt in c.diuersis fallaciis, extra de clericis coniugatis.& in c.quod à te. eodem tit. promoti autem ad sacros ordines,eo ipso tacitè vouisse continentiam præsumuntur, & sic perpetuò intelliguntur obligati ad obseruantiam castitatis. 28.dist.c. Diaconi.& c.quia sunt culpæ, cum duobus c. sequentibus,& 32.d.c. seriatim.& in c.sanè, & in c. si quis clericorum, extra de clericis coniugatis.Clericus autem in sacris constitutus,si de facto præsumpserit vxorem ducere cum effectu, priuandus est ordine & ecclesiastico beneficio;& mulier si erat libera, redigitur in seruitutem Ecclesiæ. 32.d.c.eos. quod si erat ancilla, debet vendi.

81.d.c.quidam clerici.filii autem inde nati,in seruitutem Ecclesiæ rediguntur.15.q.vltima.c.cum multæ.& talis clericus in sacris contrahens matrimonium,ipso facto excommunicatus est,vt in Cle.eos qui.de consanguinitate,& affinitate.nec potest absolui,nisi prius effectualiter separentur,vt in dicto c.eos qui. In talem etiam excommunicationem incidunt omnes,qui scienter in tali matrimonio præstiterint auxilium,vel fauorem,consensum,vel participationem:quia participans in crimine criminoso,incidit in eandem sententiam,vt in c.nuper,& in c.si côqubinæ clericorum,extra de sen. excommunicationis. Si autem talis clericus velit à tali coniuge separari,debet eam abiurare in forma 35.q.6.c.ab ista die.& extra qui clerici vel vouentes.c.ex literarum.si tamen suspicaretur quod clericus periuraret,non debet à tali exigi iuramentum,sed aliter cautè compelli ad obseruantiam castitatis,vt in c.clericos.extra de cohab.clericorum & mulierum. Nam licèt non obligatis ad continentiam castitas suaderi possit,sed non imperari:vnde dicentibus Apostolis Domino Iesu Christo,si ita est causa hominis cum vxore,non expedit nubere.dicit illis Iesus,non omnes capiunt verbum istud,sed quibus datum est: sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt,& sunt eunuchi qui ab hominibus facti sunt,& sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum,qui potest capere,capiat.Math.19.quasi dicat,de præcepto neminem astringo ad perpetuam castitatem vouendam,& seruandam,sed consulo,sicut dicit Apostolus 1.ad Cor.7.de virginibus autem præceptum Domini non habeo,consilium autem do,tanquam misericordiam consecutus à Domino.Ad quod 28.q.1.c.sic enim.quibus autem consilium placet,& sic vouet tacitè vel expressè,continentiam tenentur perpetuam obseruare.Nam quod ab initio est voluntarium,ex post facto efficitur necessarium.C.de actio.& obli.l.sicut ab initio.& quod semel placuit,amplius displicere non potest,vt in regula iuris,quod semel,de regulis iur.lib.6.Inde dicit Psal.vouete s.ex consilio,& reddite Domino Deo vestro s.ex præcepto.difficile quippe est continentiam seruare.28.d.c.de his.& 33.q.5.c.tunc saluabitur.§.item qui sitit. Clericis autem in sacris constitutis de necessitate conuenit perpetuam continentiã obseruare.Vnde & Apostolus dicit 1.ad Timotheum 3.oportet Episcopum &c.subdit,pudicum.& infra,filios habentes subditos cum omni castitate.& quod supra dixit,vnius vxoris virum,intelligitur ne sit bigamus.82.dist.c.proposuisti.de quo supra diximus,

& Apo-

& Apostolus dicit 1. Ad Thes. 4. non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque, qui hæc spernit, non spernit hominem, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. Conuenit autem clero, q̃ maximè constitutis in sacris, pluribus rationibus, quas notaui in c. quod à te, extra de clericis cõiugatis. vbi descripsi 16. rationes, &c. & sic sufficiat de quinta.

Sexta species clericalis sanctitatis esse debet, pietas ad subueniẽdum, ne sit cupidus, parcus, vel nundinalis. Ex quo dicit Apostolus 1. ad Timo. vltimo. Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia: nihil. n. intulimus in hunc mundum. & infra, Radix. n. omnium malorum, est cupiditas, quam quidam appetentes errauerũt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. tu autem, o homo Dei, hæc fuge. super quo verbo. s. cupiditas, dicit Petrus Tarantasii: hæc est, quæ sacrilegia cõmittit & furta, rapinas exercet & prædas, bella gerit & homicidia, simoniacè emit & vendit, iniustè petit & accipit, inique negociatur & fœneratur, instat dolis, imminet fraudibus, dissoluit pactum, violat iuramentum, corrumpit testimonium & peruertit iudicium. Ista siquidem opposita sunt sanctitati, & tanto turpius sedent in clericis, quanto specialius esse debent à cæteris pollutis populis disgregati. sunt enim vocati in sortem Domini. vnde Ambr. de fuga seculari, cui portio Dei est, nihil debet curare nisi Deum. & est textus Decreti 12. q. 1. c. cui portio. Hieronymus etiam ad Nepotianum scribit. Clericus, qui Christi seruit ecclesiæ, interpretetur primùm vocabulum suum, & nominis diffinitione prolata nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros, Græcè, Latinè sors appellatur, propterea dicuntur clerici, quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors. i. pars clericorum est; & quia vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, vt ipse possideat Dominum, & ipse possideatur à Domino, & est textus Decreti 12. q. 1. c. clericus. vndè sicut Dominus gratis sua dona dispensat, ita & clerici gratis debent diuina misteria subditis, nec non & bona temporalia pauperibus dispensare. Mat. 10. gratis accepistis, gratis date. 1. q. 1. c. gratia. dicit Leo Papa, gratia si non gratis datur, vel accipitur, non est gratia. & Amb. in pastorali, & habetur 1. q. 1. c. reperiuntur quam plurimi negociatione muneris mercari velle gratiam spiritus sancti, dum illi pretium donant, vt pontificalis ordinis sublimitatem accipiant, obliti verborũ Petri, qui dixit ad Simonem, pecunia tua tecum sit in perditione,

quoniam donū Dei existimasti pecunia possideri, Actuum 8. Non sit igitur cupidus clerus, non parcus, sed munificus, largus & liberalis, quia maledictus est dispensator auarus, cuius largus est Dominus. hinc & Apostolus inquit 1. ad Timo. 3. oportet episcopū esse hospitalem, & ad Ro. 12. necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes, & Hieronymus dicit Damaso scribens, & habetur in Decretis 16. q. 1. c. quoniam, quod est c. fi. Quoniam quicquid habent clerici, pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum & hospitum inuigilare debent, & idem dicit Apostolicis viris, & Euangelizatoribus Christi in necessarijs vsibus nolle tribuere, seipsum cōmendare est. Glos. dicit in verbo necessarijs, id est, in victu & vestitu 10. q. 2. c. Episcopus. & Ambrosi. in lib. de officiis, & habetur in Decretis 12. q. 2. c. aurum, dicit, Aurum habet Ecclesia nō vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. Et infra, Nonne dicturus est Dominus, cum passus es tot inopes fame mori, & certè habebas aurū: ministrasses alimoniā. i. ministrare debuisses. cur tot captiui in captiuitatē ducti, nec redempti ab hoste occisi sunt: melius fuerat vt vasa viuentium seruares quàm metallorum, & Hieronymus dicit in c. sequenti, Gloria Episcopi est operibus pauperū prouidere, ignominia Sacerdotis est proprijs studere diuitiis. & idem dicit 88. dist. c. negocia, Negociatorē clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum, quasi quasdam pestes fuge. ergo non sit clericus nundinalis. Nam tertio monitus à negociationibus non desistens, siue à mercantiis, perdit circa bona priuilegiū clericale, vt in c. fin. extra de vita, & ho. cle. Et quæ sint negotia clericis licita vel illicita, satis notaui in c. penultimo, extra de vita, & hon. cle. Accedūt nota. in c. sicut, & plenius in c. 1. & 2. & per totum, extra ne clerici, vel mo. secularibus negotiis se immisceant, & sic pertranseat sexta species. *

Septima species clericalis sanctitatis est, grauitas siue maturitas ad perficiendum, ne sit lubricus, instabilis, vel ruinalis. Ex quo dicit Apostolus, non neophitum, &c. quasi dicat, quia nouellus in fide faciliter retrograditur, & apostata factus inutiliter laborauit: Prou. 6. homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malū; & in omni tēpore iurgia seminat, huic extemplo ueniet perditio sua & subito conteretur, nec habebit vltra medicinam.

Clericus

Clericus igitur, grauis & maturus esse debet, & omni macula carere, quantum ad natiuitatem, vt sit legitimè natus, quia illegitimi prohibétur etiam ex lege veteris testamenti, Deuteronomii 23. quia tales filii solent esse imitatores paterni sceleris. 6. q. 1. c. si quis cum militibus, & 56. d. c. si gens. Accedunt ad hæc nota. in c. innotuit, extra de elect. & in c. per venerabilem. ex tra qui filii sunt legitimi. & in c. 1. & per totum, extra de filiis præsbiterorum. Attenditur etiam ætas & vitæ qualitas, de quibus satis habetur in c. cum in cunctis, extra de elec. & in c. generalem. de ætate, & qualitate, in Clementinis, & in c. nihil est, extra de elec. vbi dicit textus, nihil est quod Ecclesiæ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum. & infra, Ipsumque decernimus hac animaduersione puniri, vt cum de ipsius constiterit negligentia, maximè si hominem insufficientis scientiæ vel inhonestæ vitæ, vel ætatis illegitimæ approbauerit, &c. & sic pertranseat septima species, & secunda pars principalis nostri Sermonis succinctè præcisa, gratia breuitatis.

PARS TERTIA.

AD Tertiam igitur & vltimam partem postremò veniens, quam dicebam continere extremæ penalitatis improperium perniciosum, cum dicit Angelus, ne percutiam eos. *Sacerdotes quoque*, inquit, *qui accedunt ad Dominum, vt sanctificentur, ne percutiam eos*, vbi supra. q. d. si deficient à sanctitate, percutiétur penalitate. Vide itaque quàm sanctè, quàm iustè, quàm benigè cælestis medicus suam côferat mortalibus medicinam. Captat. n. primo, táquam Orator excelsus, beniuolentiam Auditorum, cum eos pro nomine ministerii Sacerdotes appellat. Facit eos dociles, vt attendant cui ministrent, quia summo Deo, cum subdit, Qui accedût ad Dominum. Reddit attentos ad diligentiam ministerii cum subdit, sanctificentur, & tam pulchrè stabilire contendit in sanctitate, cum commi nando subdit, ne percutiam eos, quasi dicat, pro firmissima orationis meæ conclusione tenete, quod nisi perseueraris in sanctitate continua, percutiam vos Imperio summi Regis. Ad vos ergo est verbum hoc, o Sacerdotes. Videte quid agitis, ad quid vocamini,

quid intenditis, quid docetis, quid operamini, vbi sedetis, ne in cathedra pestilentiæ sedeatis, vel in sede Sathanæ, & cũ Lucifero deiecti in inferni laqueum ruatis in Præcipitium sempiternum, vbi nulla est redemptio, neque spes aliqua salutaris. Nostis, Patres præstantissimi, percussos esse patres nostros primos parentes, videlicet de paradiso voluptatis eiectos. Gen. 3. Diluui tempore consumpta est omnis caro, quæ mouebatur super terram, vniuersi homines, & cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt, & deleuit Deus omnem substantiam, quæ erat super terram ab homine vsque ad pecus, tam reptile quàm volucres cœli, deleta sunt de terra, remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant, in arca, & hoc ideo, quia omnis caro corruperat viam suam super terram. Genes. 6. & 7. cap. Turris Babel percussa est cum ædificantibus eam in confusione linguarum, & confusum est labium vniuersæ terræ. Genes. vndecimo, Percussus est Chodorlaomor Rex Elamitarum cum alijs quatuor regibus in valle silnestri. Genes. 14. Percussa est Sodoma & Gomorrha, cum tribus adiacentibus ciuitatibus. Genes. 19. & hoc ideo, quia homines Sodomitæ, pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Gen. 13. Percussus est rex Sichen cum omnibus habitantibus Sichimæ in vltionem stupri Dinæ filiæ Iacob, per Simeonem & Leui. Gen. 34. Percussi sunt Ægiptii decem plagis, quę notantur his versibus.

Sanguis, rana, culex, musca, moriens pecus, vlcus,
Grando, locusta, nox, mors, prius orta necans.

De quibus Exodi. 7. vsq; ad quartumdecimum capitulum, in quo describitur percussio Pharaonis cum omni exercitu suo, super quos reduxit Dominus aquas maris, nec vnus quidem superfuit ex eis. Percussi sunt filii Israel per tribum Leui, cecideruntque in die illo quasi vigintitria millia hominum, quia fecerant, & adorauerant vitulum cõflatilem. Exo. 32. Percussus est Dathan & Abiron cum omnibus familiis, & tabernaculis eorum, & cũ quatuordecim millibus & septingentis viris, qui obedire recusarunt Moysi seruo Dei, ex quo terra aperta est, & deglutiuit Dathan & Abiron, & ignis combussit, & deuorauit reliquos. Num. 16. Percussi sunt iterũ octuagintaquinque millia de exercitu Regis Assiriorũ, quia oblocuti sunt contra Deum. 4. Reg. 19. Percussi sunt centum viginti septem millia de exercitu eiusdem Regis, quia malè locuti

sunt de Deo. 3. Regum. 20. Percussi sunt Elamitæ, & mortui sunt omnes, qui aspiciebant indigne arcam Domini. 1. Regum. 6. Percussus est Oza, & mortuus, eo quòd extendisset manum ad arcam Domini, & tenuit eam ne caderet, quia calcitrabant boues & declinauerant arcam. 2. Reg. 6. Dicunt Doctores ideo mortuum esse Ozam, quia in nocte præcedenti dormierat cum vxore, & sic tãquam immundus, præsumpserat manu tangere arcam Domini: quanto magis ergo timere debent immundi presbyteri, qui non cum vxoribus, sed cum meretricibus dormiunt, & sacratissimum Domini corpus, & sanguinem tractare præsumunt indignè. Caueant igitur, & formident, ne percutiat eos Angelus Domini, sicut & tot alios iam percussit. Lauamini ergo, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, dicit Dominus. Quiescite agere peruersè, discite benefacere, &c. Isa. 1. Mũdamini, qui fertis vasa Domini, Isaiæ 52.

Sed vt ad percussiones iuris canonici nostrum propositum reducamus, septem similiter modis presbyterorum excessus nouerimus esse percussos, videlicet. Primò, per suspensionem. Secundò, per interdictionem. Tertiò, per excommunicationẽ. Quartò, per depositionem. Quintò, per carcerationem. Sextò, per flagellationem. Septimò, per degradationem.

Primò dico, percuti clericorum excessus per suspensionem: vbi sciendum, & considerare libet, quòd supensio, alia est quò ad se tantum. Alia nedum, quo ad se, sed etiam quo ad alios. Quo ad se tantum suspensus est quilibet criminosus. i. mortali peccato subiectus, & talis ingerens se diuinis sacramentis, siue actiuè, siue passiuè, mortaliter peccat. Vnde beatus Thomas in 4. Sententiarum. d. 24. dicit, quòd existens in mortali, si suscipit vel ministrat ecclesiastica sacramenta, nedum mortaliter peccat, sed velut blasfemus & deceptor, venit meritò puniendus: immo plus dicit in 3. parte summæ. q. 64. arti. 6. quòd existens in mortali peccato, & tangendo sacramenta, & ingerendo se diuinis, etiam sine apparatu, mortaliter peccat, nisi in casu necessitatis ex periculo mortis baptizaret, vel nisi ex casu corp⁹ Christi de terra colligeret. Pro quo satis faciunt Apostoli verba, cum dicit. 1. ad Cor. 11. probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui autem manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini, i. non decernens sacrum a prophanis,

quod generaliter intelligi conuenit de omnibus sacramentis, & sic de illo magis, quod omnibus est maius. s.de corpore & sangui ne Domini nostri Iesu Christi.de consecra.dist.2.c.nihil.vbi dicit textus, nihil in sacrificijs maius esse potest quàm corp9 & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est. Sed omnis hæc præcellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumē da, atque ab omnibus veneranda, & sicut potior est cęteris, ita potius excoli & venerari debet. Inde dixit Moyses Deutero. 16. Iuste quod iustum est, persequens, vt viuas & possideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Ergo si non iustè, mortaliter peccat. Iuxta quod dicit Salomon Prou. 15. victimæ impiorum abominabiles Domino, vota iustorum placabilia, abominatio est Domino via impii, qui sequitur iustitiam, diligetur ab eo. Plus etiā dicit Thomas in 4. Sen.dist. 19. videlicet, quòd existens in mortali, si prædicat, mortaliter peccat, licet noster Ric.ibidem videatur, hoc intelligere, quando peccatum est manifestum. Alia dicitur suspensio, quo ad se & quo ad alios, qua sunt suspensi omnes hæretici, scismatici, simoniaci, excommunicati, & notorii fornicarii, vt satis notant Doctores in c.sicut, & in c. vestra. & in cap. quæsitum. extra de cohabitatione cle. & mulierum. Nam licèt quilibet criminosus etiam degradatus, vt dixi, possit conficere. 15.q. vlt.c.fin. & in d.c.vestra, ad quæ faciunt etiam notata in c. 1. extra de summa Tri. & fide cath. attamen tales præcisos, siue suspensos, quò ad se, & alios, quia damnabiliter ingerunt se diuinis, debemus euitare, vt confusione deuicti suos excessus corrigant & emendent. 32. d. c.nullus, & c.præter hæc. §. verum. 81. d.ca. si qui sunt presbyteri, concubinas habentes, vbi dicit text. peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis, dum se Christianum esse asserit, sedi apostolicæ obedire contemnit. 24. quæst. 2. cap. sanè. extra de elec. c. quia diligentia. 1.q. 1.c. si quis a simoniacis. & c. reperiuntur, extra de simonia. c. tanta, & c. quotiens. & c. accusatum. extra de sen. excōmu. c.si quem. & 3.q.4. c.Engeltrudam. 24. q.3.c.inter hæresim. 7.q.1. c.Nouatianus. & tractat beatus Thomas. 2.2.quæst. 39. & est bona glo.in c. 1. extra de scismaticis. satis faciūt nota. in cap. ex tenore. extra de præscrip. & in c.cū non liceat, eod. tit. & in c. vestra, & in c.quæsitum, extra de cohab. cle. & mul. Est notādum quòd si prędicti suspensi damnabiliter ingerunt se diuinis, efficiuntur irregulares, a qua irregularitate non possunt absolui, nisi per Papam, vt

c 2 in c.

in c.si celebrat,extra de cle.excom.min.& in c.cum æterni,de sen. & re iud.lib.6. De multiplici suspensione tractat glo.magistra.Io. An.& satis abundè, in c.cupientes. §. si scienter, in verbo suspen. de pœnis,in cl.vnde beatus Thomas de Aquino, & Dominus Bonauen.in 4. Senten.distin. 13. dicunt,& clarius Bonauen. in 4. q. quòd quorundam missæ prohibentur audiri in pœnam peccati eorum,quia non sunt digni conficere, & si conficiant non sunt digni audiri,& hæc est prima ratio.Secūda ratio est, vt confusi redeant ad gratiam pœnitentiæ. Tertia ratio est, vt alij retrahantur ab eorum imitatione, quia cum vnus corripitur plurimi emendantur, & vnius pœna transit cęteris in exemplum. quæ tres rationes etiā bene colliguntur in d.c.vestra,de cohabitatione cle.& mul.& dicit Dominus Bona.quòd euitare tales, vt supra suspensos, est opus iustitiæ,misericordiæ & prudentiæ,& sic ista tria conrespondent prędictis tribus rationibus. Dicit etiam, quòd sacramentum euchariftiæ eleuat hominem ad statum spiritualem,ad quem non eleuantur fornicarii , qui sunt omnino carnales,immò dicit textus. 32. quæst. 2. ca.connubia: quod tempore illo, quo coniugales actus geruntur, præsentia spiritus sancti non datur , etiam si propheta esse videatur , qui officio generationis obsequitur , vbi dicit glo.quia est ibi quidam stupor,& homo totus carneus efficitur. Innocentius tamen in dicto c. quæsitum, de cohabitatione cle. & mul.dicit,quem sequūtur communiter omnes, quòd Simoniaci & notorii fornicarii,in casu necessitatis,vt in articulo mortis, possunt ministrare duo sacramenta tantummodo.s. baptismum,& eucharistiam,& cum licitum sit à talibus in tali casu hæc duo sacramenta recipere,32.d. c.pręterea,§.verum,licitum est talibus etiam tangere,non tamen conficere,nec suscipere.nec credimus licitum, dicit ipse,ab huiusmodi extremam vnctionem recipere,vel alia sacramenta: nam cum sint generaliter prohibiti,& de his duobus specialiter concedatur,consequens intellectus patet quòd de cæteris negatur,25.d.c.qualis,facit quod habetur in c.nonne.extra,de pręsump. & Innocentius hęc notat extensius, in c.fraternitatis,vltra medium,extra de hæreticis.satis etiam faciunt quæ habentur 1.q. 1.c.Sacerdotes,vbi referuntur verba Domini dicentis ad Moysen Leuitici 21.qui habuerit maculā,non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius,si cæcus fuerit,si claudus, siue paruo vel grandi,& torto naso,si fracto pede vel manu, si gibbus, si lip-

pus

pus,si albuginem habens in oculo,si iugem.i.continuam scabiem, si impetiginem in corpore,vel herniosus,omnis qui habuit macu lam de semine Aaron Sacerdotis,non accedet offerre hostias Domino,nec panes Deo suo.& infra,Nec accedat ad altare,quia macu lam habet,& cōtaminare non debet sanctuarium meum.Hinc etiā extractus est titulus Decretalium,de corpore vitiatis.s.non ordinā dis,vbi sciendum, sicut dicit glo.in c.fin. quod quidam sunt corpore vitiati sponte, quidam casu. Si sponte,distingue: aut nulla iusta causa interueniente,& ordinandus repellitur,& iam ordinatus deiicitur. 55.d.c.qui partem,& c.si quis à medicis,& 33.di. c.maritum.Aut iusta causa interueniente,& tunc non prohibetur ab ordine,puta quia timore lepræ,aut aliqua consimili causa, vt in c.ex parte M.nisi generet deformitatem,quia tunc in omni casu repellitur,argu. 55.d.c.lator, & c.si euangelica,& c.exposuisti,de cor.vi. Si casu,in magnis membris repellitur & deiicitur, si deformitatē generet,vt in d.c.si euangelica.In paruis uerò membris non impeditur,si deformitas modica sit,& sine culpa sua acciderit, vt in d.c. fin.de cor. vi. Si cum culpa sua in talem modicam deformitatem incidit,de misericordia toleratur,vt in c. 1. de cor. vi. Adde vltra glo. quòd siqui deformes nati sunt,vel inuiti mutilati,aut casu fortuitò, cum darent operam rei licitę,si non est tanta deformitas, quod scandalum esse possit, vel inhabilem reddere ad ecclesiasticum ministerium exequēdum, de misericordia toleratur. 55.d.c.si quis absciderit,& c.eunucus,& c.siquis pro ægritudine,& c.præcepta,& extra,eodem titulo,c.significauit,cum aliis capitulis superius allegatis. & dicit Innocentius, quod si etiam ex culpa sua incidisset in modicam deformitatem, ex misericordia toleratur in susceptis.s.ex dispensatione episcopi, vt in c.1.eo. tit. Hostiensis tamen in d.c.1.in glo.vltima,in fine dicit, quòd talis dispensatio nō per Episcopum,sed per Papam fieri debet,50.dist.c.non confidat, quod securius est. Toleratur etiam claudus,nisi talis sit ꝙ sine baculo ad altare stare non possit,45.d.c.disciplina, & de consecratione,dist.1.c.nullus episcopus,aut presbyter. De cæco autem, vel habente in oculo maculam,episcoporum arbitrio relinquitur terminandum,quanta sit macula vel defectus, vt si magna est macula, non admittatur:si parua ita ꝙ possit sine scandalo ministrare toleretur, vt in c.cum de tua,ad finem,extra eo. tit. Ad quod faciunt nota. in c.de causis, extra de officio deleg.& ff.de iure delib.

l.1.

1.1.§.1. De lunaticis autem & caducis, durante defectu non admittūtur, etsi fuerint promoti, omnino cessare debent ab officio missę, nisi essent totaliter liberati. 7. q. 2. c. in literis. vel nisi cadens haberet iuxta se aliquem Sacerdotem, qui eius posset supplere defectū. 7. q. 1. c. illud. Quanto autem tempore possit præsumi, an & qualiter sint liberati, dicunt aliqui quòd per annum, arg. 35. d. c. communiter. Alii dicunt, quòd per triginta dies. 7. q. 2. §. fin. Sanius tamen est iudicis arbitrio relaxare, argumento notatorum in d. c. de causis. de offi. del. Ex his igitur perpendendum, quanta diligentia curare debent Sacerdotes, vt sint immunes à maculis spiritualibus, & carnalibus contuberniis, cum tanta prouidentia sit agendum circa maculas corporales. Neque credant clerici excusari, si non castè vixerint à pœnis impositis fornicariis, propter extrauagantem Martini Papæ V. cum nullam relaxationem faciat clero, sed solummodò prouideat circa euitationem talium suspensorū, &c. & prædicta sufficiant pro prima percussione.

Secundò dicebam clericorum excessus percuti per interdictionem: Vt quia interdicitur terra, vel aliqua ecclesia, vel omnes ecclesiæ, extra de ver. sig. c. cum in partibus. vel quia ex iusta causa cessatur à diuinis, vt in c. quamuis, & in c. si Canonici. de of. or. lib. 6. & tractat Innocentius in c. dilectis filiis, decano, &c. extra de appellationibus, & de materia satis tractatur in c. cum medicinalis, & in c. alma mater, de sen. exco. lib. 6. Vbi sciendum, quòd aliquādo persona suspēditur ab officio, aliquādo à beneficio, & aliquādo ab vtroque. 2. q. 5. c. presbiter, extra de purgatione canonica c. inter solicitudinem. quādoque persona nominatim interdicitur, extra de priuilegiis. c. cum & plantare. §. excommunicatus, & c. vt priuilegia, & extra de præben. c. in Lateranensi, & extra de cle. excommunicato, in c. proposuit, & in cle. 1. de vita & hone. cle. & in clemen. 1. de sepul. & talis interdictio, nihil est aliud, quam separatio à certis sacramentis, & omnibus diuinis officiis, & ecclesiastica sepultura, vt extra de sponsalibus, c. non est vobis, & de pœnitent. & re. c. quod in te. & extra de his quæ fiunt à maiori parte capituli, c. quæ sunt, & extra de off. dele. c. sanè. Tēpore aūt generalis interdicti licet clericis singulis diebus in ecclesiis & mo. missas celebrare, & alia diuina officia submissa voce persoluere, ianuis tamen clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, campanis etiam non pulsatis, ita tamen quod nullos alios, etiam si aliunde veniāt,

admittere, debeant, nisi speciale priuilegium obtinerent, de priui. c. licet, lib. 6. Ite quòd tam canonici quàm clerici ecclesiarum, in quibus distributiones quotidianæ tribuuntur illis, qui intersunt horis canonicis, si non venerint, admittant eas sicut interdicto perderent nõ extante, si diuinis officiis non adessent. In festiuitatibus verò Natalis Domini, Paschæ, ac Pẽtecostes, & Assumptionis Virginis gloriosę, campanæ pulsentur, & ianuis apertis alta voce diuina officia celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis: quibus ob reuerentiam dictarum solennitatum, & vt ipsi ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum facilius inclinentur, præfatis diebus participatio permittitur diuinorum, sed sic tamen quòd illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, alteri nullatenus appropinquent, prædicta continentur expresse in dicto c. alma mater. Potest etiam tempore generalis interdicti confici crisma in die cænæ, vt in c. quoniam, de sent. excom. lib. 6. Possunt etiam interdicti tempore ministrari aliqua ecclesiastica sacramenta, sed non omnia, extra de sen. exco. c. responso. Vnde possunt conferri baptismus, & confirmatio non solùm paruulorum, vt in dicto capit. responso, & in dicto capit. quoniam. Potest etiam exhiberi absolutionis beneficium pœnitentibus nedum in mortis articulo, sed etiam in plena sanitate constitutis, dum tamen excommunicati non fuerint, qui non possunt admitti, nisi in mortis articulo, vel nisi tales essent, quorum culpa, vel dolo sententia interdicti lata foret: vel qui præbuerunt consilium, auxilium, vel fauorem, si non prius satisfecerint, vel de satisfaciendo præstiterint idoneam cautionem, aut si hoc non possunt nisi iurauerint, quòd cum poterunt satisfaciant, & ad satisfactionem faciendam per illos, qui tenentur dabũt consilium, & auxilium, & ad id posse tenus laborabũt, nec tamen propter aliquod prædictorum fieri debet relaxatio interdicti, vt in dicto c. alma mater. Potest etiam decedentibus eucharistia ministrari, vt ĩ d. c. quod in te. Negatur extrema vnctio, vt ibidem. Negatur promotio laicorum loci interdicti ad ordines. conceditur tamen clericis non interdictis. Possunt etiam secundum Innocentiũ tempore interdicti cõtrahi matrimonia, cum etiam apud infideles licitè contrahãtur, licet ab ecclesia infidelium matrimonia non sint rata. 26. dist. c. deinde. 28. q. 1. §. itẽ illud. extra de diuor. cap. quanto. & c. gaudemus. non debet tamẽ nuptialis benedictio fieri tempore

pore interdicti, vt dicit Hostiensis in summa, de qua benedictione tractatur. 23. dist. c. fina. & extra de secundis nupt. c. 1. & c. vlt. & 35. quæst. 3. cap. nulli. & 32. quæst. secunda, §. 1. & 30. quæst. 5. cap. 1. & cap. sponsus. Denegatur etiam laicis tempore interdicti ecclesiastica sepultura, & si pœnitētiā acceperint morientes de vniuersitate interdicta, quia & tales interdicti sunt, & si non peccauerint in Deo, propter quod positum est interdictum. extra de pœn. & remis. c. quod in te. 27. q. 4. c. miror. 24. q. 3. c. si habes. Sed illi, qui inter interdictos excommunicantur, etiam si ab ipsa excommunicatione absoluantur, remanent adhuc tamen interdicti, donec soluatur interdictum. si tamen in morientibus apparuerint signa pœnitentiæ, & postea fuerit solutum interdictum, tūc talium corpora erunt ad ecclesiam, vel sacrum cimiterium transferenda, arg. extra de sen. excom. c. cum illotum. etsi apud ecclesiam, stante adhuc interdicto, sepulti fuerint, non erūt postmodum exhumandi, argumento nota totum in c. sacris. extra de sep. & pro talibus pœnitentibus interdictis licet mortuaria recipere, & orare. 11. q. 3. c. hoc quicunque. Si autem impœnitentes decesserint, non est pro eis orandum, nec mortuaria recipi debēt. 88. dist. c. fi. Clericis autem, qui non sunt in tali generali interdicto conclusi, non negatur ecclesiastica sepultura, campanis tamen non pulsatis, & omni solennitate cessante, vt in d. c. quod in te. & sic intelligitur verbum ibi positum, cum silentio. Scienter autem aliter celebrantes in loco interdicto, vndecunque sint & uenerint, suspensionem & irregularitatem incurrunt. extra de cle. excom. ministrante. c. postulastis. §. vltimo. vbi etiam habetur, quòd talis est à beneficio remouendus. faciunt notata, extra de elec. c. cum inter. & in c. is qui. de sen. excommu. lib. 6. similiter irregularis efficitur ministrans in ordine non suscepto, vt in c. 1. extra de cle. non ordina. ministrante. nec suscepto. vnde clerici, qui exercēt officium illius ordinis, quem non habent, sunt deponendi, vel perpetuò suspendēdi ab ordine, quem habebant, nisi postquàm iuxta prouisionem episcopi biennio, vel triennio suspensi fuerint misericorditer tolerentur, nunquàm tamen vlterius poterunt ad maiores ordines promoueri, vt in c. 1. & 2. eo. tit. & arg. 11. q. 3. c. priuilegium. & 25. q. 2. cap. sic decet. nec cum tali potest dispensari, quòd ascendat ad vlteriores ordines, nisi per Papam, secūdum Raymundum, Gof. & Vin. Host. tamē in summa tenuit, quòd episcopus potest dispensare, sed in glo. variauit

uit. Innocentius autem in c. dilectus. extra de temporibus ordinationum, tenet quod episcopus potest dispensare, & hoc etiam tenet gl. in d. c. 2. facit quod habetur in c. nuper, extra de sent. excom. quia Papa sibi specialiter non reseruat, tutius tamen est à Papa dispensationem habere. salubrius autem sibi absque dubio prouidebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum, dicit tex. in d. c. 2. in fi. quæ sunt satis notanda, & attendenda curatis, ne in missis solennibus faciant clericos in minoribus constitutos cum apparatu subdiaconi epistolas decantare, & sic ministrare in ordine non suscepto, quia talis efficeretur irregularis, vt supra. faciunt etiam ad prædicta quæ habentur. 23. dist. c. subdiaconus. 74. dist. c. si qui. clerici. sed si sine solennitate in missa priuata, & sine apparatu legat epistolam, vbi sic est de consuetudine, vel si in matutinis legat lectionem vel cantet responsorium, non efficitur irregularis, vt patet per notata in c. vt quisquis, extra de vita & honest. cle. & 11. q. 3. c. siquis episcopus in concilio. Sed vbi nec ex consuetudine tolerantur, etiam sine solennitate in ordine non habito ministrantes, efficiuntur irregulares, vt in d. c. si quis episcopus, & per Innocentium vbi supra, & sic pertranseat secunda percussio.

Tertiò dicebam, percuti clericorum excessus per excommunicationem. Vbi sciendum quòd excommunicationum aliæ sunt a iure, aliæ à Iudice. Quæ sunt à iure, aliæ sunt reseruatæ Papæ, siue sedi Apostolicæ: Aliæ sunt concessæ ordinarijs siue inferioribus prælaturis. Papæ autem, vel Apostolicæ sedi reseruantur omnes Infrascriptæ, videlicet.

Primò in Decretis 17. q. 4. c. si quis suadente diabolo. excommunicantur ipso facto omnes, qui manus in clericos iniecerint violentas, nec possunt absolui præter quàm in mortis articulo, nisi auctoritate sedis Apostolicæ. Excipiuntur casus, quos infra ponemus inter excommunicationes episcopis relaxatas. Et notandum, quòd licèt religiosi & clerici communiter viuentes à suis superioribus possint absolui: attamen de enormibus, vt de morte, vel mutilatione, sanguinis effusione, vel iniectione manuum in prælatum, solus Papa absoluit, vt in c. cum illorum, extra de sent. excom. & in c. religioso. eo. tit. lib. 6. & excommunicati sunt clericos detinentes vel iniuriosè capientes, etiam si per vestes, vel per equum, aut similia detineritur.

Secundò in Decretalibus, si quis incendit vel frangit ecclesiam

ſeu locum religioſum vel cemiterium, vel quancunque aliam rẽ, etiam prophanam, vt domum, vineam, vel ſegetem, & ſimilia, poſt denunciationem de eo factam ab epiſcopo, ſolus Papa abſoluit, vt in c. conqueſti, & in c. tua, extra de ſent. excõ. Nam & tales de iure ciuili capite puniuntur, vt in l. capitalium, §. nonnunquam, ff. de pœnis, & ff. de incendio ruina & naufragio. l. qui ædes, vbi dicit textus, incendiarius incendio detur. ad quod accedit 23. q. vltima, c. peſſimam.

Tertiò, ſi quis excommunicatus fuerit nominatim à Papa cum ſuis complicibus, participibus, auxiliantibus & fauentibus in crimine, vel obſequentibus & obedientibus, ſicut de Federico Imperatore depoſito patet in c. ſignificauit, & in c. ſi concubinæ, extra de ſent. excommu.

Quartò, ſi quis falſificauit literas Apoſtolicas, vel falſificatis ſciẽter vſus fuerit, vt in c. ad falſariorum, & in c. dura, extra de crimine falſi.

Primus in Sexto ſunt hi, videlicet primus eſt de electoribus Senatorum ſeu aliorum rectorum Vrbis Romæ abſq; licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, vt in cap. fundamenta. §. vt ergo, de elec. lib. 6.

Secundus eſt de electis aſſumptis vel nominatis ad regimen antedictum, ſi prædictæ electioni conſenſerint abſque licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, vt in prædicto c. & §.

Tertius eſt de obedientibus talibus rectoribus ſic intruſis, vt ibidem.

Quartus eſt de dantibus epiſcopis electoribus, aut huiuſmodi electoribus auxilium, conſiliũ vel fauorẽ in prædictis, vel circa prædicta publicè vel occultè, vt ibidem. Et nota ꝙ in prædicta conſtitutione prohibetur ne quis Imperator, Rex, aut Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, vel quiuis alterius notabilis pęminentiæ, potentiæ ſeu pręſtantis excellentiæ, vel dignitatis exiſtat, frater filius, vel nepos eorum, ad tempus, vel in perpetuum, ſeu quiuis alius vltra annale ſpatium eligatur, &c. & violatores præmiſſorum ab excommunicatione pędicta abſolui nequeunt, niſi per Papam, vel de eius licentia ſpeciali, vt in prædicto c. fundamenta §. contemptores. Vnde iſti caſus huiuſmodi electionis computandi ſunt inter caſus ſedi Apoſtolicæ reſeruatos.

Quintus, ſi quis inſecutus fuerit aliquem Cardinalem ſanctæ Rom. Eccl. ex quo multæ graues pœnæ imponuntur, à nullo præter

ter Apostolicæ sedis auctoritatem potest absolui, vt in c. fęlicis. de pœn. lib. 6.

Sextus, siquis dederit licentiam grauandi, vel per se ipsum grauauerit motu proprio, vel qui tali licentia vsus fuerit grauando aliquem iudicem ecclesiasticum, vel sibi coniunctum quomodocunque in personis vel rebus, vel proferentes, vel obseruantes, vel eos pro quibus lata fuerit sententia excom. suspensionis, vel interdicti, vel eos qui nolunt communicare cum talibus excommunicatis, nisi licentiam ipsam re integra reuocent, vel ablata restituant, vel de grauamine satisfaciant, ipso facto sententiam excom. incurrunt. In qua si per duos menses animo permanserint indurato, non nisi auctoritate sedis Apostolicę possunt absolui, vt in c. quicunque. de sent. excom. lib. 6.

Septimus, quicunque incidit, exenterat, demembrat, vel decoquit corpus alicuius defuncti causa transferendi ad quamlibet sepulturam, non potest absolui sine licentia sedis Apostolicæ, quo etiam vinculo sunt ligati mandantes, consulentes, & his similes, & tale corpus carere debet ecclesiastica sepultura, vt in extrauaganti Bonifacii VIII. quæ incipit, detestandæ feritatis abusus.

Octauus in Clem. siquis inquisitor hæreticæ prauitatis, vel ordinarius omiserit procedere contra hæreticos adhærentes, credentes, defensores, receptatores, complices vel fautores hæreticorum, odio, amore, gratia, siue lucro, aut si alicui imponeret crimen hæresis, vel quod sibi impedimentum fecerit in officio inquisitionis hęreticæ prauitatis cuiquam imposuerit animo deprauato, excommunicatus est, nec præter Apostolicæ sedis licentiam potest absolui, vt in c. cupientes. de pęnis, in cle.

Nonus, siquis religiosus præsumpserit ministrare eucharistiā, extremam unctionem, vel solennizationem matrimoniorum sine speciali licentia parochialis, vel si præsumpserit absoluere excommunicatos à canone, vel ab homine, siue per statuta prouincialia vel sinodalia in casibus non concessis, vel si absolueret à culpa & pœna, excommunicatus est, & sine auctoritate sedis Apostolicæ, non potest absolui, vt in c. religiosi, de priuil. in Clem.

Decimus, siquis religiosus, vel Clericus secularis voto, iuramento, vel qualibet promissione induceret aliquem ad eligendam sepulturam in sua ecclesia vel electā non immutandam, excommunicatus est, & præter Apostolicæ sedis auctoritatem absolui non

 potest,

potest, vt in cap. cupientes. de pęn. in Clem.

Vndecimus, si qs psecutionē fecerit alicui episcopo, vt si temere vel iniuriosè percusserit, ceperit, vel bandiuerit, vel hoc fieri mandauerit, vel ab alio factum, ratum habuerit, vel socius fuerit facientis, aut consilium illis dederit, vel fauorem, vel scienter defensauerit facientem, ipso facto sententiam excommunicationis incurrit; & non potest absolui absque licentia sedis Apostolicæ, vt in c. si quis suadente diabolo. de pœnis, in Clem. vbi multæ, variæ, & graues imponuntur pęnæ contra delinquentes in aliquo prædictorū, & interdicuntur aliquę ciuitates vltra illam, in qua talia crimina perpetrantur, & omnes Officiales ciuitatis eiusdem culpabiles in prædictis vel aliquo prædictorum quocunque nomine censeantur supradictam incurrunt excom. sententiam ipso facto.

Duodecimus, si quis cogit aliquem presbyterum celebrare in loco interdicto, vel ad audiendum vocat excommunicatos, vel interdictos, vel euocari facit, vel campanam pulsari facit, vel præcipit, vt tales moniti non exeant de ecclesiis, vel si ipsi interdicti, vel excommunicati moniti non exierint, & remanere præsumpserint in ecclesiis, ex quo diuina sint officia impedita, omnes tales excommunicati sunt, nec præter Apostolicæ sedis licentiam absoluitur, vt in c. grauis. de sen. excom. in Clem.

Decimustertius, si quis ferrum, equos, arma, lignamina, victualia, & alia quęcunque mercimonia, cum quibus Saraceni possint impugnare Christianos, in Alexādriam, vel alia loca Saracenorum terræ Aegipti deferre vel mittere seu de suis portubus, vt eis deferātur, extrahere vel extrahi permittere, aut eis auxilium vel fauorem præstare præsumpserit, ipso facto sententiam excommu. incurrit, & si capiatur fiat seruus capientis. extra de Iudæis. c. ita quorundam. & c. ad liberandum. & in quadam extrauagāti Nicolai IIII. quæ incipit, olim tamen in generali. in qua etiam addidit & simile statuit de omnibus terris Soldano subiectis, nec tales excōmunicati possunt absolui nisi tantùm de bonis propriis in dictæ terræ sanctæ subsidium conuertendum exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerunt vel miserunt, aut deferri vel de ipsorum portubus deferendum eis extrahi permiserunt, & præter prædictas pœnas perpetuò sunt infames, & intestabiles quoquo modo, ita quòd nec testari valeant, nec aliquid ex alieno percipere testamento, nec ab intestato, nec ex testamento succedere, nec admitti

ad

ad officia publica ministranda, & omnes actus legitimi sunt eis penitus interdicti, & postquam de hoc constiterit debent publicè denunciari & omnia eorum bona ad fiscum deuolui. & licèt prædicta constitutio Nicolai IIII. Videretur reuocata per procemium sexti libri, attamen Bonifatius VIII. infra annū post publicationem sexti libri innouauit per quandam suam extrauagantem, quæ incipit, Contra illos. & postmodum Clemens V. non solùm innouauit & confirmauit per quandam suam extrauagantem, quę incipit, multa mentis, sed etiam sibi & Apostolicæ sedi absolutionē excommunicationis eiusdem, pręterquam in mortis articulo reseruauit, quod etiam confirmatur & ampliatur in constitutione annua, &c.

Sunt etiam multi casus excommunicationum, quarum absolutio sedi apostolicę reseruatur in constitutione annua in die Iouis sancta, continuatis temporibus promulgata vbicunque residet Romana curia, quorum primus est de hęreticis quocunque nomine censeantur, & de fautoribus, receptatoribus & defensoribus eorundem.

Secundus est de piratis, cursaris, latrunculis maris, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus eorundem.

Tertius est de imponentibus in suis terris noua pedagia auctoritate propria.

Quartus est de falsificantibus nedum bullas vel literas Apostolicas, sed etiam supplicationes, gratiam seu iustitiam continentes per summum Pontificem vel vicecancellarium seu gerentes vices, aut officium vicecancellarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ de mandato eiusdem summi Pontificis signatas, aut sub nomine Papæ vel vicecancellarii, aut regentes officium prædictum signantibus vel emendantibus supplicationes aliquas postquam signatæ fuerint falso modo, de quo notant Doc. in c. ex literis, de fide instrum.

Quintus est de impedientibus seu inuadentibus victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria, adducentes, vel ne ad curiam ipsam adducantur, vel defecantur impedientibus vel turbantibus, & qui talia faciunt, vel defendunt, facientes, cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, status & dignitatis, etiam si pontificali, regali, reginali, vel quauis alia ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate.

Sextus est de capientibus temerariè, & iniquè, vel spoliantibus

&

& detinentibus, verberantibus, mutilantibus, vel interficientibus, vel talia fieri mandantibus contra quoſcumque ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel recedentes etiam ab eadem.

Septimus eſt de illis, qui per ſe, vel per alias quaſcumque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares ad Romanam Curiam ſuper earum cauſis, & negotiis recurrentes, illaque in eadem Curia proſequentes, aut procuratores, negotiorum geſtores, aduocatos vel promotores ipſorum, vel etiam auditores, ſeu Iudices ſuper dictis cauſis, vel negotiis deputatos occaſione cauſarum, ſeu negotiorum huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, aut bonis ſpoliant, cuiuſcunq; præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus fuerint, eccleſiaſtici vel ſecularis.

Octauus eſt de mutilantibus, vulnerantibus, interficientibus, capientibus, detinentibus, vel prædantibus Romipetas & peregrinos ad ſacram vrbem. ſ. Romanam, cauſa deuotionis & peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipſa, & in his dantibus auxilium, conſilium vel fauorem, quorum etiam bona ſunt perpetuò confiſcata.

Nonus eſt de inuadentibus hoſtiliter, vel occupantibus aut detinentibus quocunque titulo vel colore de præterito, præſenti vel futuro, almam Vrbem, regna Sicilię Triuariæ, inſulas Sardiniæ, Corſicę, terram citra Pharũ, Patrimonium beati Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, vel quamcunque aliam terram, vel loca, ſeu iura ad Romanam Eccleſiam pertinentia, & de adhærentibus & fautoribus, & defenſoribus eorundem, ſeu in his dantibus eiſdem auxilium, conſilium vel fauorem, quacunque præfulgeant dignitate, non obſtantibus quibuſcunque.

Decimus eſt de ſimoniacis in ordine vel beneficio dantibus, vel recipientibus occultè, vel manifeſtè, cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis exiſtant, quacunque eccleſiaſtica, vel ſæculari præfulgeant dignitate, vt in extrauaganti Martini Papæ V. quæ incipit, Damnabile ſcelus. & in extrauagãti Eugenii Papæ IIII. quæ ĩcipit, cũ deteſtabile ſcelus, in quibus præter excommunicationem reſeruatã, multas alias graues pœnas imponunt. & Bonifacius VIII. in quadam ſua extrauaganti excommunicauit omnes, qui ex pacto, vel promiſſione occulta vel manifeſta, aliquid etiam per eum recipere ꝓ aliqua iuſtitia vel gratia ꝓ ſe, vel ꝓ alio ĩ cauſis iudiciariis ſeu aliis pro literis, ab Apoſtolica ſede obtinendis, vel ſcienter vtentes

literis

literis taliter obtentis, siue gratiis, & absolutio reseruatur Papæ.

Vndecimus est de euntibus ad terram Sanctam, etiam causa deuotionis, seu ex voto sine licentia sedis Apostolicæ, vt patet in constitutione summæ pœnitentiariæ.

Duodecimus est de quibuscunque professis aliquam religionem de ordinibus mendicantium, si transeunt ad aliquem ordinem monachalem, excepto ordine Chartusiensium, & simile de recipientibus transeuntem, vt patet in constitutione Constantiensi.

Tertiusdecimus est de quibuscunque mandantibus, auxiliantibus, consulentibus, fauentibus, consentientibus, vel participantibus cum aliquo prædictorum in quocunque de casibus supradictis, quia participans in crimine criminoso incidit in eandem sententiam, vt in c. nuper, & in c. si concubinæ, & in c. significauit. cũ similibus, extra de sen. excom. & in c. sicut dignum. & in cap. ad audientiam. extra de homicidio. & 11. q. 3. c. qui consentit. cum simi lib. Et notandum, quòd in omnibus conceditur absolutio in mortis articulo, sed qui superuixerint nisi quàm citius possint se repræsentent, reincidunt in eãdem, & sic de quocunque alio temporali impedimento, vt in c. eos qui, de sen. excom. lib. 6. & in cap. si quis suadente diab. de pœnis, in Cle. cum similib.

Excommunicationes autem, quarum absolutio conceditur episcopis siue inferioribus prælatis, sunt infrascriptæ, videlicet. Primò quantum ad percussionem clericorum pro quodam memoriæ artificialis ingenio ponuntur versus, quos collegit Hostiẽsis in c. cum illorum. extra de sen. excom. qui sunt tales, videlicet.

Absoluit Papa solus clericum ferientem.
Decem & septem tamen ex hoc excipe casus,
Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis,
Deliciosus, inopsq́, senex, ægerque, sodalis,
Ianitor, astrictus, dubius, commune, leuis ictus, Debilis, &c.
Absolui tamen sine summa sede merentur
Atroces verò soli Papæ reseruantur.

Prædictorum trium versuum post duos primos talis est declaratio, quòd pro quolibet verbo sumitur vnus casus episcopo reseruatus, vel pari siue maiori, quo ad auctoritatem huiusmodi iam concessus.

Primus est in verbo regula, in quo concluditur quod si regularis uerberat regularem, licèt ipso facto sententiam excom. incurrat,

rat, poteſt tamen per ſuum abbatem, vel ſuum parem prælatum ab ſolutionis beneficium obtinere, & ſi diſcretio abbatis, vel per conſequens ſui prælati, ad eius ſiue eorum correctionem non ſufficeret, eſt diœceſani epiſcopi prouidentia adhibenda, vt in cap. monachi. extra de ſent. excom. veruntamen ſi percuſſio enormis interuenerit cum morte, vel mutilatione mēbri, vel ſanguinis effuſione; vel iniectione manuum in prælatum, percutientes taliter pro abſolutionis beneficio ſunt ad Sedē Apoſtolicam deſtinandi, vt in c. cum illorum, extra de ſen. excomm. Et ſic in hac ſpecie includuntur quàm plures caſus, in quibus delinquentes citra ſedem Apoſtolicam abſoluuntur.

Primus eſt de religioſis eiuſdem clauſtri, qui ſe inuicem percuſſerint, quia ab eorum prælatis abſolui poſſunt, niſi exceſſus ipſorum fuerit difficilis & enormis, vt ſupra diximus per dictum c. cum illorum.

Secundus eſt de clauſtralibus diuerſorum clauſtrorum, quorum delinquens per abbatem proprium, & eius qui paſſus eſt iniuriam abſoluetur, vt in d. c. cum illorum, & ibi per Hoſtienſem. & argum. extra de officio ordinarii. c. ſi.

Tertius eſt de religioſo percutiente clericum ſęcularem, qui ab Epiſcopo abſoluetur, vt in c. religioſo, de ſen. excomm. lib. 6. & intellige per Epiſcopum illius clerici percuſſi, ſi idem eſt Epiſcopus clerici percuſſi, & loci vbi commiſſum eſt maleficium, aliàs abſoluetur per Epiſcopum, in cuius territorio clericum vulnerauit, per prædictam rationem, ſcilicet ne talis religioſus materiam habeat euagandi, vt in dic. c. religioſo. & in d. c. cum illorum. & etiā, quia ratione delicti efficitur quis de foro iudicis, in cuius territorio cōmiſſum eſt delictum, ut in c. ſi. extra de foro competenti. & in c. 1. extra de raptoribus. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet.

Quartus eſt de nouitio, ſiue percutiente, ſiue percuſſo, quia poterit eodem modo quo ſupra, fieri abſolutio prædictorum, vt in dicto c. religioſo, & in dicto c. cum illorum, & in d. c. monachi.

Quintus eſt de nouitio, qui in ſæculo ſententiam excomm. incurrerat, nam ad religionem veniens poteſt à prælato illius religionis abſolui in caſibus ſupradictis, vt in d. c. cum illorum. Aduertendum eſt tamen, quòd ſi non perſeuerauerit in religione, ipſo iure in tali abſolutione intelligitur ineſſe conditio, quòd in eandem

excom-

excommu.sententiam retrudatur; cautius est tamen aduisari per absoluentem, vt dicit Hostiensis in d.c.cum illorum.

Sextus casus est, quod si regulares non habent prælatũ, ad quẽ possint recurrere, vt puta quia defunctus est, vel quia excommunicatus est, vel quia non Sacerdos, & sic de similib. siue religiosi sint exempti, siue non, siue viri, siue mulieres, ad diœcesanum recurrere debent in casibus supradictis pro absolutionis beneficio reportando, argum. optimum in d.c. religioso. de sen. excom. lib. 6. et not. Host. Vin. & Innoc. in d.c. monachi.

Septimus casus est de monialibus, quæ se inuicem percuterent: possunt enim absolui ab episcopo, in cui⁹ diœcesi monasteria sunt fundata, vt in c. de monialibus, extra de sen. excom. idem est de quocunque prælato habente similem auctoritatem, per arg. a simili, vt in d.c. cum illorum.

Octauus est etiam de monialibus percutientibus suos conuersos, vel conuersas, vt in d.c. de monialibus.

Nonus est de monialibus percutientibus clericos, vt ibidem.

Decimus est de monialibus percutientibus monachos vel fratres, capellanos eiusdem monasterii, argum. in d.c. de monialibus. Et notandum, quòd prædicta locum habent tam in exemptis monialibus quàm in non exemptis, & tam in professis quàm in nouitiis, vel non professis, argum. in c. ad abolendam, in fi. extra de hæreticis, & in c. irrefragabili, §. retineri. extra de officio ordinarii. qđ intelligit glo. si episcopus absoluit tanquam delegatus Papæ, vigore dictæ Decretalis, de monialibus. si autem velles eas absoluere eo iure, quo absoluere potest alias mulieres, vt in c. mulieres. extra de sen. excommu. tunc non tanquam delegatus absolueret, sed tãquam ordinarius. Et si monasteria essent in diuersis episcopatibus deberent tales episcopi inuicem conuenire, & quilibet absoluere, vel alter vicem suam alteri delegare, quod congruentius est, argumento in d.c. cum illorum. de sen. excom. & in d.c. fi. de off. or. & no. glo. & Inno. in d.c. de monialibus.

Vndecimus est de hospitalarijs sancti Ioannis Hierosolimitani quibus conceditur quòd in omnibus casibus, in quibus possunt absoluere prælati aliarum religionum circa iniectionem manuum in clericos violentam, eorum prior qui presbyter esse debet, absoluere possit eos, vt in c. canonica, extra de sen. excom. quòd si talis prior non esset Sacerdos, auctoritatem huiusmodi non haberet,

quia, vt dicit glo. ibidem, laicis, licet religiosis, hoc officium non committitur, sicut nec officium prædicandi, vt in c. cum ex iniuncto, extra de hæreticis. Nam & claues Ecclesiæ non laicis, sed presbyteris committuntur. 24. q. 1. c. quicunque. & 21. di. c. in nouo testamento. & 96. d. c. bene quidem.

Duodecimus est de conuersis quarumcunque religionum, licet non clericis, vt in casibus supradictis, absolui possint à prælatis illarum religionum, vel ab episcopo, cui subiiciuntur, argum. in d. c. cum illorum. Nam & tales conuersi priuilegiati sunt, sicut clerici & ecclesiasticæ personæ, ita quòd percutientes eos incidunt in canonem latæ sententiæ, vt in c. non dubium, & in c. Parochianos, & in c. ex tenore, extra de sen. excommu.

Tertiusdecimus est de conuersis sæcularium ecclesiarum, qui se suaque diuino obsequio tradiderunt, cum iam sint factæ ecclesiasticæ personæ, vt dicit glo. in d. c. non dubium. Ad quod facit 17. q. 4. c. quisquis. & 12. q. 1. c. duo sunt. vbi fit mentio de clericis & conuersis indistinctè: de quo passu prolixius tractaui in repetitione c. omnis vtriusq; sexus. vers. si quis autem alieno sacerdoti, inter casus episcopis reseruatos. vers. Tertiusdecimus est de conuersis, &c.

Quartusdecimus est de fratribus, & sororibus tertii ordinis sancti Fran. qui fratres de pœnitentia nuncupantur in rubrica eiusdē tradita & confirmata per Nicolaum Papam IIII. in qua traditur forma professionis eorum, ita quòd habitum mutant, & statum, nec tamen eximuntur a iurisdictione diœcesanorum, ergo à prædictis diœcesanis in casibus ante dictis possunt absolui, & plenè tractaui per multa argumenta in prædicto vers. si quis autem. quanquam Ioannes An. in c. cum ex eo, de sent. excommu. in cle. contrariū asserere videatur. Sed illustrissimus Doctor meus, Dominus Petrus de Vbaldis de Perusio, germanus Illustrissimi & famosissimi Doctoris Domini Baldi, nec non & Domini Angeli de Perusio, tenet quod supra dixi, quem omnes sui Discipuli communiter imitantur, & isti quatuordecim casus transeunt cum primo verbo primi versus.

Secundum verbum dicitur mors, hoc est quia in articulo mortis absolui potest quilibet clericorum percussor, vt in d. c. si quis suadente. 17. q. 4. Est tamen iniungendum eidem per suum Cōfessorem, vt si euaserit à periculo mortis se debeat sedi apostolicæ pręsentare,

sentare,

sentare, vel eiusdem sedis auctoritatem habenti; mandata eiusdem pro absolutionis beneficio redepeturus: extra de sen. excom. ea nobis. 2. & idem in aliis casibus sequentibus, impedimento cessante: aliter si cessante impedimento non se præsentant, reincidūt in eandem sententiam, vt in c. eos qui. de sen. excommu. lib. 6. Simi di quoque modo reincidunt absoluti à sede Apostolica vel Legatis quibus iniungitur vt ordinario vel alteri se præsentent pro pœnitentia, & quod iniuriatis satisfaciant competenter, nisi hoc faciāt quam citius commodè poterunt, vt in d. c. eos qui, de quo etiam agitur in c. non dubium eod. tit.

Tertium verbum est, sexus: hoc est, quia mulieres clericos percutientes indistinctè possunt absolui ab ordinariis eorundem, vt in c. mulieres. extra de sen. excom.

Quartum verbum est, hostis, quia ratione inimicitiarum clericos percutientes absolui possunt a suis ordinariis, vt in c. de cetero. extra de sen. excom. debet tamen sibi iniungi, quod inimicitiis cessantibus se præsentet pro integro absolutionis beneficio obtinē do, vt in d. c. eos qui. de sen. excom. lib. 6.

Quintum verbum est, puer. Hoc est, quia pueri infra annos pubertatis. s. inf. quatuordecim annos, si clericos percusserint, postquam sunt doli capaces, quamquam sententiam excommunicationis incurrant, possunt tamē absolui a suis ordinariis, etiam si post pubertatis annos absolui postulāt, vt in c. 1. extra de sent. excom. & in c. si. eo. tit. Attendēdum est tamen, quod si ante quàm sint doli capaces, vel non animo iniuriandi, aut vindicandi percusserint, non incidunt: si verò post pubertatem percusserint, vt in quintodecimo, vel sextodecimo anno, & supra animo iniuriandi vel vlciscēdi, si adhuc debiles sunt corpore, vel discretionis patiuntur defectum, ab episcopo possunt absolui cum iuramento, & mandato se præsentandi, impedimento cessante, vt in d. c. eos qui. de sen. excom. lib. 6. & in d. c. si. extra de sen. excom.

Sextum verbum est, officialis. Hoc est si quis officialis turbam arcendo irruentem in Dominum suum, vt puta Papam, Legatum, Imperatorem, vel Regem, aut alium Dominum, ad quem turbæ concurrant. Nam tunc si officialis deputatus ad turbas arcendas ne Dominum opprimant, vel offendant, si clericum lædat non ex deliberatione vel animo injurandi, sed ex quodam quasi fortuito casu, non est ad sedem apostolicam destinandus, sed ab ordinario

potest absolui, vt in c. 3. §. 1. extra de sen. excom. nam voluntas & propositum distinguunt maleficia, vt in c. cum voluntate. extra de sen. excom. & in l. qui iniuriæ. in princ. ff. de fur. Ad cor enim & spontaneas voluntates respicit Deus q̄ magis, ad actus. 15. q. 1. c. 1. & 14 q. 5. c. si quid. & dato quòd aliqualis culpa interuenerit officialis prædicti, nihilominus a diœcesano potest absolui, vt in dicto c. 3. §. 1.

Sequitur secundus versus, cuius primum verbum est, deliciosus. vbi includitur quòd siquis delicatæ complexionis, in tantum quod laborem eundi ad apostolicam sedem nequeat substinere, clericum percusserit, vel manus in clericum iniecerit violentas, a diœcesano potest absolui ad cautelam cum impositione, quòd debeat mittere nūcium ad sedem Apostolicam, & eiusdem sedis parere mandatis, vt in c. mulieres. §. 1. extra de sen. excom. in arbitrio tamen discreti resistat episcopi discernere, an talis valeat substinere laborem, vt dicit glo. in d. c. §. 1. & argum. optimum. ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum ita. & in c. de causis. extra de off. deleg. si verò periculum non timetur, consulendus est Papa prius quam absoluatur, iuxta communem determinationem glossę & Doctorum in d. c. mulieres. §. 4.

Secundum verbum secundi versus est inops. Hoc est, quòd si quis paupertate grauatus in tantum quod sumptus pro itinere nō haberet, manus in clericum iniecerit violentas, à diœcesano potest absolui, cum hoc quòd si ad meliora facta peruenerit, ita quòd sumptus habere possit, ad sedem Apostolicam se debeat præsentare, vt in c. quod de his. & in c. quamuis. extra de sen. excom. & arg. extra de testib. c. si qui testium.

Tertium verbum secundi versus, est senex. hoc est, quia si quis vltra sexagesimum, vel septuagesimum annum ad arbitrium episcopi de grauedine senectutis & impotentia laborandi clericum percusserit, ab episcopo potest absolui, satisfactione exhibita, iuxta facultates his, quibus per eos constiterit iniurias irrogatas, vt in c. ea noscitur, extra de sen. excom.

Quartum verbum secundi versus, est æger. hoc est quòd si infirmus aliquis est illaqueatus cēsura canonis antedicti pp violentā manuum iniectionē in clericū, si infirmitas est ppetua, indistinctè potest absolui ab episcopo: Si autem sit infirmitas temporalis absolui poterit ad cautelam cum promissione & iuramento quòd

cessante impedimēto se debeat sedi Apostolicæ pręsentare, vt in c. quod de his.& in cap. quamuis.& in cap. ea noscitur. extra de sen-ten.excommu.

Quintum verbum, est sodalis. Hoc est, quia ratione societatis percutiens socium clericum absolui potest ab episcopo propter assiduam conuersationem, ex qua faciliter indignantur, & venientes ad verba procedunt ad illicita facta, vt in cap.cum illorum, eo dem titu.

Sequitur tertius versus, cuius primum verbum est Ianitor, hoc est quia siquis ostiarius palatii alicuius Domini vel Potestatis, sub prætextu sui officii malignatus clericum læserit, ab episcopo suo potest absolui, nisi forte eundem clericum grauiter vulnerasset, vt in dicto cap. 3. in princ. de sent.excomm.& in cap.cum illorum.eod. titu.

Secundum verbum tertii versus est, Astrictus. s. vinculo patriæ, vel alienæ potestatis, vt quia non est sui iuris, sicut filiusfamilias, vel seruus alterius. Tales enim, si manus in clericum iniecerint violentas, ab episcopo possunt absolui, vt in dicto c. mulieres.glo. tamen ibi distinguit inter pubetes & impuberes, vt puberes teneātur se pšentare Apostolicæ sedi: Impuberes autem ab episcopo possunt absolui, vt in cap. 1.& fin.extra de sen. excom.& supra diximus. De seruo autem sic determinatur, quod si sine culpa Dominorum manus in clericos iniecerit violentas, & absentia serui grauis esset Dominis & damnosa, ab episcopo possit absolui, alias sunt ad sedem Apostolicam destinandi, vt in cap.relatum.extra de sent.excom.cum sit Deo plusquam hominibus deferendum, dicit ibi textus, aliter dicitur ex verbis Apostolorum principis Petri, obedire oportet Deo magis, quam hominibus, Act.5. ad quod 11. q.3.c.quisquis metu.& extra de uoto & voti redem.c.ex multa.& 22.q.1.c.1.& c.3.

Tertium verbum est dubius, hoc est, quia siquis dubius est an clericum percusserit, cum prius nesciuerit ipsum esse clericum, & si sciuisset, minime percussisset. Vnde cum ad hoc voluntatem & propositum non habuerit, ab episcopo potest absolui, vt in prędicto c. cum voluntate.de sen. excom.& in c.cum desideres.§.secundæ quęstioni, eo.tit.& in c. si vero.2.eo.tit.

Quartum verbum est commune, hoc est quia communiter viuentes sub eodem tecto, & in eadē domo, si se clerici percusserint

inuicem

inuicem præter sanguinis effusionem, mutilationem, mortem, vel manuum iniectionem in prælatum, ab episcopo possunt absolui, vt in c. quoniam, circa finem. extra de vita & ho. cle. & in c. quod de his. & in c. quamuis. & in c. cum illorum, extra de sen. excom. glos. tamē in d. c. quoniam, hoc intelligit de canonicis regularibus: sed pari ratione potest intelligi de aliis præsbiteris & clericis communiter viuentibus ad dispositionem episcopi, vt dicunt Doctores in d. c. quoniam. nam communiter intelligunt quod textus ille loquatur indistinctè de clericis secularibus, qui communiter viuunt de bonis ecclesiæ more canonicorum regularium, uel aliorū religiosorum, ut tales gaudeant hoc priuilegio ratione communis conuersationis. Nam communio solet excitare discordiam. Præterea patet etiam alia ratione, quia Papa ibi vniuersis scribit episcopis. Patet & tertiò, quia non de regularibus, sed de aliis clericis loquitur ibi textus, cū dicit, valeatis ponere numerum clericorum, & infra circa finem dicit, reconciliandi & pęnitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi fortè atrocitas facti poenam grauiorem expectet. pro hoc etiam facit textus in c. ex tenore. extra de sen. excom. & hoc tenet etiam glo. Io. 15. q. 1. c. decimas. & 17. q. 4. c. nullus. Præterea canonici regulares amplius obtinent priuilegium, quia per suos superiores absolui possunt, vt in c. canonica. & in c. monachi. extra de sen. excom. & supra diximus. clerici autem communiter viuentes, solùm ab episcopis absoluuntur, vt in prædicto c. quoniam. quia episcopis committitur in suprascriptione Decretalis eiusdem.

Quintum verbum est leuis ictus, hoc est, quia si leuis est iniuria clericis irrogata etiam per quoslibet seculares, vt quia proiecta esset aqua in dorsum clerici, vel quia teneretur clericus per indumenta, vel quia teneretur equus per frenum vel aliter, supra quē considet clericus & similia, ita quod non enormem, sed modicam & leuem iniuriam irrogasset inturians, ab episcopo valet absolutionis beneficium obtinere, vt in cap. peruenit. extra de sent. excommu. & ibi plenè per Ioan. And. & extra de præscrip. cap. fin. in glos. prima.

Sextum & vltimum verbum est debilis. hoc est, quia debiles seu valetudinarij, manus inicientes in clericos violentas, ratione valetudinis vel debilitatis absolui possunt ab episcopis, vt in c. ea noscitur, extra de sen. excom. iniungi tamen debet eisdem, vt cessante im-

te impedimento sedi Apostolicæ se præsentent, mandatum eiusdẽ sedis humiliter accepturi, vt in prædicto c. quod de his. & in capi. quamuis, in fine, & cap. de cætero, eod. tit. aliàs reincideret in eandem excommu. sententiam, vt in prædicto cap. eos qui. de sent. excommu. lib. 6.

Patet igitur ex prædictis, quod nedum decem & septem, sed immo 30. iam sunt casus excepti à regula illius c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. & à versu dicente, Absoluit Papa solus clerum ferientem. Sed p̃ter prædictos casus, adhuc etiam plures sunt circa percussiones clericorum, qui episcopis conceduntur, de quibus quinque continentur in c. si verò. §. 2. & 3. quod est c. 3. extra de sen. excom. Qui sunt isti, videlicet.

Primus est, si clericum vim sibi inferentem, vi quis repellat vel lædat, si incontinenti vim vi repellat: sic intelligendo quòd si cum moderamine inculpatæ tutelæ se defendat, excommunicatus non est, cùm licitum sit se modestè defendere; extra. de homicid. c. significasti, vbi dicit textus, Quamuis vim vi repellere incontinẽti omnes leges & omnia iura permittant. Et sequitur, quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam. Probatur etiam in dicto c. si verò, & in c. ex tenore, eodem tit. & ff. de iustitia & iure. l. vt vim. & ff. de vi & vi armata. l. 1. §. vim vi. & ff. ad leg. Aquiliam. l. scientiam, §. qui cum aliter. & C. vnde vi. l. 1. & 1. dist. c. ius naturale. Facit textus. in c. vt famæ, in fine, extra de sen. excommu. & 23. q. 3. c. non inferenda. & ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius. Nec videtur excommunicatus, qui excedendo modum non ex proposito repercutit clericum; arg. extra de restitu. spo. c. olim. in fine, & in c. perpendimus. de sen. excom. Et sic dicit glo. in dicto c. significasti. de homicid. vbi plenè tractatur de materia defensionis. Pro securiori igitur cautela talis se defendens, clericumque percutiens, ab episcopo absoluetur, vt supra, vel etiam ab alio presbitero in absentia diœcesani, quia ex quo conditor canonum eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi, vt dicit textus in c. nuper. §. in secundo, extra de sen. excom.

Secundus est de illo, qui in clericum cum vxore inuentum turpiter agentem manus iniecerit violentas, vt in d. c. si vero. §. nec ille, de sen. excom.

Tertius

Tertius est de illo, qui clericum turpiter agentem cum matre percussit.

Quartus est, si taliter inuenerit cum sorore. Ç in prima linea, secundum intelligentiam saniorem.

Quintus est, si taliter inuenerit cum filia. De his quatuor casibus loquitur textus in d. §. nec ille, vbi dicit Innoc. quòd tales sic vt supra inuenientes & percutientes, non sunt excommunicati. textus tamen ille non dicit quòd non sint excommunicati, sed dicit quòd talis non est compellendus ad Apostolicam sedem venire. ergo cum reuerentia & supportatione Innocentii, cautius est vt talis ab episcopo absoluatur.

Sextus etiam casus est de eo, qui clericum aut præsbiterum, qui contempto clericali habitu tirannidi & enormitati inuerecundè se immiscuit, & sic apostatauit, non deferens habitum, nec tonsurã, percusserit vel occiderit: Nam propter demeritum talis apostatæ, & in odium clericalis excessus atque correctionem similium clericorum, talis percussor excommunicationis sñiam nõ incurrit. Iniungi tamen debet ei pœnitentia grauior aliquantulum quàm si in laicos talia commisisset, vt in cap. cum non ab homine, extra de sent. excom. & in c. in audientia, eo. tit. & in c. fi. de vita & honesta. clericorum. quia si tertiò monitus per Episcopum non desistit ab inhonestate vitæ, perdit priuilegium clericale, quod etiam patet in c. contingit, & in c. perpendimus, de sen. excommunicationis, & sic intelligitur etiam c. 1. extra de aposta.

Septimus casus est de membris destituto, qui ad sedem Apostolicam non valet accedere propter perpetuum impedimentum: talis enim ab Episcopo absoluetur, vt ĩ c. ea noscitur, & in c. mulieres, & in c. quamuis, extra de sent. excomm.

Octauus casus est de officiali publico, qui clericum cum iniuria alterum impetentem capit & detinet, vt ab alterius iniuria inferenda compescat: nam licèt si solummodo id tali animo & intentione peragat, non incidat in excommunicationem, nec peccet immo mereatur, 23. q. 3. c. fortitudo. cum pluribus sequentibus capitulis. attamen hoc verum est, quando prælatus talis clerici est absens, qui eum compescere deberet, & talis officialis, qui talem cepit clericum, quàm citius potest ipsum resignet in manibus sui prælati. quod si non fecerit excommunicatus erit. Sed si cum præsens est Episcopus, ceperit officialis talem clericum, & ad requisitionem

tionem Episcopi consignauerit, à præfato Episcopo poterit absolutionis beneficium obtinere, iuxta notata in c. vt famæ, §. laici verò, & in c. nuper, & in c. uniuersitatis, extra de sen. excommunicationis. Textus tamen in dicto c. vniuersitatis, in fine, concludit q etiam si de mandato superioris laicus præsumit iniicere violentas manus in clericum, nisi causa regularis disciplinæ hoc faciat contra incorrigibilem, excommunicatus est tam mandans, quàm percutiens. & ad Apostolicam sedem oportet accedere. Et ita intelliguntur prædicta capitula. Attendi tamen debet enormitas læsionis ad arbitrium ordinarii ex circũstantiis locorum, causarum, temporum, & personarum, iuxta notata in c. de causis, extra de officio delegati. & satis plenè Inst. de iniuriis. §. atrox. & extra de pœnitentiis, & re. c. Deus qui. & ff. de verb. ob. l. continuus. §. cum ita. & in c. sicut dignum, extra de homicid. ibi dum dicit textus circa principium capituli, in excessibus singulorum non solùm quantitas & qualitas delicti, sed ætas, scientia, sexus, atque conditio delinquentis sunt attendenda. & non solum secundum prædicta, sed secundum locum & tempus quo delictum committitur, vnicuique pœnitentia debet indici.

Præter prædictos 38. casus excommunicationum, à quibus præter sedem Apostolicam ligati possunt absolui, sunt etiam plures casus Episcopis laxati, vt ligati talibus, ab Episcopo possint absolui.

Primus erat olim de hæreticis, credentibus, fautoribus vel receptatoribus & simil. vt in c. ad abolendam. & in c. excõmunicamus. & in c. sicut ait, extra de hæreticis. hodie tamẽ absolutio talium sedi Apostolicæ reseruatur, vt supra diximus.

Primus ergo est, cũ aliquis ponit scisma, & conatur subtrahere obediẽtiã sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ asserens, non eẽ sibi obediendum tanquam capiti, nec pro capite reputandam. 19. dist. nulli fas.

Secũdus est, quãdo Rectores ciuitatis faciunt exactiones indebitas in clericos vel Ecclesias, si commoniti desistere noluerint tam ipsi quàm fautores eorum, excommunicationi se nouerint subiacere, nec possunt absolui donec satisfactionem fecerint competentẽ, vt in c. non minus. & durante pertinacia constitutiones & sententiæ, quæ a talibus vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ sunt habendæ, nullo unquàm tempore valitu

ræ, vt in c. aduersus, extra de immunit. ecclesiarum. Ad quod faciunt notata in c. ad probandum, extra de re iudic. & in c. excommunicamus. §. credentes, extra de hæreticis. & 3. q. 4. c. nullus.

Tertius est de eo, qui non electus à duabus partibus Cardinalium gereretur se pro Papa, qui cum omnibus eum acceptantibus excommunicatus est, vt in c. licèt, extra de elect.

Quartus est, cum aliquis magister vel scholaris tractat cum aliquo ciue Bononiense de conductione hospitii inrequisitis inquilinis, nisi tempus conductionis elapsum fuerit, vt in c. ex rescripto, extra de locato.

Quintus est de monachis canonicis regularibus, Archidiaconis, decanis, præpositis, plebanis, cantoribus, & aliis clericis personatus habentibus, aut etiam quibuscunque presbyteris legẽtibus, vel audientibus leges vel phsicam, scilicet medicinalẽ, vt in c. non magnopere, & in c. super specula, extra ne cle. vel mo. hæc tamen sententia non ligat habentem parochialem Ecclesiam, non præsbiterum, vt in c. statutum. eo. tit. lib. 6.

Sextus est de participante in crimine criminoso, siue participauerit ante prolationem sententiæ excommunicationis, siue post, vt in c. si concubinæ clericorum, & in c. nouerit, & in c. nuper. & ibi plenius, extra de sen. excomm.

Septimus est de statuentibus contra Ecclesiasticam libertatem, & de scriptoribus, potestatibus, consulibus, rectoribus, & consiliariis locorum, vbi statuta huiusmodi & consuetudines editæ fuerint, vel seruatæ, & in his qui seruare fecerint, uel secundum talia statuta vel consuetudines iudicauerint, vel qui iudicata scribere præsumpserint in formam publicam redigendo, vt in c. nouerit. & in c. grauem. extra de sen. excomm.

Octauus est de illis, qui scienter recipiunt ordinationes seu alienationes rerum ecclesiasticarum à scismaticis, qui excommunicati sunt, & tales ordinationes seu alienationes irritę sunt & inanes, vt in c. 1. extra de scismat. & 9. q. 1. c. ordinationes irritas. quia non habent exequutionem, nisi cum eis fuerint dispensatum, vt in c. 2. & fi. extra de scismaticis. & de alienationibus, quòd sint irritæ, probatur etiam 12. q. 2. c. alienationes. & c. si quã de rebus.

In Sexto. Nonus est de loquentibus secretè uel mittentibus scripturam aliquam vel nuncium alicui Cardinali, dum sunt in conclaui pro electione Papæ, vt in c. ubi periculum. §. nulli, de elect. li. 6.

Decimus

Decimus de Dominis rectorib⁹ & officialibus, qui imminente dicto tempore electionis Papæ, non diligenter obseruauerint ea, quæ continentur in constitutione prædicta, in c. vbi periculum. §. prætereа, vers. quod si præmissa.

Vndecimus est de his, qui grauant aliquos clericos vel quaslibet alias personas Ecclesiasticas, ad quas in aliquib⁹ ecclesiis vel monasteriis aut aliis piis locis spectat electio pro eo, quod rogati seu aliter inducti eum pro quo rogabantur eligere noluerunt, vel cõsanguineos eorum ad ipsas ecclesias, monasteria seu loca cętera, beneficiis siue aliis bonis suis per se vel per alios spoliando, seu aliàs iniustè persequendo, uel grauando, vt in c. sciant cuncti, de electio. lib. 6.

Duodecimus est de vsurpantibus regalia, custodiam siue guardiam aduocationis seu defensionis titulum in ecclesiis monasteriis, siue quibuslibet aliis piis locis, aut bona ecclesiarum monasteriorum aut locorum ipsorum vacantium præsumentibus occupare, vt in c. generali. de elect. li. 6.

Decimus tertius est de clericis, siue monachis, aut personis ecclesiasticis in locis suis prædicta fieri procurantibus, ut in d. c. generali, vers. clericos.

Decimus quartus est de his, qui uocati fuerint ad dirigendas moniales in electionibus Abbatissæ, nisi prorsus abstineant ab his, per quæ inter eas super faciendis ipsis electoribus oriri possit discordia uel nutriri, vt in cap. indemnitatibus. §. postremò, de electio. lib. sexto.

Decimus quintus est de his, qui procurant quòd conseruatores dati intromittant se in pertinentibus ad eosdem, nec possunt absolui ab excommunicationis sententia, nisi ei quem sic indebitè fatigant, primò satisfaciant integraliter de expensis, vt in c. fin. §. vt autem, de off. del. li. 6. in vers. pars verò.

Decimus sextus est de his, qui absolutionem ab aliqua excommunicatione, uel reuocationem ipsius, aut suspensionis, uel etiam interdicti per vim uel metum extorserint, vt in c. absolutionis, de his quæ vi metusve causa fiunt. Nam talis absolutio sic extorta, nullius est momenti, & extorquens nouam excommunicationem decernitur incurrisse, ut ibidem.

Decimus septimus est de fingentibus fraudulenter casum aliquem, per quem iudex aliquis uadat, vel mittat ad aliquam mu-

lierem causa testimonii proferendi , ut in c.mulieres,de iud. li.6.

Decimusoctauus est de compellentibus prælatos, vel capitula, seu alias personas ecclesiasticas ad submittendum laicis,seu alienādum bona immobilia, seu iura ecclesiarum, vt in c. hoc consultissimo. §.laici verò.de reb.ecclesi.non alienan.lib.6.

Decimusnonus est de laicis vsurpātib. sibi bona & iura ecclesiarum, si legitimè moniti non destiterint, & restitutionem fecerint competentem,vt in d.c.hoc consultissimo.§.fi.

Vigesimus est de exigentibus aliquod pedagium,seu guidagiū, vel tabellam ab ecclesiis,vel personis ecclesiasticis,per se vel per alium suo nomine, vel alieno, pro personis vel rebus suis proprijs, quas non causa negotiandi deferunt,seu deferri faciunt vel transmittūt. Qui verò cōtrariū fecerint,si personæ fuerint singulares,ex contrariis: Si autem collegium vel vniuersitas ciuitatis,castri, siue loci alterius cuiuscunque,ipsa ciuitas,castrum, vel locus interdicti sententias ipso facto incurrant, nec ab excōmunicatione huiusmodi absolutionem vel īterdicti relaxationē obtineant,donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter, vt in c.quanquam.de censib.lib.6.

Vigesimusprimus est de impedientibus, quin coram iudicibus ecclesiasticis ordinariis,vel delegantis in causis, quæ ad eos pertinent,illi qui conqueruntur, possint iustitiam obtinere, vel quicunque compellit impetratores literarum apostolicarū,vel alios recurrentes ad forum ecclesiasticum in causis, quæ de iure vel antiqua consuetudine, ad ipsum pertinent,ad desistendum, vel ad litigandum de eis in foro seculari grauando iudices ecclesiasticos, vel impetrantes,vel litigantes, siue litigare volentes coram eis,vel grauādo propinquos ipsorum, seu capiendo res vel ecclesiasticas talium, vel quocunque alio modo. Et qui ad prædicta dant consilium, auxilium, vel fauorem ,omnes tales ipso facto sunt excommunicati, nec absolui debent, nisi iudici & parti de iniurijs,damnis, expēsis & interesse prius fuerit integrè satisfactum, vt in c.quoniam.de immunit.ecc.lib.6.

Vigesimussecundus est de quibuscunque Dominis temporalibus interdicentibus suis subditis,ne prelatis,aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant,vt in c.eos qui,de immunit.eccles.lib.6. Duo

alii

alii casus excommunicationum continentur in c. clericis, eodem lib.& tit.qui tamen sunt sublati per cle.quoniam, de immunitate ecclesiarũ. Duo etiam alii continentur in c. vno, de scismaticis.lib. 6. Qui etiam vacant, quia nõ stant illi Cardinales de Columna, & etiam quia domus de Columna fuit restituta ad honores & dignitates per Benedictum XI. Est & alius de Federico Imperatore deposito, & de obedientibus & fauẽtibus eidem, vt in c. ad apostolicæ, de sen.& re iudic.lib. 6. Sed quia etiam vacat, numerare non curo.

Vigesimustertius est de præsumentibus nouum habitum, vel religionis medicantium ordinem inuenire, vel professionem facere, vel recipere, nisi in religionibus per sedem apostolicam approbatis, vel de nouo domum aliquam, vel locum acquirentibus, vel acquisitá alienantibus sine licentia sedis Apostolicæ speciali, vt in c. vno, de religiosis domibus.lib. 6.

Vigesimusquartus est de religiosis tacitè vel expresè professis, qui in scholis vel alibi temerè habitum suæ religionis dimittunt, vel accedunt ad quæuis studia literarum, nisi a suo prælato cum consilio sui conuentus vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium licentia primitus sit concessa, vt in c. vt periculosa, ne clerici vel mo. lib. 6. vbi Dñs Io. And. Dominus Petrus de Ancharano & omnes sequaces tenent expresè, quòd eo ipso, quòd religiosus apparet in conspectu sæcularium sine habitu propriæ religionis. s. temere se præsentans, excommunicatus est. Adeò enim habitus est connexus ossibus monachorum, siue religiosorum, quòd in quolibet loco existentes, siue in lecto quiescentes, eo constanter vti debent, vt dicit tex. Decreti. 20. q. 1. c. vidua. & 23. dist. c. sanctimonialis. vbi glo. dicit, etiam in lecto, & in infirmitate. dicit tamen Ioan. And. & sequaces, in d. c. vt periculosa, non putare se esse de mente illius textus, quòd monachus in cella sua dimittens habitum, vel dum balneum intrat in occulto, vel iacens sine habitu, ligetur illa constitutione. s. quòd ipso facto incidat in excommunicationem, sed tunc demum incidit, quando se exhibet conspectibus hominum sine habitu propriç religionis, quod est notabile. De quo alibi dixi plenius. s. in c. omnis vtriusque sexus. ver. si quis autem. extra de pœnit. & remiss.

Vigesimusquintus est de Doctoribus, siue Magistris, qui sciẽter docent leges, vel phisicã religiosos illos, qui suæ religionis habitũ

dimisse-

dimiserunt, vt in d.c. vt periculosa.§.fi. ne cle. vel mona.lib.6.

Vigesimussextus est de tradentibus scienter ecclesiasticæ sepulturæ hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorundem, nec absolui possunt nisi propriis manibus publicè extumulent, & proiiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepultura, vt in c. quicunque, de hæretic. libro sexto.

Vigesimus septimus est de rectoribus secularibus, vel eorum officialibus intromittentibus se de cognitione criminis hęreticæ prauitatis, vel præsumentibus liberare à carceribus detentos pro tali crimine, vel præsumētibus se opponere, & officio inquisitionis hæreticæ prauitatis impedimentum inferre, nec non & qui scienter in prædictis dederint auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationē incurrunt, quam si per annum animo substinuerint indurato, ex tunc debent tanquam hæretici condemnari, vt in c. vt inquisitionis negotium, de hæreticis. lib.6.

Vigesimusoctauus est de procurantibus aliquem interfici facere Christianorū assassinos, si mandatum interuenerit, etiā si mors non sit sequuta. Et simile de receptatoribus, defensoribus, vel occultantibus assassinos, vt in c.1.de homicid.li.6.

Vigesimusnonus est de clericis, qui manifestis usurariis alienigenis locant, vel alio titulo concedunt, domum aliquam, ad fœnus exercendum: Aliàs si sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, vel episcopi incurrunt ipso facto suspensionem: si sunt minores clerici seculares incurrunt excommunicationem: si est collegium vel vniuersitas, incurrunt interdictum. Et si talem sententiam per mensem substinuerint, ex tunc terræ ipsorum sunt interdictæ quā diu ibi vsurarii commorantur: si non sunt laici debent per ordinarios ecclesiastica censura compelli. de vsuris. cap. primo. & capitu. quamquam. lib.6

Trigesimus est de concedentibus repræsalias, contra personas siue generaliter siue specialiter, vt in c. & si pignorationes, de iniuriis & damno dato. lib.6.

Trigesimusprimus est de Dominis, vel rectoribus tpalibus nō facientibus obseruari constitutionem editam contra insequutores Cardinalium, seu alicuius de familia eorum, vel Papæ, vt in c. felicis.§.fi.de pœn.lib.6. Præfigitur tamen terminus vnius mēsis post habitam notitiam de prædictis, & includuntur etiam officiales

prædictorum, si fuerint similiter negligentes. Et notandum quòd insequutores & participes non possunt absolui, nisi auctoritate sedis Apostolicæ, vt supra diximus.

Trigesimussecundus de dantibus licentiam occidendi, capiendi, seu alias grauandi iudices ecclesiasticos occasione sententiæ latæ per eosdem, &c. Nam infra duos menses possunt absolui per episcopos, post duos autem menses non, nisi per Papam absoluuntur, vt in c. quicunque, de sen. excom. lib. 6. & dixi supra inter casus sedi apostolicæ reseruatos.

Trigesimustertius est de absolutis in mortis articulo vel ratione alterius impedimenti, si cessante articulo vel impedimento nō se, quam citius poterint repræsentent, vt in c. eos qui. de sen. excom. lib. 6. & supra tetigi. vbi sciendum, quòd relapsus in eandem, requirit absolutionem ab auctoritatem habente.

Trigesimusquartus est de absolutis à sede apostolica vel à Legatis eiusdem, à quibus iniungitur absolutis, vt se præsentent ordinarijs, vel aliis suscepturi pœnitentiam ab eisdem & passis iniuriā seu eis quibus obligati fuerint satisfaciant. Nam si non seruant iniuncta quàm citius commodè poterunt, reincidunt in eandem sententiam, vt in d. c. eos qui, de sen. excom. lib. 6.

Trigesimusquintus est de sepelientibus cadauera in cemiteriis vel ecclesiis tempore interdicti in casibus non concessis, vt in cap. eos qui, de sepul. in cle. *In Clementinis.*

Trigesimussextus est de sepeliētibus publicè excommunicatos non absolutos, vt ibidem.

Trigesimusseptimus est de sepelientibus nominatim interdictos non absolutos, vt ibidem.

Trigesimusoctauus est de sepelientibus manifestos vsurarios, nec præstita cautio est de restituendo, nec restitutione facta, vt ibidem, iuncto c. 1. & 2. de vsur. lib. 6. & in istis quatuor casibus ligātur sepelientes, scienter, & temerè sepelierint supradictos, vt in d. c. eos qui. à qua excommunicatione non debent absolui, nisi prius ad arbitrium diœcesani episcopi eis, quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata satisfactionem exhibuerint competentem, vt in d. cap. eos qui.

Trigesimusnonus est de religiosis quibuscunque qui noualiū, aut alias decimas ecclesiis debitas, & ad eos non pertinentes appropriare sibi præsumunt, aut exquisitis fraudibus vel coloribus

vsurpare,

vsurpare, seu qui de animalibus familiarium, & pastorum suorũ, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium seu qui de animalibus, quæ in fraudem ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus, vel aliis ab episcopis tenenda, seu qui de terris quas tradunt aliis excolendas decimum solui ecclesiis non permittunt aut prohibent, nisi post requisitionem per eos, quorum intererit super hoc eis factam, & a præmissis destiterint infra mensem. Aut si de his, quæ vsurpare cõtra præmissa, vel retinere præsumpserint, infra duos menses damnificatis ecclesiis emendam non fecerint competentem, ab officiis administrationibus, & beneficiis sunt suspensi, donec restituerint & satisfecerint. Et si administrationes vel beneficia non habuerint sententiam excommunicationis incurrunt ante satisfactionem cõdignam nullatenus absoluendi, vt in c. 1. de decim. in cle.

Quadragesimus est de monachis, & canonicis regularibus administrationem aliquam non habentibus ad curias principum secularium absque speciali licentia prælatorum præsumentibus se conferre vt suis prælatis aut monasteriis damnum inferant qualecunque, vt in cap. 1. qui incipit, ne in agro. §. quia vero. ver. nos eorum, de statu monach. in cle.

Quadragesimusprimus est de monachis tenentibus arma infra septa monasterij sine suorum abbatum licentia speciali, vt in prædicto c. & §. vers. præfatę quoque sententiæ.

Quadragesimussecundus est de impedientibus visitationes monialium, si moniti non destiterint, vt in c. attendentes, §. fin. de statu monacho. in cle.

Quadragesimustertius est de quibusdam mulieribus, quæ bechinæ vulgariter nuncupantur, nullam approbatam regulam profitentes, aliquibus tamen religiosis ad placitum adhærentes, ac temere præsumentes de summa trinitate, diuina essentia, & articulis fidei, ac ecclesiasticis sacramentis opiniones catholicæ fidei cõtrarias introducunt. Vnde tã ipsę, quàm aliæ quæcũq. mulieres earũ statum assumentes vel sequentes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt, vt in c. 1. de religiosis domibus. in cle.

Quadragesimusquartus est de quibuscunque religiosis fouentibus mulieres aliquas in statu prædicto vel etiam inducẽtibus, aut ad id præbentibus consilium, auxilium, vel fauorem, vt in d. c. §. prædictis. ad q̃ satis accedũt quæ habentur. 18. q. 2. c. perniciosam.

Qua-

Quadragesimusquintus est de illis, qui scienter contrahunt matrimonia in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, vel cum monialibus, aut religiosis, siue clericis in sacris ordinibus constitutis, vt in c.eos qui. de consang. & affi. in cle.

Quadragesimussextus est de ipsis religiosis tacitè vel expressè professis in aliqua de religionibus approbatis, & de ipsis monialibus similiter tacitè vel expressè professis, pari ratione & de ipsis clericis in sacris ordinibus constitutis, vt in d.c. eos qui. iuncta glo. cum iuribus per eam allegatis: vbi etiam subdit præceptum ecclesiarum prælatis, vt illos quos eis constiterit taliter contraxisse, excommunicatos publicè, tamdiu nuncient, seu faciant nunciari, donec separentur ab inuicem, & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

Quadragesimusseptimus est de Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, episcopis vel commissariis capitulorum sede vacante super hoc deputatis, qui prætextu officii inquisitionis quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorserunt, vel scienter attentauerunt ecclesiarum bona ob clericorum delictum occasione prædicti officii fisco, vel ecclesiæ applicare, nec possunt absolui præterquàm in mortis articulo, donec illis a quibus extorserunt, plenariè satisfecerint de pecunia sic extorta, vt in c. nolentes, de hæreticis, in cle.

Quadragesimusoctauus est de officialibus, & rectoribus ciuitatum siue comitatum, aut consulibus, consiliariis, vel iudicibus facientibus, dictantibus, vel scribentibus statuta, quòd soluantur vsuræ, vel quod solutæ non repetantur, & restituantur, & de præsumentibus iudicare secundum statuta prædicta, vt in cap. ex graui, de vsur. in clem. eandem sententiam incursuris, nisi statuta huiusmodi de libris communitatum ipsarum, si super hoc potestatem habuerint, infra tres menses deleuerint: Aut si ipsa statuta, siue consuetudines effectum eorum habentes quoquo modo præsumpserint obseruare, vt in d.c. ex graui.

Quadragesimusnonus est de religiosis mendicantibus, qui domos ad habitandum, vel loca quæcumque de nouo recipiunt vel recepta alienant quouis titulo, vt in c. cupientes, de pœnis. in cle. iuncto c. vno, de relig. domib. lib. 6. & c. vno. de excessibus prælatorum. lib. 6. & glo. in dicto cap. cupientes.

Quinquagesimus est de religiosis præsumentibus aliqua profe

re in suis sermonibus vel alibi, vt audientes à solutione decimarum ecclesiis debitarum retrahant quoquo modo, vt in d. c. cupientes. §. illos etiam religiosos.

Quinquagesimusprimus est de religiosis scienter postponentibus facere conscientiam confitentibus de decimis persoluendis, qui ab officio prædicationis tam diu manere deben t ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis (si hoc ipsum sibi dicendi commodè facultatem habuerint) conscientiam fecerint, exinde excommunicationis sentẽtiam incursuri ipso facto, si prædicare præsumpserint prædicta negligentia, vt præmittitur, non purgata vt in d. c. cupientes. §. qui vero scienter.

Quinquagesimussecundus est de quibuscũque religiosis tam exemptis, quam non exemptis cuiuscunque ordinis, non seruantibus interdictum quod vident vel sciunt, cathedralem vel matricem loci ecclesiam obseruare, siue positum sit interdictum auctoritate sedis Apostolicæ, siue auctoritate ordinariorum, siue per statuta prouincialium conciliorum, vel ipsorum auctoritate interdictum, vel a diuinis cessatio indicatur. Idem est etiam de generalib⁹ cessationibus a diuinis ciuitatum, terrarum & aliorum locorum, quas ex consuetudine, vel alias capitula, collegia vel conuentus secularium vel regularium ecclesiarum sibi vendicant, vt in c. 1. de sen. excom. in cle.

Quinquagesimustertius est de fratribus Minoribus tempore interdicti admittentibus ad diuina fratres, vel sorores tertii ordinis sancti Francisci, vel de pœnitentia nuncupatos, vt in c. cum ex eo. de sen. excom. in cle. vbi dicit tex. in fi. quòd si fecerint, eo ipso excommunicationis sentẽtiæ se nouerint subiacere, a qua per aliũ quàm per Romanum Pontificem, vel satisfactione præmissa per locorum episcopos, quos auctoritate apostolica fungi volumus in hac parte, absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Quinquagesimusquartus est de opponentibus, vel impugnãtib. literas Papæ electi, necdum coronati, de quo decretum est suũ officiũ exercere posse, & ideo impugnantes, vel opponentes huiusmodi incurrũt excommunicationis sententiam ipso facto, vt in extrauaganti Benedicti. XI. quæ incipit, quia nonnulli.

Quinquagesimusquintus est de ingredientibus monasteria sanctæ Claræ aliter quàm prout in regula continetur, vt patet in priuilegio Gregorij IX. dato in 1. Pontificat. eiusdem anno decimo.

cuius excommunicationis absolutionem Eugenius IIII. & Nicol. V. sibi reseruarunt, & mihi concesserunt semel tantum, &c.

Quinquagesimussextus est de ingredientibus monasteria monialium ordinis Prædicatorum extra casus necessarios, vt ipsi Prædicatores asserunt, quamuis priuilegium meis oculis non aspexerim: a fide dignis tamẽ habui quod absolutio committitur eorum Generali, & ipse Generalis potest committere cui placet.

Quartò principaliter dico, percuti clericorum excessus depositione, vbi sciendum, quòd quandocunque clericus est incorrigibilis, pro quolibet crimine deponi potest. 81. dist. c. 1. vbi est bona gl. & in c. 2. de re iudicata. li. 6. in glo. Ioan. And. super verbo grauissima, quæ incipit, vnde dixit. Nam si de quo min⁹ videtur inesse & inest, ergo multo fortius de quo magis, vt in 2. Top. Sed minus videtur inesse de Imperatore quàm de Clerico, cum Imperator præesse debeat temporaliter quasi omnibus Christianis. 7. q. 1. c. in apibus. & tamen etiam Imperator pro quolibet crimine, si est incorrigibilis, deponetur. Vnde deponitur etiam si est minus vtilis. 15. q. 6. c. alius, & glo. notabilis. 40. dist. c. si Papa, vbi dicit glo. quòd si Papa est notoriè criminosus & simoniacus, vel adulter, & cum admonetur, incorrigibilis est, ex quo scandalizatur ecclesia, quòd Papa potest accusari, & per consequens deponi, quia contumacia, scilicet incorrigibilitatis, dicitur hæresis. 81. dist. c. si qui sunt presbiteri. Vnde & contumax, scilicet proteruus & rebellis, dicitur infidelis. 27. dist. c. nullus. Si tamẽ Papa deprehendatur à fide deuius, etiam si occulta esset eius hæresis, de illa posset accusari, & per cõsequens deponi, vt in d. c. si Papa, iuncta glo. ibi posita, & plenius in extrauagan. sacri Concilii Constantiensis, quæ incipit, frequens. Si ergo de Papa & Imperatore talia deciduntur, quanto magis de reliquis minoribus prælatis & clericis est simile concludendum. Tenendum est igitur, quòd nedum vbicunque canon exprimit, vt pro furto, pro periurio, pro homicidio potest quis deponi, vt in cχum nõn ab homine, & ibi plenè per Io. And. item pro crimine vsurarum. 14. q. 3. c. clerici. & 14. q. 4. c. 1. & 2. & ibi per glo. & Archid. sed etiam omne crimen notorium, vel ciuiliter probatum, inducit depositionem in eo, qui est incorrigibilis post debitas monitiones. Sic debet intelligi glo. 48. dist. c. quando multa. vbi dicit glo. quod crimen ciuiliter probatũ inducit depositionem. ad quod facit. 24. dist. c. fin. ubi dicit tex. confessi vel detecti abiiciantur ex

clero. Nam qui tempore ordinationis tacet suum crimen, deponitur. 50. distinct. cap. ex pœnitentibus. & gloss. in dic. cap. fin. 24. d. glo. tamen in c. ex tenore, extra de temporibus ord. plenè distinguit inter promouendum & promotum: nam facilius impeditur promouendus, quàm deijciatur promotus. 15. q. 1. §. finali. circa promotos autem dicit gl. secundùm Hug. & Tang. quatuor consideranda sunt. Primus scilicet quantitas criminis, vtrum videlicet sit enorme, vel mediocre. Secundus est criminis qualitas, vtrum videlicet sit occultum, uel manifestū. Tertius, est modus publicationis, an videlicet sit publicum per operis euidentiam, vel per iudicis sententiam, vel per spôtaneam confessionem in iudicio factam. istis tribus modis crimen fit notorium, vt in c. fin. extra de coh. cl. & mulierum. Quartus est satisfactio pœnitentis, scilicet an egerit ueram pœnitentiam, an simulatam. Si crimen sit enorme & manifestum, vt simul congruant quantitas & qualitas criminis deponitur, nec vnquam restituitur post, quantamcunque pœnitentiam egerit. 50. dist. c. miror. Si verò crimen sit enorme & occultum, tūc monendus est, vt abstineat, sed non cogendus, quia solum Dominum habet ultorem, quia latentia peccata uindictam non habent. 32. q. 5. c. Christiana. & acta pœnitentia poterit vti officio suo, & ad maiores ordines ascendere, vt in dic. c. ex tenore, & in c. ex tuæ, extra de sim. præter reos homicidii, vt in d. fi. de temp. ord. vbi exēplificantur crimina talia, scilicet dum dicit, qui per reatum adulterii, periurii, homicidii, vel falsi testimonii, & infra dicit, præter reos homicidii, & c. ubi dicit glo. sic patet, quòd homicida quantumcunque occultus etiam post peractam pœnitentiam ministrare non potest, vt in c. inquisitionis. 1. resp. extra de accusation. 1. q. 7. c. si quis omnem. Si uerò mediocre fuerit & occultum, peracta pœnitentia vel eius parte, poterit remanere in officio suo, & ad maiores ordines promoueri fortius quàm in alio casu. 50. d. c. de his uerò. vers. qui autem. Si mediocre & manifestum, si conuictus est in iudicio, uel timore probationum confessus est, in eo casu deponitur. 81. d. c. si quis clericus. Si verò publicum est per operis euidentiam uel spontaneam confessionem, tunc acta pœnitentia poterit cum eo misericorditer agi, secundum quod visum fuerit suo Episcopo, quandoque plus, quandoque minus. 15. q. vlt. c. si quis presbiter. & 50. d. c. presbiterum. & hoc totum intelligas cum veram egit pœnitentiam, non simulatam, quia si simulatam

non restitueretur. 50. dist. c. ut constitueretur, prædicta etiã tenet Innoc. in dic. c. ex tenore, qui etiam dicit, quòd in enormibus & occultis non credit necessariam dispensationem ordinarii, sed sufficit absolutio sacerdotis ex potestate clauium, argumentum. 6. q. 1. c. illi, quib. quamuis meritoria sit humilitas, si abstineat, & hæc sunt uera, nisi tale sit crimen quòd impediat executionem officii post sententiam, de quo plene in c. nisi cum pridem. §. 1. per Inno. in glo. sua, quæ incipit, quale est simonia. vbi parificat pro enormibus criminibus, simoniam, apostasiam, & scisma. sed in dicto c. ex tenore. dicit quòd enormia & mediocria colligi possunt in c. at si clerici, extra de iudiciis. & 80. dist. c. 1. & 50. d. c. sacerdotes. & c. de his uero. in dicto autem c. at si clerici, colligitur quòd enormia & maiora crimina intelliguntur ab adulterio supra. de his tamen discretus iudex arbitrabitur quæ sint enormia crimina iudicanda, & per consequens depositionem inducentia clericorum, iuxta notata in c. de causis, extra de officio deleg. & Instituti. de iniuriis. §. atrox. & per Io. And. in c. si clericos, de sen. excom. lib. 6. & ibi etiam per Arch. & per Pan. in cle. 1. de officio ordinarii. faciunt notata in ca. cum illorum, extra de sen. excommunicationis.

Quintò principaliter dico, percuti clericorum excessus carceratione. vbi sciendum, quòd carcer quandoque datur ad pœnã, secundum canones, vt in c. quãuis, de pœnis. lib. 6. quãdoq; deputatur ad custodiã, vt in dicto c. quamuis. & l. 1. & fi. C. de custodia reo. vbi dicit textus, quos tenet carcer inclusos, aperta definitione sancimus, vt aut conuictos, velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. ad idem. ff. de pœnis. l. aut damna. §. solent. potest autem quis puniri pœna carceris perpetuò, vel ad tempus, vt in dic. c. quamuis. vnde cum exprimitur in sententia, statur expresso: si autem fuerit quis ad carcerem simpliciter condemnatus, intelligitur perpetuò detinẽdus, vt in l. seruus, C. de pœnis. fac. 50. dist. c. 1. vbi dicit textus, ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse vindicta. ad idem. ff. de postulan. l. puto. §. 1. & extra de constitutionibus. c. ex litteris, circa finem, & in c. penultimo. §. si qui autem, extra hæreticis. vbi dicit textus, si qui autem de prædictis, postquàm fuerint depræhẽsi, redire noluerint ad agẽdã, condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere detrudantur. Simile dicit textus de quodam falsario in c. nouimus. §. fi. extra de verborum signifi. vbi pulchrè dicit textus, in perpetuum carcerem ad

agendam

agendam pœnitentiam ipsum includas, pane doloris, & aqua angustiæ substentandum, vt commissa defleat, & flenda vlterius non committat. vbi dicit glo. hæc est vera pœnitentia. de pœnitentiis, dist. 3. in principio, & expone, quòd non committat, idest propositum & voluntatem habeat, similia nunquàm de cætero perpetrandi. Quilibet enim, qui accipit pœnitentiam, illius propositi & voluntatis esse debet, aliàs non esset uera pœnitentia. Ita dicit
* glo. præfata, & bene: de quo plene tractaui in Tractatu de pœnitẽtia, parte secunda, articulo, de contritione, dum disserui de duratione contritionis.

Si autem quæratur, pro quibus criminibus pœna carceris imponatur. respondetur quòd pro quolibet crimine capitali, de quo clericus est conuictus, uel in iudicio sit confessus, quàm maximè si appareat incorrigibilis, vt quia monitus non desistit, poterit iustè carceri mancipari, iuxta notata in c. si quis Episcopus. 50. dist. vnde si falsauit scripturam, aut testimonium falsum dixerit, ab officij honore depositus in monasterio detrudatur, & ibi quàmdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat, dicit textus in dic. c. si quis Episcopus. Similiter, qui falsat literas Apostolicas, uel sigillum principis, vt in c. super eo, & in c. ad audientiam, extra de crimine fal. Similiter clerici apostatantes, qui moniti nec minis, nec blanditiis possunt induci, ut resumant habitum clericalem, sub graui custodia carcerantur, ita quòd solummodò uita sibi misera reseruetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant, vt in c. a nobis, extra de apostatis. quod intelligitur de clericis in sacris ordinibus constitutis, vel de professis tacitè vel expressè in aliqua de religionibus approbatis, vt dicit glo. in dic. c. à nobis. & melius in c. tuæ fraternitati, eo. tit. ad quod facit c. penul. extra de regularibus. & 20. q. 3. c. eos qui semel. Similiter carcerantur hæretici, vt in c. vt inquisitionis. 1. resp. de hæreticis, lib. 6. & in c. 1. §. sanè, de hær. in cle. & ibi per Pau. de Leaz. Itẽ in multis casib⁹ monasteriũ ꝓ carcere deputatur, vt puta si mulier in adulterio publicè deprehensa vel cõdẽnata fuerit, detruditur in monasteriũ ad agendam perpetuam pœnitentiam, si eam emendatam maritus noluerit acceptare, cum infra biennium possit eam recipere, si voluerit: quod si nolit, vel vir interim moriatur, tunc mulier tondeatur & habitum monachalem accipiat perpetuo delatura, vt in Auth. vt nulli iudicum. §. si vero, collatione. 9. vnde sumpta fuit

præ-

prædicta decretalis, gaudemus. & sic quandoque propter suam culpam compellitur quis intrare in monasterium ad pœnitentiã peragendam, vt in c. si ille, 50 dist. & 81. d. c. dictum. & cap. si quis clericus. & 16. q. 6. c. de lapsis. & 33. q. 2. c. admonere. & 27. q. 1. c. si quis rapuerit. Item datur monasterium pro carcere presbytero confessori, qui verbo vel signo aut alio quouis modo peccata confitentium præsumpserit reuelare, vt in c. omnis vtriusque sexus, in fi. extra de pœniten. & remiss. Similiter retrudi debent in arctis monasteriis ad perpetuam pœnitentiam peragendam clerici in latrociniis vel aliis magnis sceleribus depręhẽsi, vt in c. tuæ. extra de pœn. Similiter clericus adulter confessus, vel conuictus, carceri mancipatur. 81. d. c. si quis clericus. & sic pro similibus causis, eadem dist. c. Sacerdos. cum multis c. sequentib. Item propter mutilationem membrorum, vel homicidium religatur clericus sub perpetuo damnationis ergastulo detinendus. 25. q. vlti. c. his a quib. Item pro qualitate criminis, honore vel facultatibus rei proconsul extimat, an ipse reus mittatur in carcerem, an tradatur militi, vel fideiussoribus, vel sibi ipsi commendatur. ff. de custodia, & exhi. reo. l. 1. & notat Io. And. in c. constitutus, super glo. quæ incipit, in potentia. extra de appel. & an carcer sit tutus vel arctus, arbitrio boni viri committitur decidẽdum, vt notat Pau. de Leaz. in c. 1. de hæreticis, in cle.

Qui autem possint licitè clericos capere, vel carcerare, dicendũ quod episcopi, abbates, & alii prælati ordinariam vel delegatam iurisdictionem habentes, capere possunt, & detinere ex iusta causa vt dicit Innoc. in c. vt famæ. circa finem, extra de sen. excom. & exẽplificat de abbatibus. Simile est etiam de aliis similibus auctoritatem habentib. dicit etiam ibidem Innoc. quòd etiam minores prælati, qui iurisdictionem non habent, & etiam forte subditi, & socii possent capere socium vel subditum suum, quem haberent suspectum, & præsentare iudici habenti auctoritatem cognoscendi de crimine, vt Auth. vt iudices sine quoquo suf. §. necessitatem. & argum. C. de decurionib. l. generali, & in Auth. de defensoribus ciuitatum. §. nos igitur. & §. & interius. & arg. ff. de his, qui in fraudem creditorum. l. ait prætor. §. si venditorem.

Dicit etiam Innoc. ibidem, quòd quilibet clericus capere posset, & modico tempore detinere clericum seruientem suum, si haberet eum probabiliter suspectum, argum. ff. de pœn. l. respiciendum.

dum. §. furta Intellige, ita tamen quòd quam citius commode pos-set, superiori iudicandum præsentet, argumentum C. de sportulis iudicum. Authent. vt litigātes iurent. §. & hoc quoque iubemus, & in iuribus superius allegatis. Laicis autem siue sint iudices, siue aliam potestatem habeant supra clericos, non licet clericos capere, quia nec tacitè, nec expresse possunt renunciare priuilegio clericali, vt in cap. si diligenti, extra de foro competenti. Plus dicit Innocentius in d. c. vt famæ. quòd etiam si laici sint iudices de legati à prælatis ecclesiasticis, & clericos capiant, excommunicationis sententiam non euadunt. 17. quæstione 4. capitulo si quis suadente, & in capitulo vniuersitatis. extra de senten. excommunica. etiam si clericus consentiret tali capturæ, vt in capitulo contingit, extra de senten. excomunica. De hoc tamen iam supra tractaui, & satis habetur in capit. nuper, extra de senten. excommunica. & in cap. cum Episcopus, de officio ordinarii. lib. 6. & in capitulo si clericos. de senten. excommunicatio. lib. 6. & notat Archidiaco. 45. distinct. super summam, in fi. & 2. quæstio. 8. cap. 2. nec refert, an clericus in compedibus, siue vinculis, an parietibus teneatur inclusus. ff. quibus ex causis maiores. l. succurritur. & gl. 1. in dic. capit. nuper. vbi Innocent. dicit, non videtur vis esse, siue clausus sit in carcere, siue ligatus funibus, siue custodibus vallatus, ne ire possit quò velit.

An autem laicus possit incarcerare clericum habentem administrationem bonorum suorum ex commissione ipsius laici, si clericus non reddit plenam rationem administrationis. gl. in c. dilectis filiis, extra de appel. in principio, arguit quòd sic, per c. 2. extra ne cle. vel mo. contrarium tamen est verum, quia laici in clericos nullam habent auctoritatem vel iurisdictionem, etiā si clerici se sponte subijciant, vt in d. c. si diligenti, de foro competenti. & in dic. c. contingit. de sen. excomm. & ita etiam firmant glo. in dic. c. dilectis. de app. & in dic. c. 2. ne cle. vel mo. vbi assignat rationem, quia prohibitum est laicis auocare clericos à diuinis officiis, 21. q. 3. ca. cyprianus, 88. dist. c. fi. vnde si contrafecerint, non debent ex delicto proprio commodum reportare. ff. de reg. iuris. l. non fraudantur. §. nemo. & arg. in c. quia frustra, extra de vsuris. & 16. q. 1. c. lege, cum similibus. Sciendum est etiam, quod aliquando pro perpetuo carcere aliquis immuratur, vt condemnatus de hæresi, qui fuit religiosus, vt in c. accusatus, in fine, de hæreticis. li. 6. & in c. 1,

de

de hæreticis,in clementinis.

Sextò principaliter dico,percuti clericorum excessus verberatione,vbi sciendum primò,quòd Episcopus propriis manibus nunquam debet aliquem verberare.vnde dicit Apostolus.1.ad Tim.3. oportet Episcopum irrepræhensibilem esse.& infra,non percussorem,sed modestum.Prohibetur etiam in decretis.86.dist.c. non liceat.& C.de Episcopis & clericis.authent. sed neque propriis manibus.est enim speciale in Episcopo,neminem suis manibus uerberare,cui sanctitas ignoscendi gloriam derelinquit.C. de Episcopis & clericis.l.si quis in hoc genus. Causa tamen assistente legitima, potest Episcopus per alium,quod non potest per se ipsum. Vnde potest committere clerico,clericum percutere moderatè, ut notatur.5.q.5.c.illi qui.vbi glo.format quæstionem, an clerici debeant subiici verberibus pro testimonio dicendo? & dicit, videtur quòd sic,ut hic,& infra eodem,quia iuxta.& c.presbiteri.& 45.d.c.cum beatus. dicunt tamen quidam, minores clericos posse torqueri, sed non maiores.Alii dicunt omnes suspectos torqueri posse:nam & liberi vacillantes torquentur, vt extra de accu.c. super his.ff.de quæstionibus.l.de minore.& Ecclesia virgis potest aliquos corrigere,vt 33.q.5.c.1.hoc certum est, quod minores clerici indistinctè pro quolibet crimine verberibus subiiciuntur.35.d.c.ante omnia. vbi clericus ebriosus corporali subditur supplicio.& dicit glo.40. ictus vna minus accipiat. Maiores autem clerici non nisi pro enormibus criminibus subiiciuntur verberibus, vt dicit glo.in d. c. illi qui.& 45.dist.in summa.ubi glo.examinat percussionem spiritualem & corporalem:spiritualem vocat correctionem indiscreto sermone prolatam, quæ prohibetur. 45.dist.c.si. corporalem vocat, quæ manu fit,& talis si fit ex ira,vel odio, uel ut magis timeatur, prohibita est.41.dist.cap.1.Sed si fit causa correctionis,licita est ei, qui habet potestatem in eum.45.distin.cap.cum beatus.Caueat tamen Episcopus ne laico clericum subiiciat uerberandum : quia si laicus etiam ex commissione prælati clericum verberet,excommunicatus est tam laicus,quàm prælatus ille,qui mandat, ut in cap. vniuersitatis,extra de sent. excommunic. nisi clericus esset penitus incorrigibilis,vt in cap.cum non ab homine, & in cap.at si clerici, extra de iudiciis. Abbas autem & similes prælati, uel etiam minores, causa correctionis vel regularis disciplinæ, licitè possunt

manu propria, vel etiam per alios clericos siue monachos verberare vel uerberari facere cum modestia suos clericos delinquentes, vt in dicto cap. vniuersitatis, & in cap. cum voluntate, §. si verò, de sent. excommu. vbi dicit textus. Si qui vero ratione officii, qd in ecclesia obtinent, aut etiam alii clerici seniores, zelo deuotionis pueros uel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos turbantes diuinum officium, & hi qui obtentu prælationis uel magisterii subditos, & scholares, correctionis causa leuiter fortè percusserint, excommunicat. sententiam non incurrunt. quod & de his dicendum est, qui aliquos de familia sua uel propinquos inferiorum graduum, simili modo vt cohibeantur à suis insolentiis, & scientia bonisque moribus informentur duxerint corrigendos. hinc gloss. 45. distinct. ca. cum beatus, dicit: sunt & aliæ personæ, quæ habent coërtionem uerberum, sed temperatam, vt dominus, paterfamilias, magister, & maritus, ut 23. q. 4. c. r. & 7. q. 1. ca. sicut & subdit ibi glo. quòd si pater animo corrigendi verberat filium, etiam in sacris ordinibus constitutum, quòd non est excommunicatus, quia manus illa non est iniuriosa, cum non faciat animo iniuriandi, iuxta notata in c. 1. & in dicto c. cum voluntate, §. fin. de senten. excommunic. ubi glo. intelligit idem de omnibus personis in illo. §. nominatis, videlicet quòd etiam si excedant modum correctionis, uel regularis disciplinæ, non incidunt in canonem ca. si quis suadente. 17. q. 4. qui requirit violentiam fieri scienter, dolosè & appensatè: manus autem prędictarum personarum non sunt dolosæ, sed potius charitatiuæ, licèt casualiter modum excesserint. ergo non incidunt, iuxta notata in dicto cap. cum voluntate, in principio, & in fine. Et vbi suprà dictum est de minoribus & maioribus clericis, intellige minores quantum ad minores ordines: Et maiores clericos intellige in sacris ordinibus constitutos, & tales maiores non nisi pro maioribus, siue grauioribus & mortalibus culpis debent verberibus subiacere, vt dicit textus in dicto ca. cum beatus. vnde subiiciuntur verberibus clerici etiam in sacris ordinibus constituti, si furentur. duodecima, quæst. secunda, ca. fraternitas tua, & ibi per glos. & Archidiac. vbi etiam dicit glos. hoc generale est, vt verberibus castigentur, qui sunt inopes, vt ff. de iurisdict. omnium iudic. l. si quis id quod. §. in seruos inde dicimus, qui non potest soluere,

uere, luat in corpore, vt in dic. §. in seruos. & ff. de in ius uoc. l. fin. & duodecima, quæst. secunda, ca. Episcopus. §. libertus. & decimaquarta, quæst. sexta, ca. si res aliena. Item calumniator clericus subijcitur verberibus per ecclesiasticum iudicem, vt in cap. primo, extra de calumniat. Item clerici in minoribus ordinibus constituti, vt in dicto cap. ante omnia, & in cap. Episcopus, in gloss. aut verberetur. trigesimaquinta distinct. Item qui lædit iudicem committendo in causa falsum testimonium, vel aliud simile, potest per Episcopum verberibus castigari, vt notatur in cap. primo, extra de crimine fal. Item qui libellum famosum composuit, & probare non potuit, secundum canones, verberibus supponitur castigandus. quinta, quæst. prima, ca. primo, & ibi notatur in summa. & 5. quæstio. quinta, ca. illi qui. secundum leges tamen, qui famosum libellum composuerit punitur capite, si non probat. C. de famosis libellis. l. prima, & 5. quæst. prima, ca. si quis famosum. & ibi bona glos. in summa.

De prædictis etiam verberibus agitur. 5. quæst. 5. c. non omnis. & de pœnitentiis, distinct. prima, aut facta, versic. causa. & decimaseptima, quæst. quarta. ca. nullus clericorum. & tangit Hostiens. in cap. cum indecorum, extra de æta. & qualita. & Ioan. Andr. in cap. si clericos, de sentent. excommunicat. lib. 6. & in dicto cap. vniuersitatis. & beatus Thom. de Aquino, de parentibus & dominis tangit secunda, secundæ, quæst. 65. articu. 3. & de viro verberante vxorem agitur septima, quæst. prima, ca. sicut alterius, & ibi glo. & 33. quæst. secunda, ca. placuit. cum similibus. Et nota quod ubicunque clericus subijcitur verberibus, semper debet intelligi verberari citra sanguinis effusionem. 23. q. 8. ca. sæpe. & ca. sequenti, & extra ne clerici uel monachi. cap. sed nec procuratores. & c. clericis. & c. sententiam sanguinis. & c. in Archiepiscopatu, extra de raptoribus.

Septimò & vltimò dico, percuti clericorum excessus degradatione. vbi sciendum, quòd degradatio est grauis, solennis, & vltima pœnitentia clericorum, de quo satis plenè traditur in ca. degradatio, de pœnis. lib. 6. vbi traditur forma degradationis. videlicet quod clericus degradandus vestibus sacris indutus in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum, seu orna-

mentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet officio suo solenniter ministrare, ad Episcopi sui præsentiam adducatur, cui Episcopus publicè singula, siue sint vestes, calix, liber, seu quæuis alia, quæ illi iuxta morem ordinandorum clericorum in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita, singulariter auferat ab illo vestimento seu ornamento, quod ei datum, vel traditum fuerat vltimo incohando, & descendendo gradatim, degradationem continet vsque ad primam vestem, quæ traditur in collatione tonsuræ, tuncque raditur caput illius seu tondetur, ne tonsura seu clericatus vestium remaneat in eodem, dicendo, Auferimus tibi talem vestem sacerdotalem seu clericalem, & te sacerdotali seu clericali honore priuamus. & sic de similibus, dicens vltimo, auctoritate Dei omnipotentis, patris & filii & Spiritus sancti, ac nostra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio clericali. & ista dicitur actualis degradatio clericorum. Verbalis autem degradatio idem est, quod depositio, quæ quantum ad Clericos in minoribus ordinibus constitutos fieri potest, per solius episcopi proprii sententiam ordine, vel beneficio priuatiuam, vt in dicto capitu. degradatio. Clericorum autem in sacris ordinibus existentium non potest fieri degradatio per proprium episcopum, nisi in degradatione presbyteri adiungat sibi episcopus sex alios episcopos, in degradatione autem Diaconi tres. decimaquinta quæstione 7. ca. felix. & ca. si autem. & melius in ca. si quis tumidus. vbi dicit textus, a tribus vicinis episcopis si Diaconus est qui arguitur: si presbyter est, à sex: si episcopus, à duodecim: cum sacerdotibus audiatur, intellige tamen sicut dicitur in ca. fœlix, in fine. quòd episcopus à duodecim, presbyter à sex, & Diaconus a tribus cum proprio episcopo audiatur, id est, præter proprium episcopum. secunda quæstione quinta, ca. presbyter. & quod dicitur de Diacono, idem intelligitur de subdiacono, vt in capitu. miramur, extra de seruis non ordinandis. & dicit glos. in capitulo primo, decimaquinta, quæst. septima. quod si agitur de crimine ad depositionem ordinis, tunc necessaria est præsentia episcoporum: si autem agitur ad depositionem beneficii, tunc sufficit episcopus proprius cum suorum præsentia clericorum. decima-

octaua, quæstio. secunda. capitu. si quis. decimasexta, quæstio. septima, cd. inuentum. & extra de iudicijs. capitu. at si clerici. & in capitu. sicut, extra de cohab. clerico. & mulie. cum similibus. in casu autem hæresis proprius episcopus conuocatis abbatibus, alijsque prælatis & religiosis personis, ac litteratis suæ diœcesis, de quibus videbitur expedire, potest presbyteros, & clericos degradare, vt in capitu. primo. de hæreticis, lib. sexto. Vicarius autem episcopi, vel electus episcopus, nondum confirmatus, degradare non potest, vt in capitu. transmissam. extra de electio. & notat Ioan. Andr. in capitu. Romana. in glo. tertia. de appel. lib. sexto. Pro quibus autem causis possit clericus degradari, notat Gof. in capitu. nouimus, extra de verbor. significat. vt de crimine falsitatis, de hæresi, vt in dicto capit. nouimus. & in capit. ad falsariorum. & in cap. ad audientiam, extra de crimine falsi, vbi falsans literas Papæ, vel sigillum Regis, debet deponi, & degradari, & tradi curiæ sæculari. Item qui machinatur contra principem, vt notant moderni in capit. petitio. extra de iureiur. cap. nouimus. dicit quod pro quolibet crimine, dummodo sit damnabile & damnosum, potest clericus tradi curiæ seculari & pro nullo crimine non damnabili, & damnoso debet tradi. sed in c. excommunicamus. extra de hæreticis. colligit tres casus, videlicet de hæresi, de calumnia, vel contumelia, propter quam episcopus sit depositus, & de crimine falsi. Allegat cap. penult. de hæret. & 11. quæst. 1. c. si quis Sacerdotum. & d. c. ad falsariorum. prædictos etiam tres casus colligit gl. in d. c. si quis Sacerdotum. tenendum est tamen pro regula, quod pro quolibet crimine damnabili & damnoso, si incorrigibilis degradandus est, & tradendus curiæ seculari, iuxta notata in c. cum non ab homine, extra de iudicijs. Vnde modus procedendi, secundum Innocen. in d. cap. nouimus. erit iste, videlicet quòd primo feratur contra talem, sententia depositionis. Secundo fiat degradatio, siue spoliatio. Tertiò dicendũ est iudici seculari, quòd depositum & spoliatum in suum forum recipiat, pro quo tamen tradito debet tradens efficaciter intercedere, scilicet precibus interpositis apud curiam secularem, vt citra mortis periculum circa eum sententiam moderetur, vt in dicto cap. nouimus.

Hæc sub breuitate, pro quodam speculari compendio clericorum

rum descripta sunt, & sic (vt nostis) quasi perfunctoriè recitata: quæ, & cætera nostra opuscula, & quæcumque scripta, composita, dictata, prædicata, vel recitata, sempet & vbique corrigenda, emendanda, vel supplenda, humiliter & deuotè, cum reuerenti prece committo feruidæ charitati, & iustę discretioni omnium rectius & veracius sentientium. Ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, qui est laudabilis & benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

Speculi Clericorum B. Ioannis à Capistrano,

F I N I S.



DEFENSORIVM TERTII ORDINIS Beati Francisci,

B. IOANNE A' CAPISTRANO,
è Minorum Obseruantium familia,
Auctore:

Nunc primùm in lucem proditum,

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



VENETIIS,
Apud Antonium Ferrarium. M D LXXX.

REVERENDO PATRI

IOANNI A CALASIO, PROVINCIÆ D. BERNARDINI MINISTRO,

Antonius Amicius.

C*VM superiori biennio, Venetijs discedēs, in patriam rediissem, Reuerende Pater, atque patres illos Prouinciæ D. Bernardini, cui magna cum laude præes, officij vel potius obseruantiæ causa salutassem, multis sanè & assiduis eorum precibus factum est, vt* DEFENSORIVM *Tertij Ordinis B. Francisci, à nostro B. Joanne Capistraneo conscriptum, edendum me curaturū promitterem. Quod quidem promissum, & quasi debitum libentissime à me nūc persoluitur, tum ob animi quandam propensionem, quaerga diuinum illum virum afficior: tum ob commodam oportunitatem, qua*

vti videor. Decet namque, ut quæ eiusdem Auctoris sunt, coniungantur. Itaque cum nunc in lucem à me illius DE PAPAE, *&* CONCILII, *siue Ecclesiæ auctoritate: &* SPECVLVM CLERICORVM, *opera proferantur: quę duo coniungi aptissimę videbantur (Summus namque Pontifex, summus supremusque omnium Clericorum Princeps est) illis* DEFENSORIVM *hoc addere decreui: tum quia de Ecclesiasticis hominibus, hoc est de ijs, qui Clericorum priuilegijs gaudent, pertractat: tum quia in illo id agitur, vt Ordinis illius auctoritas, cum dignitate & religione conspiciatur. Neque enim amplius quidam in errore persistere debent, dum aut Ordinem ipsum religiosissimum contemnunt, aut eius tot priuilegia & immunitates à Summis Pontificibus ei concessas ignorant, quibus saltem ad illum excolendum pertrahi possent. Cuius tamen regulam nulli dubium est, non modò Diuum Franciscum, virum longè sanctissimum atque omnium piorum laudibus celebrandum condidisse: verum etiam complures Summos Pontifices Romanos abundè confirmasse. Et quidem, mea sententia, iniuria de eo disputatur & in causarum decisionibus frustra dubitatur, an Ecclesiasticæ personæ sint, qui huiusmodi Ordinem profitentur? Videant igitur, solertiq́ue diligentia Iudices & reliqui iustitiæ Ministri præsens opus perlegant, quod à quàmplurimis sinceriorem opinionem habentibus, & sanctio-*

ri

ri conscientia praeditis summopere commendatur. Etsi enim quidam sint, non leuis auctoritatis Doctores, qui huius ordinis professores minime in Ecclesiasticorum numero haberi, neque religiosorum priuilegijs & immunitatibus frui debere, constanter affirment: Tamen exploratum habeo, Lectores uni IOANNI A' CAPISTRANO *religiosissimo uiro, quàm libentissime adhaesuros atque ei plurimum debituros. Censebuntque omnes eiusdem auctoritate & doctrina confisi, nihil illum nisi certum, nihil nisi solidum & verum scripsisse. Hunc verò libellum, R. P. hilari fronte à me tibi dicatum excipias, tuaque excellenti doctrina, si quando opus fuerit, fortiter tuearis, & strenuè defendas. Quod si feceris, mihi quoque animi vires, in dies, maiores crescent, stimulique ardentiores ad caetera illius Opera in lucem edenda addentur. Vale, Deus Opt. Max. a quo uno dependent omnia, tuam R. P. quàmdiutissimè saluam & incolumem seruet. Venetijs, Calen. Augusti,* M D LXXX.

INDEX PRÆCIPVARVM RERVM, QVÆ HOC IN DEFENSORIO CONTINENTVR.

F I N I S.

Errata sic corrigantur.

Numero priori paginam, secundo lineam, literis A B. primam & secundam paginæ faciem indicantibus.

pag.		lin.	
1	B.	4	in
2	A.	11	superiorib.
9	A.	24	ipsi
13	B.	9	allegat
		26	notat
15	B.	5	haud

DEFENSORIVM TERTII ORDINIS BEATI FRANCISCI,

IOANNE A CAPISTRANO e Minorum obseruantium familia, auctore.

DEVOTISSIMIS in Christo Fratribus & Sororibus de pœnitentia tertij Ordinis beati Francisci, sub regula confirmata per Nicolaum Papam IIII. & per suos plurimos successores, summos Pontifices, vsque ad præsentis ætatis tempora pluries renouata, & bulla plumbea communita, Christo Domino, in sinceritate fidei militantibus ad salutem, gratiã dicit & pacem in Domino Iesu Christo, Frater Ioannes de Capistrano, Ordinis Minorum minimus & indignus, vester orator inutilis, sed votiuus.

AVDIVI pluries, & molestè, quòd nonnunquam vexati sitis per Officiales temporalium Dominorum, & sæpe grauati angarijs & perangarijs, diuersisque oneribus realibus & personalibus indifferenter, tanquam alij sæculares, quasi nullum religionis priuilegiũ haberetis, vel munimen ecclesiasticæ libertatis: dolui quàmplurimes propter periculum animarum, & non sine cordis amaritudine cogitaui quam faciliter excommunicationis laqueo se inuoluant, qui con-

tra personas ecclesiasticas sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Decretales & Decreta contemnere non verentur. Meditatus sum frequentius, menteque reuoluens sæpius, & mẽbrana mihi dubium proponebam, An Fratres & Sorores de pœnitentia supradicti, professi vel professuri, recepti secundum regulam supradictam, gaudere debeant priuilegijs & immunitatibus ecclesiasticarũ personarum, tam quò ad forum, quàm quò ad alia personis ecclesiasticis pertinentia vel concessa?

IN hoc igitur dubio sic procedam, videlicet. Primò arguam pro parte negatiua. Secundò arguam pro parte affirmatiua. Tertiò respondebo ad argumenta negatiua.

Primò igitur ꝑ parte negatiua sic arguitur. Duo sunt genera Christianorum, vnum Clericale, & aliud Laicale. Clerici deputati sunt ad diuinum cultum; laici autem magis vacant tẽporalibus, ducunt vxores, negotiantur, & similia, iuxta notata, 12. quæst. 1. duo sunt. Clericis autem talia prohibentur, saltẽ postquàm sunt in ordine sacro. 27. quæst. 1. vt lex continentiæ. vbi carnalis copula interdicitur Clericis in sacris ordinibus constitutis negotia etiam secularia clericis prohibentur, vt in cap. 1. & per totũ, extra ne cle. vel mo. sec. nego. se immisc. quia nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit, dicit Apostolus. 2. ad Tim. 2. cap. Fratres autem tertii ordinis non sunt clerici, ergo non debent gaudere priuilegio Clericali.

Secundò arguitur sic. Personæ ecclesiasticæ enumerantur per canones, qui gaudent priuilegio Clericali, vt sunt, episcopi, presbyteri, Diaconi, subdiaconi, Clerici, Monachi, Canonici regulares, & huiusmodi. 27. quæst. 1. cap. vt lex continentiæ. 17. quæst. 4. quisquis. Fratres tertii ordinis non sunt huiusmodi, igitur, &c.

Tertiò arguitur sic, Tempore interdicti, fratres & sorores tertii ordinis non debent admitti ad diuina officia, sicut nec alii seculares, vt in c. cum ex eo. de sen. excom. in cle. vbi fratres minores, si tales admittant ad audienda diuina officia tali tempore, excommunicationis sententiam incurrunt ipso facto, nisi tales fratres & sorores admitterent eo modo, quo alios possent etiam admittere seculares, vt dicit ibi gl. referens se ad notata in cap. fi. quod incipit alma mater. de sen. excom. lib. 6. Et sic patet, quòd prædicti fratres & sorores, laicis comparantur, ergo laici sunt censendi.

Quartò arguitur sic, Religiosi & conuersi gaudentes priuilegio clericali, promittunt obedientiam sororibus, & perpetuam continentiam & abdicant à se proprium, vt in ca. cum ad monasteriū, extra de sta. mona. accedunt notata in c. non dubium, & in c. ex tenore. de sen. excom. Fratres & sorores tertii ordinis talia non promittunt, nec talia profitentur, ergo non debent talium priuilegio congaudere.

Quintò arguitur sic, Status Clericorum distinguitur à statu laicorum per caracterem ordinis clericalis. 21. dist. cleros. Fratres autem vel sorores tertii ordinis non recipiunt caracterem clericalem, ergo non debent gaudere priuilegio clericali, &c.

Sextò arguitur sic, Plus operatur caracteris impressio ad imutādum statum personæ, de laicali ad ecclesiasticam personam, quia ex receptione ordinis, vel ex ingressu religionis mutatur status personæ, vt de laico fiat clericus vel religiosus, iuxta notata in cap. cum secundum. extra de preben. & in c. per exemptionē. de priuile. lib. 6. & in ca. non solum. de reg. lib. 6. quam operetur assumptus ordinatus modus honestè viuendi, quia solummodo statum non alterat quin laicus remaneat, iuxta notata in cle. 1. ad fi. de relig. dom. Fratres autem, & sorores tertii ordinis, non recipiunt caracterem aliquem, sed solummodo certum modum viuendi seruant, vt dicit glo. Ioan. And. in d. c. cum ex eo. de sen. excom. in clem. faciunt not. in c. fi. in fi. de obser. ie. & in c. quidam laicorum. de cel. miss. ergo solo modo viuendi sine abdicatione seculi, & sine impressione caracteris alicuius, nō debēt gaudere priuilegio clericali.

Sic aliqui, qui fortè statum, & regulam prædictorum non subtiliter indagarunt, consuluisse dicuntur, vt Federicus de Sen. consi. 145. & Laurentius Doctor antiquus, asserentes fratres & sorores tertii ordinis fori priuilegio non gaudere, nec etiam persona

 li, dicen-

li, dicentes, quòd violentas manus iniiciens in eosdem, excommunicationis sententiam non incurrat; sed ratio quam allegant, nullius est momenti, cum dicunt, quòd sunt sine lege, sicut locustæ, & nudi omni priuilegio, tanquam de nouo egressi de vtero matris, quia coniugati per aliquos dies in septimana abstinent se ab uxoribus eorum, siue a thoro, vt dicit Io. And. in c. cum ex eo, de senten. excom. in cle. Ex quibus verbis, cum reuerentia, clarè perpendit ut quòd tam ipse, quàm sequaces, prædictorum regulã videre minimè curauerunt. Quomodo enim sanè dici possunt viuere sine lege, qui sub regula approbata, & confirmata per sacrosanctam Romanam Ecclesiam, tanquam veri, catholici, & boni religiosi, Christi doctrinam & fidem perpetuò seruaturi, regulamque prædictam deuotionis spiritu, votoque spontaneo humiliter profitentur? Nõ sunt ergo nudi, quasi de nouo de vtero matris egressi; imo sũt vestiti, religiosorum habitum deferentes, armis optimis communiti, non quasi pupilli uel infantes ex matris vtero vagientes, sed tãquam pugiles ad bel la doctissimi sub imperiali vexillo Regis regum Iesu Christi, ex decreto sanctæ matris Ecclesiæ viriliter militantes. Nec tamen dicuntur locustæ, qui tanquã clerici coniugati, si propriè clerici sunt in habitu & tonsura clericorum more viuentes; matrimoniale coniugium obseruare diligenti custodia satagentes, Christi legem, atque fidem inuiolabiliter prosequuntur. Possunt namque ex institutione regulæ prælibatæ tam clerici, quã laici, tam virgines quam viduæ, tam soluti, quam coniugati, Christo Domino, charitatis ardore, sanctoq; desiderio, ac piis & iustis operibus militare ita quod Seraphicus atq; flammigerus ille dux præco, vexillifer, insignitusque Christi seruus Franciscus caracteribus, non manu factis, vel literis bulla plumbea communitis, sed nedum in anima, imo etiam in sacro corpore diuinis sacramentis, ac stigmatibus Iesu Christi, non ferro, vel lapide, calamo, stilo, vel cœlte sculptis, sed impressis mirabiliter, ac stupẽdissimo miraculo, digito Dei viui diuino spiritu totus ebrius omnibus omnia factus esset, vt omnes Christo Domino lucrifaceret ad salutem. Instituerat nãq; primam regulam, sub qua viuẽtes in obediẽtia sine proprio, & castitate viri solummodo valerent altissimo militare. Instituerat & secundã, sub quã profitentes tria vota prædicta, mulieres duntaxat, Dei omnipotentis, ac Virginis benedictæ vnico filio, sponso dilectissimo, præ filiis hominum speciosissimo, ex

millibus

millibus electo, gratanter in aula regia, vel Christi palatio, nuptias castissimas celebrarent. Et sicut in prima regula, clerici simul & laici viri ad quoslibet pertinentia custodirent; ita & in secunda mulieres pariter tam clericæ, quàm laicæ, normam sibi editam obseruarent. Instituit etiam & tertiã, sub quã de generibus singulorũ Christi fidelium, aliis religionibus non ligati, valeant Dño famulari, tam clerici, quam laici, mares vel fœminæ, nuptæ vel virgines ac viduæ supradictæ. Ex quo cantat Ecclesia sancta Dei, *Tres ordines hic ordinat; Primumq́, fratrum nominat Minorum pauperumq́, Fit dominarum medius: Sed pœnitentum tertius, Sexum capit vtrunque.* Hinc etenim ex ore imaginis Crucifixi ad Franciscum delapsa vox intonuit, ter ducis nomen replicans, sub typo ducatus triplicis dicens; Francisce, Francisce, Francisce, vade repara domũ meam, quæ vt cernis, tota destruitur. Cantamus etiam de prædicto Christi gloriosissimo confessore, fac tria tabernacula, votum sequutus Simonis, quem huius non deseruit numẽ, vel omen nominis. Sumentes tria tabernacula pro prædictis tribus statibus saluandorum, videlicet coniugatorum, virginum & continentium. Nixus est igitur prædictus almus Christi confessor viã salutis omnibus aperire, dum tres prælibatos ordines instituit salutares. Quorum quemlibet signis & prodigijs, multiplicibusque miraculis mirabiliter Altissimus insigniuit, dum videlicet.

Primum tam præcellentissimis testibus cathalogo Sanctorum conscriptis dignissimè decorauit, Francisco videlicet, Antonio, & Ludouico, Caroli secundi Regis Siciliæ filio primogenito, & Archiepiscopo Tholosano Christi confessoribus gloriosis.

Secundum autem tam præclarissima ac excellentissima virginũ vexillifera, apud virginum primiceriam, summamq́ue reginam cũctorum spirituum beatorum, Virginem videlicet matrem Domini Saluatoris, Clara sanctissima prima inter virginales Francisci plantulas clarissimè serenauit.

Tertium verò Regia reginalique corona, nec non & procerum dignitate mundo per superiorè deuagatis, per Sãctos, videlicet Ludouicum Regem Francorum, Elisabeth Ducissam Lutoringiæ, ac Regis Vngariæ filiam: nec non & Elziarium ciuitatis ac comitatus Ariani magnum Comitem, in Apuliæ finibus, catalogo Sãctorum similiter consignatos, Christi Iesu clementia, immensis, stupendis innumerisq́ue miraculis diuinitus illustrauit. Quis

igitur

igitur nisi inconsideratè, inaduertenter & improuisè loquens, audeat dicere tales personas tantorum Sanctorum vestigia imitantes sine rege, vel sine lege viuere tanquam locustæ? Sed etiam ad iuris terminos remeantes, vt ostẽdamus, superest talis ordinis professos & professas, tam clericos quàm laicos, tam mares quàm fœminas, etiam infra tempus probationis, ex quo habitum susceperunt, gaudere priuilegio clericali, & censeri, ac inter personas ecclesiasticas numerari nedum qui soluti sunt, sed etiam qui astricti sunt uinculo coniugali. Quique nec tamen per aliquos dies in septimana, vt dicit Ioan. And. vbi supra, tenentur à propriis vxoribus abstinere. Ex quo etiam patet quòd nec ipse, nec sequaces, talẽ regulam aspexerunt. Miror etiam Laurentium, famosum Doctorem antiquũ asseruisse, tales personas ecclesiasticas non censeri, quia non habent potestatem sui corporis, sed vxores: ergo per identitatem rationis suæ, nec clerici coniugati, quantumcumque viuant clericaliter, & incedant in habitu & tonsura, quod tamen cum reuerẽtia clarissimè noscit esse falsum, ut in d. c. vnico, de cler. coniug. lib. 6. Infert etiam, quòd nec sunt bechini, quasi velit ex hoc uerbo, bechini, suam rationem facere fortiorem, cum tamen secta bechinorum & bigardorum, sit à sancta Romana Ecclesia protinus reprobata, vt in ca. 1. de relig. do. in clem. & in ca. ad nostram, de hæreticis, in cle. Nec etiam præfati Doctores nomẽ proprium tertij ordinis reperierunt: voluit enim Seraphicus institutor, humilis Christi famulus, gloriosissimusque confessor, & cælicus triumphator, prædictorum ordinem Fratrum de pœnitentia nuncupari, vt patet in legenda eiusdem sancti Patris. c. 4. videlicet de profectu ordinis, sub manu ipsius & confirmatione regulæ primitus approbatæ. Patet etiam in descriptione procemii, & salutatione Nic. IIII. in regula prædictorum, qui sic scribit eisdẽ dicens, Nicolaus Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus, & dilectis Christi filiabus, sororibus de pęnitentia, tam præsentibus, quàm futuris, salutem & Apostolicam benedictionem. Supra montem catholicæ Fidei, quam populos gentium, qui ambulabãt in tenebris, discipulorũ Christi sincera deuotio, igne charitatis æstuans, verbo sollicitæ prædicationis edocuit, quam Romana seruat & tenet Ecclesia solidum Christianæ religionis positum fundamentum noscitur. & infra, Ideoque gloriosus Christi confessor beatus Frãciscus huius ordinis institutor, & c. Ecce igitur,

co igitur, quod non sunt locustæ, nec anomali, vel acephali, vt asserunt antefati. Sic etiam Clemens V. in Concilio Vienen. descripsit eosdem, vt patet in c. cum ex eo, de sent. excom. in clem. dum dicit, Fratres & sorores de tertio ordine, quem beatus Franciscus instituit, qui penitentes, seu de penitentia nuncupantur, &c. Sic et nominat eos Io. X X I I. in extrauagāti, q̄ incipit, ad perpetuā rei memoriam sancta Romana Ecclesia, quæ tamen non in odium prædictorum, sed illorum hæreticorū, qui Fratricelli de la opinione vulgariter nuncupantur, & quorundam aliorum qui ab eiusdē Papæ Ioā. & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientia deuiarāt, noscitur emanasse. Sic etiam propriis oculis uidi descriptos prædictos fratres & sorores tertii ordinis de penitentia, in quamplurimis priuilegiis, in fauorem eorundem à quampluribus Summis Pontificibus emanatis, & nostris etiam temporibus & ætate, a recolendæ memoriæ Martino Papa V. nec non & à beatissimo Domino nostro Eugenio Papa IIII. Qui omnes in suis literis Apostolicis prædictum ordinem approbantes patrum more piorum sunt prosecuti gratiis, immunitatibus & fauoribus oportunis, inter quos Alex. IIII. & Cælestinus V. suis authenticis literis declararunt & mandauerunt eosdem fratres & sorores tertii ordinis beati Francisci, nedum exemptos esse à seculari iurisdictione, sed etiam ob oneribus & grauaminibus tanq̄ personæ ecclesiasticæ diuino cultui mancipatæ, vt uidi & dimisi priuilegia in manibus eorundem fratrum, quæ reperimus in nostro conuentu ciuitatis Aquilæ, nostræ originalis prouinciæ, vbi Domino cooperante collegium fratrum & sororum dicti ordinis, etiam nostris diebus in magna deuotione & gratiā renouantur & crescunt, atque proficiunt, superna largiente clementia, laudabilis uitæ meritis, uirtutibus & exemplis. Floretque nomen dicti ordinis in splendida societate nobilium & honestarum Dominarū, sicut etiā Romę, Neapoli, Florentiæ, Senis, Perusij, & in multis aliis locis, in Marchia Anchonitana, & in aliis ciuitatibus, & terris Italiæ, & extra Italiam in multis partibus fidelium Christianorum, quàmmaximē de præsenti conualuit & erectus est ordo præfatus per Illustrissimum Principem Regem quōdam Iacobum, qui spretis huius seculi vanitatibus atque pompis, nedum solennia monasteria suis deuotis sumptibus & expensis construi fecit, sed etiam se ipsum offerens Iesu Christo sacrificium acceptabile in ordine prælibato,

diuino cultui mancipauit cum florida societate venerabilium personarum.

Præter prædicta tamen, mei eximii illustrisque Doctoris, Domini Petri de Vbaldis de Perusio, germani illustrium & clarissimorum Doctorum, D. Baldi, & D. Angeli de Perusio, vestigia prosequutus, tenui semper, teneo & tenebo, nisi per sacrosanctam Romanam Ecclesiam aliud in posterum decidatur, personas dicti ordinis ecclesiasticas esse censendas, & ecclesiasticarum gaudere debere priuilegio personarum, quod potest argumentis multiplicibus comprobari, vt infra seriosius exprimetur.

Primò sic, Personæ annexæ ordini per sedem Apostolicā confirmato, dicunt ecclesiasticæ, & religiosę, & gaudet priuilegio ecclesiasticarum personarum, vt in ca. fi. extra de reli. domi. & in c. vnico, eo. tit. li. 6. sed fratres & sorores tertii ordinis beati Francisci, sunt huiusmodi, ergo gaudere debent, &c. Confirmatur per dictū c. duo sunt genera Christianorum. 12. q. 1. ibi dum dicit, & Deo deuoti. scilicet conuersi, &c.

Secundò probatur sic, Omnes conuersi dicuntur ecclesiasticæ personæ, & tales dicuntur Deo deuoti, vt in d. c. duo sunt. & 17. q. 4. c. quisquis. & vtrobique per glo. sed patet quòd fratres & sorores tertii ordinis prelibati, sunt Deo deuoti, & ad Deum cōuersi, mutantes habitum, & statum, ac traditam sibi regulam obseruātes, ergo inter personas ecclesiasticas numerati gaudere debent priuilegio ecclesiasticæ libertatis per iura superius allegata.

Tertiò probatur sic, Pœnitentes tanquam personæ ecclesiasticę gaudent priuilegio clericali, vt dicit gl. in d. c. quisquis, allegat. 27. q. 1. c. vt lex continentiæ. & 11. q. 1. aliud. Vbi optime probatur ibi dum dicit, Si quis pœnitens habet causam, quam forte negligere non debeat, melius expectet ecclesiasticum, quàm forense iudicium. Et subditur, non aīt propter criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet causam, tam ciuilem quam criminalem intelligens. Et licet ibi glo. intelligat de solenniter pœnitente, dico quòd fratres & sorores tertii ordinis magis merentur gaudere priuilegio prælibato, quàm solenniter pęnitentes, quibus solennis pœnitentia pro manifesto & enormi crimine, & adeo enormi, quòd totam vrbem commouerit, decernitur imponenda. 26. q. 6. c. fi. & 50. dist. c. in capite quadragesimæ. Nec debet esse peioris cōditionis, qui pęnitentialiter uiuit, licet enormia crimina non com-

miserit,

miserit, quàm qui simili laborat pęnitentia ex criminibus iam cõmissis, sicut cæteris paribus, nõ debet esse peioris conditionis qui nunquàm peccauit, quàm qui aliquando peccauit, & uerus pęnitens est effectus, ut plenè tractat Augustinus super Lucam. 7. ca. ergo, &c.

Quartò probatur sic, Viuentes regulariter in regula approbata per Sedem Apostolicam, ecclesiastico gaudent priuilegio, & inter personas ecclesiasticas numerantur, vt in iuribus allegatis, & in c. non dubium. & in c. ex tenore. & in c. Parochianos. & in c. cũ illorum. extra de sen. excom. Sed prædicti fratres & sorores sunt huiusmodi, cum habeãt approbatam regulam quam obseruãt, ergo &c.

Regula namque, secundum nostram subiectam materiam, est norma & mensura regens vitam, & rectè uiuendi præbens lineam, distortum prauumque quid corrigens. Et sic regula uitæ rectitudinem format, secundum Papiam. Inde ergo religiosi dicuntur, qui tali regula sunt ligati, & regulares qui secundum talem regulam diriguntur & uiuunt. Prædicti autem fratres & sorores uiuunt secundum huiusmodi regulam approbatam, ut supradictum est, ergo &c. & no. quod dixi uiuentes regulariter, &c. volens intelligere tam de professis per iura supradicta, & per c. monachi. extra de sen. excom. quàm etiam de nouitiis, ut in c. religioso. de senten. excomm. lib. 6.

Quintò probatur sic, Profitentes aliquam regulam approbatam siue tacitè, siue expresè, efficiuntur personæ ecclesiasticæ, vt in c. porrectum. & in ca. statuimus. extra de regul. & in c. non solum. & in c. cõstitutionem. de reg. lib. 6. & etiam nouitii eodem priuilegio gaudent, vt in d. c. religioso. Fratres autem & sorores tertii ordinis sunt huiusmodi, ergo &c.

Sexto probatur sic, Profitens in manibus Episcopi aliquam regulam approbatam, & remanens in domo sua auctoritate & licentia Episcopi, efficitur persona ecclesiastica, & gaudet priuilegio clericali, vt probat gl. solennis in c. insinuante, extra qui cler. uel uo. & not. Archid. 27. q. 2. si uir. & Innoc. in d. c. porrectum. Sed sicut Ecclesia hoc concessit Episcopis, vt dicit Arch. in d. c. si uir. ita concedere potuit ministris tertii ordinis, cum Papa habeat plenitudinem potestatis. 2. q. 6. c. decreto nostro. & c. qui se scit. sicut & concessit Nic. IIII. in reg. prælibata, ergo &c.

Septimò probatur sic, Illud quòd participat de extremis, cense-

tur esse de natura illius extremi, cui magis assimilatur, ut in l. quæritur. ff. de sta. hominum. vbi hermaphroditus censetur uir vel mulier, secundum prævalentiam sexus. de quo etiam habetur. 4. q. 3. §. item hermaphroditus. & Instit. de test. §. testes. Sed dato quòd prædicti fratres tertii ordinis non sint puri religiosi, secundum strictum significatum regularium, quorum est tria substantialia regulæ profiteri, & se solenni uoto ligare ad obedientiā, expropriationē & castitatem, vt in d. c. porrectum. de regul. & in c. cum ad monasterium, extra de sta. mo. Nec sint omnes clerici, secūdum verum significatum, secundum quem exigitur caracteris impressio. 21. d. c. cleros. & c. clericos. licet regula prædictorum specialem mentionem de clericis facere dignoscatur, vbi agit de horis canonicis, dicens, quòd clerici iuxta clericorum ordinem, &c. Nec etiam sint puri laici, secundum laicalem extremitatem, cum mutent habitū & statum, quia faciunt professionem & seruant quæ in eorum regula continentur, ergo accedere debent ad naturā illius status, cui magis assimilantur. Sed patet quòd magis assimilantur religiosis quam sæcularibus, tam in apparentia quàm in existentia: dico in apparentia, propter honestum habitum quem deferunt de humili panno in pretio & colore, non prorsus albo uel nigro, &c. vt in eorum regula continetur: dico in existentia, propter professionē quam faciunt, abstinentiam tam à spectaculis, uitiis, deliciis, & vanitatibus huius sæculi; quàm ex ieiunio à cibis & potibus, ab esu carnium & similium, prout in eorum regula continetur, ergo gaudere debent etiam similiter priuilegio clericorum & religiosorū, quia dignum est ut qui similem cum aliis uitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam. extra de sta. mo. c. recolentes. vbi glo. vltima dicit, ꝙ id quod aggregatur alii, ipsius naturam imitari debet. 16. q. 1. c. & temporis qualitas & in ca. 1. extra ne sede ua. accedit ad prædicta. ff. de aquæduc. l. decernimus. ff. de fabric. l. stigmata. 33. q. 1. c. & hoc ipsum. & in c. si iudex laicus. de sen. excom. lib. 6. & ff. de test. l. repetendorum. §. fi. ff. de acqu. re. dom. l. quicquid. §. cum pñtes. & ff. de au. & arg. leg l. & si non sit. §. fin.

Octauò probatur sic, Religiones introductæ sunt ab ecclesia uariis & diuersis modis in corpore vniuersalis religionis Christianæ, nec aliud habēt fomentū quàm id quod singulę pro suo gradu ab Ecclesia susceperunt, & tamen in singulis religionibus militātes, sunt & dicūtur personæ ecclesiasticæ, & gaudēt priuilegio clericali

ricali per iura superius allegata; ergo per consequens suis terminis introducta religio tertii ordinis prælibati, etiam ab aliis regulis di uersis limitib⁹ terminata gaudere debet religiosorum priuilegio, sicut ceteræ suo gradu. Declaro hoc argum. per tria ad conclusionem necessariam, videlicet Primo per diffinitionem. Secundò per distinctionem. Tertiò per collectionem.

Pro primo quæritur, quid est religio? Resp. secundum Tulliū in primo Rethor. Religio est, quia superioris cuiusdā naturę, quā diuinam uocant, curam cerimoniamque affert. Tunc sic, Fratres & sorores tertii ordinis afferunt curam & cerimoniam Deo ex his, quæ promittunt in regula, ergo religiosi sunt censendi. Item secundum aliam diffinitionem Tullii in li. de natura Deorum. vbi dicit, Religio est, per quam reuerenti famulatu cerimonia & diuinus cultus exercetur. Tunc sic, Fratres & sorores tertii ordinis reuerenti famulatu cerimoniam & diuinum cultum exercent secundum regulā sibi datā, ergo religiosi sunt censendi. Præterea probatur etiam per diffinitionem Isidori, 8. Etymol. vbi dicit, Religio est per quam vni Deo religamus animas nostras ad diuinum vinculum seruandum. Tunc sic, Fratres & sorores tertii ordinis, per regulam sibi datam, vni Deo religant animas suas ad diuinum vinculum seruandum, ergo &c. Papias etiam dicit, Religio dicta perhibetur a re eligendo Deum: amiseramus enim eum negligentes, & sic videtur se referre ad statum pœnitentium. Fratres & sorores tertii ordinis in eorum regula fratres & sorores de pœnitentia nuncupantur, ergo &c. Præterea secundum diffinitionem Iac. 1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Regula fratrum & sororum de pœnitentia intendit deducere ad prædictum, ergo religio est censenda.

Pro secundo, de distinctione religionū, considerari potest talis distinctio secundum triplicem legem, videlicet Primò secundum legem veteris testamenti. Secundò secundum legem noui testamēti. Tertiò secundum legem ecclesiastici instituti.

Quantum ad legem veteris testamenti, est religio multipliciter appellata, videlicet religio phase. i. transitus Dñi, Exo. 12. Item religio holocausti pro peccato, siue pro gratiarum actione. Leui. 7. Item religio ad expiandum peccata populi semel in anno, ut asssi

 gerent

gerent animas suas religione perpetua. Leui. 16. Item religio uictimæ de aqua expiationis, qua aspergerētur immūdi, vt ingredi possent tabernaculū Dñi, Num. 19. Cū igitur in locis prædictis pateat, quòd tales religiones ad pęnitentiam euocabant: Fratres autem & sorores tertii ordinis de pęnitentia titulantur per regulā, sibi traditam ab Ecclesia, ergo religiosi sunt pariter iudicandi.

Quantum ad legem noui testamenti sciendū, quòd omnis Christi fidelium congregatio, vna Chr̄iana religio nuncupatur, & sic intelligitur largo modo quod dicit Iac. religio munda & immaculata, &c. sicut supra. in hac igitur vniuersali religione fideliū, diuersi sunt gradus & status, iuxta quod spiritus sanctus per os prophetæ prędixerat. Ps. 44. Astitit regina à destris tuis in vestitu deaurato, circūamicta uarietate. Intelligēs ꝓ Ecclesia, sicut Dñs declarauit, Ioan. 14. dicens, in domo patris mei mansiones multæ sunt. quæ verba non solū pro Ecclesia triumphante, sed etiam pro Ecclesia militante sunt sumenda, secundum catholicos glossatores. Cum ergo ex veteri & noua lege propositum sit nobis exemplar de diuersis gradibꝰ & statibus obseruandis, vt de perfectis, sicut excellentiorem Christi vitam cum Apostolis possetenus obseruare, de quo statu dicit Dominus, Matt. 16. Si quis vult post me uenire, abneget semetipsum, scilicet renunciando propriæ voluntati, & tollat crucem suam, scilicet renunciando propriæ facultati. & sequātur me. Innitendo scilicet integræ castitati. Simile etiam dicit, Matth. 19. Si uis perfectus esse, uade, scilicet per obediētiā. & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, scilicet per indigentiam, ut remaneas sine proprio. & veni sequere me, scilicet per continētiam, vt castè uiuas. Sed quia non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, prædixerat supra qui potest capere capiat, propterea pius Dominus, etiam in perfectis, uiam salutis ostendere non negauit. vnde habebat loculos. Io. 12. & 13. Nec obstat si dicatur ꝙ Iudas habebat loculos, quia non habebat Iudas, nisi de consensu Domini. Imò ipse Dominꝰ loculos habuisse refert, sicut Augustinus testatur, vbi supra dicens: habebat Dñs loculos à fidelibus oblata cōseruans, & suorū necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat. tūc primū ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vt intelligeremus quòd præcepit non esse cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse pręceptum, vt nil pecuniæ seruetur a Sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.

feratur. Et idem dicit, Exemplum Domini accipite conuersantis in terra, quare habuit loculos cui Angeli ministrabant, nisi quia Ecclesia ipsius loculos habitura erat. hæc sunt translata in decretis. 12. q. 1. exemplum. & c. habebat Dñs. Similiter ad exemplum imperfectorum Iesus post consilium de morte sua, iam non palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum. Ioã. 11. & idem dicit. 7. c. non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Nam cum uiam perfectionis voluit demonstrare, occurrit satellitibus dicens, Quem quæritis? Io. 18. Sed imperfectis mitius cõdescendens, volebat in Iudæã ambulare. Sic ẽt viã perfectionis ostẽdẽs dixit Mat. 8. vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput suũ reclinet. De hac duplici via Nic. III. in sua decretali, quæ incipit, Exiit qui seminat, situata in titulo de verb. sig. lib. 6. in §. porrò. sic ait, dicimus quod abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum tam in speciali, quàm etiam in communi, propter Deum, meritoria est & sancta, quam & Christus viam perfectionis ostendẽs, verbo docuit, & exemplo firmauit. Et parum infra dicit, Nec his quisquam putet obsistere, quòd interdum, dicitur Christum loculos habuisse. Nam sicut ipse, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret, & c. ibi plenè. Cum ergo Fratres & sorores de pœnitentia, nonnulla supra statum imperfectorum promittant ex regula sibi tradita, vt infra dicam, & patet ex regula, quæ magis adhæret statui perfectionis communiter loquendo, ergo gaudere debent eorum priuilegio, quibus adhęrent, iuxta notata in c. recolentes. extra de sta. mo. & in c. si iudex laicus. de sen. excom. lib. 6. cum similibus superius allegatis.

Quantum ad legem ecclesiastici instituti, satis patet de distinctione & diuersitate religionum, in cap. sanè, de regularib. & ibi plene per Ioan. Andr. & in capitulo, licet. eodem titulo. Nam principales religiones quatuor tantum esse noscuntur ab Ecclesia comprobatæ, videlicet Sancti Basilii, Sancti Augustini, Sancti Benedicti, & Sancti Francisci. & attamen sub regula sancti Augustini multi diuersimodè militant, vt inter cæteros sunt milites Beatæ Virginis: qui quanquam promittant obedientiam, tamen

habent

habent proprium & contrahunt matrimonium, gaudent tamen priuilegio clericali, vt etiam prædictus Federicus de Sen. consulus se refertur, consi. 148. ergo pari modo gaudere debent Fratres de pœnitentia tertii ordinis Beati Fräcisci. Multi etiam diuersimodè militãt sub regula Beati Benedicti, vt monachi, conuersi, oblati & commissi in diuersis religionibus sub eadem regula confirmati, & omnes dicuntur personæ ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio clericali, vt in d.c. duo sunt genera Christianorum. & 17. quæst. 4. quisquis. cum similibus. ergo prędicti fratres & sorores tertii ordinis debent simili priuilegio congaudere. Multa etiam ponit Isidorus. 7. Etymologiarum de diuersis generibus monachorum. Hieronymus etiam in epistola ad Eustochium, de virginitate seruãda, de diuersis speciebus religionum enarrat. Cùm ergo tot sint religionum diuersitates & quęlibet ab Ecclesia approbata gaudeat priuilegio clericali per iura superius allegata. ergo fratres & sorores de pœnitentia tertij ordinis Beati Francisci, cum habeant regulam ab Ecclesia approbatã, gaudere debent sicut & cæteri supradicti priuilegio clericali, ut satis & sufficienter colligitur ex p̃dictis. Et sic habemus etiam tertiũ. s. collectionem, &c. quãquam plenius hoc tractauerim in Tractatu de excommunicationibus, &c.

Nonò probatur sic, Ecclesia potest nouam religionẽ instituere sub diuersis capitulis ab aliis regulis variatis. Patet expresse in varietate regulæ fratrum Minorum ab aliis regulis tam diuersæ. Patet et in varietate reg. Basilii a regula Augustini, & regula Augusti ni a regula Benedicti, & aliqua est arctior, aliqua humanior, quælibet tamen religio est, & gaudet priuilegio clericali, vt supra patuit, & patet etiam in c. I. de relig. dom. lib. 6. & in ca. ne in agro. de sta. mo. in clé. & accedunt notata in c. cùm singula, de præben. lib. 6. Regula pœnitentum quamuis diuersa ab aliis regulis, est ab Ecclesia comprobata, & instituta. ergo sub tali regula militãtes gaudere debent priuilegio clericali, sicut &c.

Decimò probatur sic, Papa potest concedere, quòd religiosus cũ propria substãtia remaneat in domo, sumpto habitu religionis approbatę, vt in c. insinuante. extra qui cle. vel mo. secundum vnã lecturam, quæ tenet, quòd in bonis illius succedant venientes ab intestato. argum. C. de epi. & cle. l. si quis presbyter. et refert Inn. in d.c. insinuante, & tenet D. Ant. de Bu. ad fi. dicti ca. dicens, per hoc determinatur quid de bonis taliũ professorum, quia aut sunt

ex

ex toto professi, quo ad oïa substãtialia regulæ, & bona spectant ad monachũ: aut non sunt ex toto professi quo ad oïa substãtialia, & bona, sed solam vouent continentiam, & quicquid dicat glo. in d. ca. de viduis. C. 27. quæst. 1. cap. de viduis. j. credo quòd bona spectabunt ad succedentes ab intestato, quia non video quare non debeant ad eos deuolui, cum possit habere proprium. Si autem nõ habet succedentes ab intestato, & tunc aut vouit castitatem, non respectu regulæ certæ, & bona spectabunt ad episcopum, velut ecclesiasticæ personæ: aut vouit se alicui determinatæ religioni, & spectabunt bona ad illam religionem, si est capax saltem in communi, alias spectarẽt ista bona ad episcopum. Et sic possunt cõcordari opiniones in d. c. de viduis. quas recitat hic Inno. sed an tales personas verberantes incurrant sententiam excommunicationis. tangit adhuc glo. in d. c. de viduis. & hic etiam Innoc. dicit, quòd sic per c. non dubium. de sen. excom. vbi habetur de hoc. hæc Dominus Ant. de But. in d. c. insinuãte, in fi. Cum ergo Papa hoc possit concedere, licet non alius inferior a Papa, vt dicit d. An. de Bu. in d. c. insinuante, circa medium, Papa autem dedit certam regulam fratribus & sororibus de pœnitentia tertii ordinis prælibati, ergo illam suscipientes, cum mutent habitum & professionem faciant secundum regulam sibi datam, personæ ecclesiasticæ sunt censendæ, & gaudere debent priuilegio clericali.

Vndecimò probatur sic, Egredientes sæculum, & ingredientes regulam approbatam, desinunt esse personæ sæculares. extra de iure patr. c. cum sæculum reliqueritis. ergo incipiunt esse personæ ecclesiasticæ, cũm non sint plura hominum genera, vt in d. cap. duo sunt. Fratres autem & sorores tertii ordinis egrediũtur sæculum, & ingrediũtur regulam approbatam, patet expressè ex verbis Nic. IIII. dicẽtis in dicta regula, ordinam⁹ ꝑterea statuẽtes vt null⁹ post ipsius fraternitatis ingressum eandem egredi valeat, ad sæculum reuersurus. Ex verbis igit' prædictis non potest negari egressus de sæculo, cum dicat ad sæculum reuersurus. ergo tales personæ censendæ sunt ecclesiasticæ, & gaudere debent priuilegio clericali.

Duodecimò probatur sic. Dictio, alia, siue pronomen relatiuũ, alius alia aliud, propriè facit positionem, licet aliquando impropriè ponatur. in Auth. de man. prin. §. oportet. ibi, omnia alia. colla. 3. 49. dist. c. 1. vers. impetigo. ibi, quia aliorum quoq; virtutum. & glo. in c. sedes Apostolica. extra de rescrip. & in c. 1. de rescr. in cle.

& ff.de procur.l. non solum.§.quæritur. & ibi bona glo. & Arch. 7.q.1.Nouatianus.sed prædictus Nic.IIII.in prædicta regula, phibens regressum ad sæculum subdit, possit tamen habere transitũ liberum ad religionem aliam approbatam.ergo dicendo aliam,intelligitur etiam illam approbare,sicut approbat, quanquam sub nomine fraternitatis. Nam talia verba in priuilegio prolata, intelligi debent in suo significato, vt specifice distinguantur ab alijs, cũ sint leges priuatæ. ff.de legib.l.ius singulare.ff.ad municipal.l.1. & 3.dist.priuilegia.faciunt etiam ad prædicta,verba prędictę regulæ Nic.IIII. dicentis,mulieribus viros habentibus nisi de ipsorum licentia & consensu, non pateat ad consortium dictę fraternitatis ingressus. Ex quibus verbis infertur,quod per ingressum fit egressio sęculi,arg.extra de conuer.coniug.c. ex parte. & cap. vxoratus. Egressi ergo de sęculo & ingressi talem statum siue cõsortium sub regula approbata,censendi sunt personę ecclesiasticę,& sic gaudere debent priuilegio clericali per iura superius allegata. Et satis faciunt notata in c.cum & plantare,& in c.porro.extra de priuil.

Decimotertiò probatur per verba dictę regulę cum dicimus, si verò Fratres vel sorores contra ius, vel eorum priuilegia per Potestates seu rectores locorum, vbi domicilium obtinent, vexationibus impetantur, ministri locorum ad episcopos & ad alios locorum ordinarios studeant habere recursum, iuxta consilium & ordinationem ipsorum in talibus processuri. Ex quibus verbis rectè intuenti clare patet, ipsos exemptos a rectoribus sęcularibus, & sub foro ecclesiastico constitutos priuilegio congaudere, per iura superius allegata.

Decimoquartò probatur per verba proœmii dictę regulę cum Nic.IIII.dicit, Hæc est, quæ salutis semitam pręparat, & fęlicitatis æternæ præmia grandia pollicetur. Ideoque gloriosus Christi confessor, Beatus Franciscus, huius ordinis institutor, viam accedendi ad Deum verbo pariter & exemplo demonstrans in ipsius sinceritate fidei suos filios erudiuit eosque illam profiteri constanter tenere firmiter & opere uoluit adimplere, ut per eius semitam salubriter incedentes mereantur post vitæ præsentis ergastulũ, æternæ beatitudinis effici pro fessores. Ex quibus verbis clarè patet rectè intuenti, quòd prædicti Fratres & sorores in familiam Dñi sũt redacti, & sic de foro ecclesiastico sunt effecti, & gaudere debent tanquam Dño famulantes, priuilegio clericali, arg. 12.quæst.1.ec-

clesia-

clesiasticis vtilitatibus.vbi dicit tex.vt qui se voluntariis obsequio rum necessitatibus sponte subiiciunt dignè nostris prouisionibus consolentur. facit etiam quod notatur ea.causa, & q.c.ecclesiarum seruos. vbi videtur casus in simili, cum dicit tex.ecclesiarũ seruos, & episcoporum vel omnium clericorum a iudicibus vel exactoribus publicis in diuersis angariis fatigari dolemus, propter quod omne consilium à pietate gloriosissimi Domini nostri poposcit vt tales vsus deinceps inhibeat, sed serui suprascriptorum officiorum in eorum vsibus vel ecclesiæ laborent. Si quis vero iudicũ vel exactorum, Clericum aut seruum Clerici, vel ecclesiæ in publicis vel priuatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.vbi gl. dicit,arg. quod eodem priuilegio gaudent serui clericorum, quo Ecclesiæ.16.quæst.1.similiter 86.dist.eos qui.89. dist. indicatum. Clerici enim & eorum mancipia sunt exempta ab omnibus muneribus ciuitatum,nisi subsistat magna necessitas. extra de immu. eccl.c.non minus.C.de epis.& cle.l.2. hæc glo.ibi. Ad quam roborandam.facit.11.quæst.1.ca.2.in glo.1.& extra de immu.ecc.c.aduersus.& extra,de foro compe.cap.nullus.& cap. si diligenti. serui autem episcoporum,& clericorum siue ecclesiarum, ideo gaudẽt priuilegio clericali,quia seruiunt personis, & rebus diuino cultui mancipatis: fratres vero & sorores tertii ordinis prælibati diuino cultui mãcipãtur secundũ formã regulæ sibi traditæ. ergo & episcopi gaudere debẽt priuilegio clericali, q̃a propter quod vnũ quodque, & illud magis,vt dicit Philosophus. de quo,& diuersis modis argumentãdi,24.quæst.1.didicimus, alias Cyprianus. & in c.cum in cunctis, extra de elect. per arg.à minori,&c.

Decimoquintò probatur sic, Non est strictior vita, nec regula quàm sit regula Beati Francisci, siue fratrum Minorum, vt probat Io.XXII.in sua decretali extrauaganti quæ incipit, Quia quorundã mentes.& refert do. Bar.in c.1.suæ minoricæ. patet enim expresse dictam regulam subtiliter intuenti, multa contineri præceptiuè & prohibitiuè in regula prælibata, quæ vel similia in nulla aliarum religionum regula continentur, & attamen nouitij ingredientes regulam antedictam, si non sunt aliter obligati religioni voto vel professione tacita vel expressa, infra annum probationis, libere possunt ad sæculum remanere, iuxta notata in c.constitutionem. & in c.non solum.de regu.lib.6. & extra de reg.c.super eo. & in-

fra annum probationis retinent proprium, & possunt disponere de bonis suis ad libitum, vt plene tractatur in c. beneficiũ. de reg. iur. lib. 6. interim tamen gaudent priuilegio clericali, ita quòd quã uis religiosus censeri cum effectu non possit, donec sit tacite vel expresse professus: si quis tamen violentas manus in eum iniiciat, excommunicationis latæ a canone vinculum non euadit, dicit tex tus ad literam, in cap. religioso. de sen. excommu. lib. 6. vbi videtur casus in simili, pro decisione nostrę quæstionis. Nam si tales nouitii in tam arcta regula retinent proprium infra annum, sicut & in aliis religionibus, quia prædictum cap. beneficium, generaliter lo quitur de omnibus religiosis, sicut etiam prædictum capitulũ, reli gioso. & tamen præfati nouitii gaudent priuilegio ecclesiastico, vt supra patuit. ergo fratres, & sorores tertii ordinis retinentes proprium & coniugium ex regula sibi data, quamuis cum effectu religiosi censeri non possint, quia non profitẽtur tria substãtialia, gaudere tamen debent priuilegio clericali, sicut nouitii sæpe dicti. Nam licet proprie religiosi sint censendi, qui tria substantialia, s. obedientiam, expropriationem & castitatem regulariter profitentur, vt in c. cum ad monasteriũ. extra de sta. mo. & in cap. consu luit. extra, qui cleri. vel vou. & satis tractat Io. And. in cap. sane, extra de reg. iur. attamen multæ personæ ecclesiasticæ iudicantur, & gaudent priuilegio clericali, quæ prædicta tria substantialia minime promiserunt, vt conuersi, Deo deuoti, pęnitentes, milites beatæ Virginis, & similes, de quibus superius est tractatum. ergo fratres & sorores tertii ordinis, quamuis prædicta tria substantialia non promittant, cum sint tamen personæ ecclesiasticæ reputandæ, gaudere debent priuilegio clericali, per iura superius allegata.

Decimosextò probatur in simili de monialibus, quæ vulgariter dicuntur canonicæ sæculares, & tanquam sæculares canonici vitam ducunt, nõ renunciantes proprio, nec professionem aliquam facientes, quæ tamen religiosæ censentur per apostolica priuilegia a potestate iudicis sæcularis, & alicubi etiam eximuntur a potesta te diœcesani: & vbi non sunt exemptæ per Papam, subsunt diœcesano loci, & vtroque casu ab eo visitantur tanquam ecclesiasticæ personæ. et hoc contingit propter mutationem status, qui est de statu laicali, ad ecclesiasticum, quanquam retineant proprium, & aliqua substantialia de religionibus approbatis non profiteantur, non tamen eorum status, aut ordo, legitur approbatus, de quibus

habetur

habetur in c.indemnitatibus.§.supradicta. de elec.lib.6. & in cap. attendentes.§.illasq; mulieres.de sta.mo.regulari.in cle. vbi glos. dicit super verbo, approbata.imo reprobata videtur.18. quæst. 2. pernitiosam.de prædictis etiam notat.in c.dilecta. in glos. penult. extra de maio.& obe.ibi, contra generalem Ecclesiæ consuetudinẽ. Si ergo prædictæ noĩatæ canonicæ sæculares tanquã ecclesiasticæ personæ,subsunt foro ecclesiastico,non habentes aliquam regulam approbatam, vt patet in dictis iuribus, quanto magis ergo Fratres & sorores de pœnitentia tertii ordinis supradicti censeri debent ecclesiasticæ psonę, et ecclesiastico foro subesse, cũ eorũ status sit approbatus & regulam habeant specialem a sancta Romana Ecclesia sibi traditam, & solenniter approbatam atque sæpi' confirmatam? Pro hoc etiam satisfacit quod not. glos. 12. quæst. 5.ca.fin. super verbo, de sanctimonialibus. vbi glo. dicit, Argumentum est hic pro sanctimonialibus Theutoniæ, quæ possunt habere proprium, quia vestem religiosam potest quis habere in domo propria. 27.quæst.1.de viduis. ad id facit. 27. q. 1. si quis rapuerit.tamen talium monialium vita contemnitur.18. quæst.2. religiosam.hæc verba glo.ibidem. Adde quod not. glo.27.q.1. mulieres.vbi dicit glo.argu.quod in propria domo potest quis vti uestibus monachalibus,& facere votum.33.q.5.quod Deo.& 20. q. 1.vidua.tamen propter hoc non solẽnizat votum, vt extra de conuersi.coniug.c.ex parte.dicit enim tex. Mulieres obtemptu religionis velatæ, aut in monasterio regulariter viuant, aut in domibus suis susceptum habitum castè obseruent.Fratres autem & sorores de pœnitentia supradicti,aut in domibus suis, aut in locis eorum habitationis,habitum & regulam sibi traditam castè obseruent, secundum formam regulæ,ergo gaudere debent priuilegio &c.

Decimoseptimò probatur sic, Eremitæ possunt habere proprium.19.quæst.3.Paulus. alias incipit,econtra. vbi patet, quod Paulus primus eremita fecit testamentum, & cæt. Patet etiam. 16.quæst.1.qui verè.vbi glos.firmat, quòd eremitæ habent priuilegium clericorum,vt patet in dic. cap. qui vere. & ibi etiam glo.tenet quod subsunt episcopis.allegat.93.dist.nulla ratione. & 11.quæst.3.si autem.nec tamen habent aliquam regulam approbatam,nec aliquam professionem faciunt: imo dicit glo. in dic.cap. qui vere.qualem autem vitam habere debeant,non reperi. Cũ igitur tales eremitæ censeantur personæ ecclesiasticæ, & gaudeant

priuilegio clericali : ergo multo fortius Fratres & sorores tertii ordinis, qui habent regulam approbatam & professionem secundum regulam sibi traditam, gaudere debent priuilegio clericali.

Decimooctauò probatur sic, Quando reperitur in homine duplex status, consideratur vltimus. C. ne de statu defunctorum. l. si mater. & faciunt notata in cap. cum de beneficio. de præben. lib. 6. Sed cum vltimus status tertii ordinis fratrum & sororum de pœnitentia, sit tanquam status ecclesiasticus & non tanquam status sæcularis, propter mutationem habitus & professionem quam faciunt, vt supra dictum est, ergo ecclesiasticæ personæ sunt censendæ, & ecclesiastico foro subesse debẽt, & gaudere priuilegio clericali, per iura superius allegata. Confirmatur per simile. 13. q. 2. Ebron. §. fi. vbi consideratur status vltimus mulieris pro sepultura sibi dedita, vt sepeliatur in sepultura vltimi mariti. Cum igitur purus status. s. sæcularis fratrum & sororum tertij ordinis sublatus fuerit per secundum propter habitus mutationem & professionem, quam faciunt, vt supra. ergo &c.

Decimononò probatur sic, Vnumquodque est denominandum a suo esse specifico magis quàm a generali, & indiscreta materia, vt dicit subtilissimus Doctor Dom. Baldus de Perusio in l. ex hoc iure. Sed esse specificum istorum fratrum & sororum tertii ordinis prælibati, est magis ecclesiasticum quàm sæculare, cum habeant specificam regulam specificum habitum, & specificam faciant professionem, vt in regula sibi traditur. Status autem sæcularis & generalis, a quo satis distinctus est status prædictorum fratrum & sororum, vt patet expresse ex habitu, regula, professione, moribus, atque vita. ergo ecclesiasticæ personæ sunt censendæ, & ecclesiastico debent priuilegio congaudere.

Vigesimò probatur sic, in ambiguis benignior est interpretatio facienda. ff. de legib. l. in ambigua. & l. benignius. & l. fi. ff. de constitut. Prin. & ibi per Bar. et maximè quando interpretatio est consona veritati, vt notat Bart. in l. omnes populi, in 3. quæst. ff. de iustit. & iu. Sed benignior interpretatio est quòd prædicti fratres & sorores censentur personæ ecclesiasticæ quam sæculares, cum eorum status, qui est status pœnitentium, & tanquàm religiosus, sit fauorabilis, quia summa ratio est quæ pro religione facit. ff. de relig. & sumpt. fu. l. sunt personæ. ergo & per consequens gaudere

debent

debent priuilegio clericali. Hác partem tanquam veriorem firmat illustris Doctor D. Bart. de Saxofer. ff. de iure immun. l. semper. §. 1. vbi quærit, an collegium fratrum de pœnitentia tertii ordinis Beati Francisci, & fratres ipsius ordinis, habeant immunitatem à muneribus? & dicit, isti quidem non sunt propriè religiosi, quia retinent proprium & vxores habent. Item non sunt clerici, quia non habent ordinem clericalem, habent tamen quẽdam modum & ordinem viuendi à sancta Romana Ecclesia apprcbatum, vt nota. in cle. 1. de reli. do. sunt tamen personæ ecclesiasticæ, quæ vocantur Deo deuotę. 12. q. 1. duo sunt. & dicit quod sunt exempti a iurisdictione sęculari, & quod ipse vidit consilia plurimorum Doctorũ iuris canonici & ciuilis, qui consuluerũt tales esse exemptos à muneribus sæcularibus & collectis, sicut clerici. Et ita dicit consuluisse multos Aduocatos de Curia Romana, inter quos fuit etiam sic consulens Guido de Baisio, Arch. Bononiensis, qui scripsit super Decreto & Sexto. & Dynus de Muxello. & hoc etiam videtur tenere glo. ff. de mune. & hono. l. cura. §. fi. & dicit tales fore exemptos à muneribus, nisi ante quam transirent ad hunc ordinem fuissent huiusmodi munerib⁹ obligati, sicut clerici vel Ecclesię tributarię, arg. notatornm, C. qui manumit. non possunt, l. 2. & C. de colla. l. 1. & C. de his qui ad ecclesias confugiunt. l. 1. & ff. de his, qui nota. infam. l. 2. §. & quantum. ff. de vacatione mu. l. 1. §. quare. C. de epis. & cle. l. qui sub prætextu. & ff. de iure immu. l. semper. §. diuus. & facit quod plenè notatur in c. vnico. extra de obli. ad ratioci. Hanc etiam partem firmat pro talium exemptione Illustris & famosissimus Do. Doctor meus, Do. Petrus de Vbaldis de Perusio in suo tractatu Canonicæ episcopalis. in 4. principali. c. qõ. 17. ex cuius fonte hæc & quæ percipere potui, tanquam infantulus matris lacte nutritus, de corpore iuris canonici, hausi & carpsi pro modulo mei pusilli ingenioli. Hanc etiam partem tanquam veriorem & probabiliorem tenent Paulus de Leazariis, & Abbas & Io. de Imo. & communiter antiqui & moderni famosiores Doctores in d. cle. cum ex eo. de sen. excom. & multi tractant in cle. 1. de relig. do. Ex quibus omnibus concluditur, quod fratres & sorores de pœnitentia tertii ordinis beati Francisci, sunt personæ ecclesiasticæ, et gaudent priuilegio fori et personæ, et aliis immunitatibus, quibus gaudent clerici et alii religiosi.

Sequendo præfatorum Doctorum sententiam veriorem, restat nunc

nunc rñdere ad argumenta, et iura in contrarium allegata, quibus diuina fauente clementia, faciliter respondetur. Et sic patebit ꝙ non obstant, secundum intelligentiam saniorem.

Ad primum ergo argumentum sic respondetur, videlicet, quia illa verba Hieronymi dicentis, duo sunt genera Christianorum, &c. intendebant declarare, quòd clericis omnia deberent esse communia, & quod nullam inter se. s. insolidum, proprietatem haberent, vt dicit ibi textus, & rubrica ibi dicit, Clericis & Deo deuotis, nec causas agere, nec aliquid proprium habere licet. Et in textu etiam fit mentio de Deo deuotis, s. conuersis, qui connumerantur cum clericis. vbi glos. dicit, conuersi omnes dicuntur ecclesiasticæ personæ. 17. quæst. 4. quisquis. & verberans talem incidit in canonem. extra de sen. excom. c. non dubium. & habent habitũ illorum, cum quibus conuersantur. 16. quæst. 7. c. in noua actione. Et licet conuersi, hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur cõtinere. nam quidam talium profitentur, quidam non. 27. quæst. 1. vt lex continentiæ. Nam acoliti sunt ecclesiasticæ personæ, & tamen non tenentur cõtinere. Item licèt templarii sint ecclesiasticæ personæ, tamen possunt mouere arma ex permissione ecclesiæ. Ista sunt verba glos. ibidem. ex quibus verbis patet, quod non continentes, & arma mouẽtes, sunt ecclesiasticæ personæ, & supra etiam probatum est quod Papa potest concedere quod aliquis religiosus cum propria substantia remaneat in domo propria, vt supra, argu. 10. & de nouitiis argum. 15. & de mulieribus, quæ dicũtur canonicæ sæculares, argum. 16. & de eremitis, argum. 17. Præterea illud etiam immutatum est, videlicet quod clerici hodie & a tempore August. potuerunt habere proprium, vt patet 12. q. 1. certè ego sum. vbi Aug. mutat consilium. & ibi per multa capitula sequentia patet, qualiter episcopi & clerici possunt habere proprium. Fratres autem & sorores tertii ordinis, tanquam Deo deuoti & conuersi, mutantes habitum & statum ex permissione ecclesiæ retinent proprium. Aliqui viuunt in coniugio, quia non tenentur seruare nisi matrimonialem cõtinentiam, possunt mouere arma in casibus expressis in regula, sibi tradita. ergo sicut & supra nominati clerici, Deo deuoti, conuersi, templarii, eremitæ, & cæteri, de quibus supra cõstat, gaudere debent priuilegio clericali. Et sic primum argum. nihil obstat.

Ad secundum argumentum respondetur, quòd quamuis fratres

tres & ſorores tertii ordinis nō ſint epiſcopi, pſbyteri, clerici, &c. ſunt tamen conuerſi profeſſi, ſecundum regulam ſibi traditam. vnde & in d.c. vt lex continentiæ, fit mentio. vbi plus dicit glo. videlicet quòd ſi aliquis obtulit ſe & ſua alicui eccleſiæ ſæculari, adhuc tamen poteſt contrahere, & filius matris poteſt petere legitimam portionem de proprietate paterna. 17.q.4.c.vltimo. ad prædicta faciunt notata in cap. vt priuilegia. §. hoc autem. extra de priu. vbi glo. ſuper verbo, mutato habitu ſęculari. dicit, itaque habitus tales diſtinguat ab habitu ſæculari, licet ex toto non habeant habitum monachalem, argum. 33. quæſt. 5. quod pari. talis largo modo eccleſiaſtica perſona cenſetur. 27.q.1. vt lex. & 12.q.1. duo. ſic dicit ibi glo. vbi etiam Innocen. & Hoſt. notant, quod ſi tales contraherent, tenet matrimonium, argu. extra qui cl. vel vo. c. conſuluit. & c. veniens, & c. rurſus. Archid. etiam in d.c. duo, in gl. quæ incipit, Omnes conuerſi, in fi. dicit quod tales, ex quo habitum mutant, eccleſiaſticæ perſonæ cenſentur, & priuilegiati intelliguntur, argum. 12.q.2. eccleſiarum ſeruos. extra de relig. do. de xenodochiis. ad ide m. 17.q.4. quiſquis. vbi idem Archid. in glo. vt ſunt ibi, Templarii. dicit, vel dic ſecundum Ber. quòd iſtud quod dicitur, omnibus, &c. referrur ad eos, qui in domibus ſuis viuunt, licet ſint religioſi. 27.q.1. de viduis. & circa principiū dicti capituli, quiſquis. dicit, ſed quæ eſt differentia inter deuotos & eccleſiaſticas perſonas, nonne omnes eccleſiaſticæ perſonæ dicuntur Deo deuotæ? Poteſt dici, quòd deuoti dicuntur timorem & obſeruationem Dei habentes ſecundum Papiam. Sed hic diſtinctè dicuntur Deo Deuoti qui cōtinētiā vouerūt in conuerſione. Perſonæ eccleſiaſticæ dicuntur ēt, qui non promiſſa continentia ad eccleſias ſæculares ſunt conuerſi, vt coniugati, & hi omnes dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ. 27.q.1. vt lex. ſecundum Hug. Nam nomine caſtri ciuitas cōtinetur. 16.q.1. & tēporis. ibi, quia igitur Cumani caſtri ſacerdos. i. epiſcopus, &c. glo. tamen in d.c. quiſquis. dicit, quod Deo deuoti & eccleſiaſticæ perſonæ, ſunt conuerſi, pœnitentes, templarii, & hoſpitalarii, qui gaudent priuilegio clericali, vt 27.q.1. vt lex. 11.q.1. aliud. extra de ſen. excom. Parochianos. & 12.q.1. duo ſunt. ſic dicit ibi glo. Patet igitur ex prędictis quòd fratres & ſorores tertii ordinis, cum de facto ſint pœnitentes, & fratres & ſorores de pœnitentia in eorum regula titulentur, ergo gaudere debent priuilegio clericali, tanquam eccleſiaſticæ perſonæ per iura ſuperius allegata,

quanquam

quanquam non sint episcopi, vel presbyteri, &c. quia vltra prædictos in prædictis textibus nominatos, sunt qui gaudent priuilegio clericali, cum vna lex multoties per aliam suppleatur. extra de tempo. ord. c. 1. in vltima glo. Sicut vnus Euangelista suppler, quod alter omisit, vt patet in euangeliis, & notat Archidiaconus. 2. q. 5. consuluisti. & sic non obstat secundum argum.

Ad tertium argumentum respondetur, quanquam tempore interdicti, fratres & sorores tertii ordinis non admittantur ad diuina per fratres minores, nō propterea tollitur vel diminuitur eorū regula, aut status, nec præiudicatur eorum priuilegiis, aut immunitatibus, nisi solummodo quantum ad id, quod decretum fuisse videtur in odium fratrum Minorum, & ipsorum fratrum & sororum de pœnitentia, vt dicebatur ad euitandum scandalum aliorum, quod ab aliis Ecclesiis tali tempore excludebantur. Cuius decreti impulsiua causa fuit, euitatio scandali finalis, in aliis aūt ne censura vilesceret ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputaretur, vnde quanquam Io. And. glossator dictæ cle. aliqua dicat ibi pertinere ad statum prædictorum fratrum & sororum, quæ tamen non pertinent: dicit tamen quòd pœna ex communicationis ibi posita alios nō ligat, quam fratres minores. vnde dicit, quòd si fratres & sorores tertii ordinis tempore interdicti in aliis Ecclesiis reciperētur ad diuina, nō haberet locum pęna prædicta. Posset tamen habere locum alia pœna communis de qua habetur extra de excess. præla. c. 1. de priuil. c. auctoritate, & c. episcoporum. lib. 6. & de sen. excommu. is qui, lib. 6. Patet igitur prædictum argum. non obstare, cum eis non præiudicet, nisi solummodo quo ad id, quod prædictum est de tempore interdicti, cum dicat ibi textus, etiam si super hoc hi. s. fratres Minores, vel illi. s. fratres & sorores tertii ordinis, priuil. quibuscunque muniti extiterint, quæ ipsis in nullo prorsus quo ad hoc volumus suffragari. ergo dicendo quo ad hoc in aliis non præiudicat, quia qui vnū negat de pluribus, alia concessisse videtur, extra de præsum. nonne. facit. ff. de leg. 1. l. si ita sit. vbi dicitur, quod non reperitur ademptum, firmum manere debet. Simile. ff. de le. 1. l. si mihi & tibi. nā quod non mutatur, quare stare prohibetur. C. de testa. l. sancimus. & sic non obstat prædictum tertium argumentum.

Ad quartum argumentum respondetur, quòd quanquam propriè religiosi promittant tria substantialia, videlicet obedientiam

pauper-

paupertatem & castitatem: attamen multi sunt, qui talia nō promittunt, & tamen gaudent priuilegio clericali, vt supra plenius est monstratum, de nouitijs, & eremitis, de clericis coniugatis, & similibus: & sic non obstat.

Ad quintum argumentum respondetur, quòd multi sunt etiā, qui non sunt insigniti aliquo caractere ordinis clericalis, gaudent tamen priuilegio clericali, vt sunt conuersi, Deo deuoti, commissi in ordine monachorū. Multi sunt etiam monachi, qui non sunt clerici, & multi sunt etiam fratres minores qui nullum habent ordinem clericalem, & tamen gaudent priuilegio clericali per iura superius allegata. Sic igitur fratres & sorores tertij ordinis, quanquam nullum habeant caracterem clericalem, sunt tamen personæ ecclesiasticæ pęnitentes, Deo deuoti, conuersi & professi, secundum eorum regulam. ergo gaudere debent priuilegio clericali. & sic non obstat quintum argumentum.

Ad sextum, & vltimum igitur respōdendo, dico similiter, quod non obstat, quia quanquam verum sit, quòd plus operetur caracteris impressio ad mutandum statum personæ, quàm assumptus modus honestè viuendi, attamen propter hoc non sequitur, quòd ius quæsitum alteri de immunitate & exemptione per ordinationem sanctæ matris Ecclesiæ sit deprauandum. Nam, vt dixit Dñs Mar. 20. volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Nouissimum enim vocabat illum, qui circa decimam horam ad vineam Dñi Sabaoth accesserat laborandum. vnde subdit ibi, aut non licet mihi, quod volo facere? an oculus tu⁹ nequā est, quia bonus sum? sic ergo nouissimi primi, & primi nouissimi. In simili ergo quanquam plus astringantur alii religiosi strictiorum religionum, vel clerici in sacris ordinibus constituti, quam fratres & sorores tertii ordinis prælibati, licet tamen sanctæ matri Ecclesiæ etiam tales tā quam nouissimos priuilegiis ecclesiasticis, & immunitatibus insignire, prout & fecit aggregando ipsos in familiam Dñi sub regula sibi tradita militantes, & sic non obstat prædictum argumentum, quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, vt in l. neque natales, C. de proba. cum igitur argumenta prædicta non obstent, & sufficientissimè sit probatum per 20. argumenta prædicta, prædictos fratres, & sorores tertii ordinis, fore personas ecclesiasticas, & gaudere priuilegio clericali. ergo nulli dubium esse debet ipsos exemptos a foro sęculari & subiectos ecclesiastico,

vt per supradictos Doc. extitit iam consultum & firmatum in locis supradictis, quibus etiã superaddo, quod dicit Io. de Lig. i d.c. cũ ex eo. de sen. exc. in cle. vbi tractans an fratres & sorores tertii ordinis S. Frãcisci sint p̃sonæ ecclesiasticæ, refert Gulielmũ tenere q̃d non, quasi de nouo egressi de vtero matris. Sed leuis est talis ratio, vt supra dictum est. vnde Zenzelinus & Io. de Lign. vltra supra nominatos Doctores tenent contrarium, & melius. & Io. de Ligna. dicit se consuluisse extense pro immunitate prædictorũ, in quadam quæstione Perusina, & allegat sententiam Bar. in d. l. semper. §. ex quibusdam. ff. de iure immu. vbi firmat, quòd tã fratres de pœnitentia, quàm milites gaudentes, exempti sunt & gaudẽt priuilegio clericali, nisi appareret quòd in fraudem oneris, prædictũ habitum recepissent, quia fraus, & dolus alicui patrocinari nõ debent, vt in c. ex tenore, & in c. sedes apostolica. extra de rescriptis. & in l. semper. §. diuus quoque Pius. ff. de iure immu. cum similibus. dicit etiam do. Ant. de But. in c. nullus, de foro compe. quòd generaliter omnes personæ quæ regulariter viuunt, sunt ecclesiasticæ personæ, licèt non faciant professionem, & gaudent priuilegio clericali, vt notat glo. & textus in c. indemnitatibus. ad fi. de elect. lib. 6. & notatur. 12. quæst. vlti. c. fi. & de maio. & obe. c. dilecta. glo. penu. Quod facit, dicit ipse, pro istis Iesuatis, & maribus & mulieribus. Et idem dicit de muliere inclusa. 11. q. 1. de persona. Et de fratribus & sororibus tertii ordinis dicit verius esse, quod dicit Zenzelinus contra consilium Federici, & contra Gul. & allegat etiam notata per Barto. in l. 1. ff. de pœnis. & in dic. l. semper. & per Specula. de sta. mon. versi. 37. & quod ibi notat Io. Andr. Simile dicit do. Petrus de Anch. & do. Abbas de Sicilia, olim legens Senis postmodum effectus Panormitanus, & communiter sequaces eorum moderni etiam sic tenent in d. c. nullus, extra de foro compe. multa etiam patent hinc inde, expressa priuilegia apostolica de exemptione prædictorum fratrum & sororum tertii ordinis. Ergo tam vigore iuris communis, quam vigore priuilegiorum gaudere debent ecclesiastica libertate, & priuilegio clericali. & vt aliqua notitia de aliquibus eorum priuilegiis habeatur, cuiusdam tamen sumpti, quod manibus teneo, de verbo ad verbum seriem hic inserere cogitaui, cuius tenor sequitur, & est talis.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis, & episcopis per Italiam constitutis, salutem

tem & apostolicã benedictionem. Nimis patenter patientię diuinę probatur abusor, qui ad Dominum cõuerti volẽtibus obicẽ interiacet tarditatis, eique inexcusabiliter conuincitur aduersari, qui cõuersos ad episcopum auctoritate gestiẽs, eis laqueum inicit captionis, vel persecutionis, ipsos molestiis inquietat tanquam Pharaonis immitatus vestigia, qui corde indurato, nõ nisi plagis percussus filios Israel exire permisit Aegyptum, & egressos tandem sęua tirannide persequi non cessauit, donec ipse cum suis in aquis validis meruit suffocari, posteris relinquens exemplum, vt ex simili culpa, similis deberet formidari vindicta. Sane ad audientiam bonæ memoriæ Honorii prædecessoris nostri noueritis peruenisse, quod nonnulli de partibus nostris, nouissima sua prouidè memorantes, derelictis sęculi vanitatibus, pęnitentiam in corde contrito & humiliato spiritu agere in domibus propriis vel alibi statuere. Et vt retribuentes miseræ filiæ Babilonis retributionem, quam retribuit ipsa eis promissæ beatitudinis præmium facilius & fęlicius assequantur, castigare corpus proprium, & in seruitutẽ redigere concupiscunt. Sed Potestates & rectores ciuitatum vel locorum, in quibus tales Domini serui degunt, non attendentes, quòd nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, & spõsa latos pedes abnuit inquinare ab eis vt ipsos sequantur, & exerceantur in armis iuramenta extorquere contendunt, & ad recipiẽda & exequenda publica officia compellere moliuntur, quin etiã illos, qui ad agendã pœnitentiam, secretos petiere recessus ad propria reuocantes, ipsis plura onera & exactiones imponunt, alias inhonorando ipsos, quos tanquam Dei amicos, deberent modis omnibus honorare. Quia igitur interest nostra, Dei viros in religionis proposito confouere, ad exemplar prædicti prædecessoris nostri, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus huiusmodi pœnitentes, dum tamen onera, in quibus ratione bonorum suorum tenentur agnoscant, à prænotatis grauaminibus seruantes immunes ipsos eorum occasione, non permittatis in his vel aliis temere molestari, quibus possit eorum pium propositum impediri, molestatores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Laterani. 7. Calen Iunii. Pontificatus nostri, anno primo. Hic autẽ Gregorius, fuit ille Gregorius IX. qui canonizauit beatum Franciscum. Et Honorius prædecessor suus fuit ille, qui reconfirmauit regulam beati Fran-

cisci,& fuit Honorius III. nam primò confirmauerat prædictam regulam B. Francisci Innocen.III. qui renuit Pontificatum annis 18. mensibus quatuor, diebus 23. Prædictus autem tertius ordo Beati Fráncisci incœpit tempore dicti Honorij, & postmodū successiuè per prædictum Honorium, & Gregorium, & per Innocentiū IIII. fuit similiter comprobatus, qui dedit eis simile priuilegium exemptionis, quod incipit, Ne per sæcularia negotia. & fuit datum Bononiæ. 8 Calen. Nouembris, Pontificatus eiusdem anno. 9. Et multi alii summi Pontifices, vt Alex. IIII. & Nic. IIII. & Cœlestinus V. & Ioannes XXII. & successiuè plures alii sūmi Pōtifices, vsque ad tempora præsentia prædictum tertium ordinem confirmarunt & gratiis, quàmpluribus, fauoribus, & exemptionibus muniuerunt. Reperi etiam Mediolani fuisse pluries sententiatum, prædictos fratres immunes & exemptos esse à vexationibus & molestiis sæcularium personarum, vt patet per publica instrumenta, quæ vidi, & legi, quorum tenorem inserere longum esset. Sufficiat tamen fidelibus Iudicibus prædicta taliter enarrata conspicere pia mente, & huic relationi fidem credulam adhibere. Et secundum quòd supra scriptum est, pro reuerentia Iesu Christi nostri Redemptoris, cui prædicti fratres & sorores deuotionis spiritu sedulò famulantur, tam ex forma iuris, quàm ex forma priuilegiorum, ipsos fratres & sorores habere libeat recommissos, & immunes & exemptos, vt condecet, integerrimè conseruare, iudicio saniori semper saluo.

Vobis autē prædictis fratribus & sororib⁹, prædictos & quoslibet nostros emulos, qui vos fortè cogitant in Dño exercere in virtute feruētissimæ charitatis Domini nostri Iesu Christi, instantissimè recommendo, meque cum eis pro mercede laboris, vt in vestris piis ac deuotis orationibus, ac Deo gratis & acceptis operib⁹ ipsorum & mei tenacem memoriam recolentes vna vobiscum, & aliis Dei electis, precibus & fructibus vestrorum bonorum operum gaudia mereamur cum eisdem pertingere Beatorum, Amē. Valete in Domino semper, & iterum pro me, precor, orate. Ex loco Sanctæ Mariæ de Angelis, extra & prope Mediolanū, sub anno Domini. M CCCC XL. die xxviij. mensis Maii, Indictione tertia.

Vester inutilis orator, Frater Ioannes de Capistrano Ordinis Minorum minimus & indignus, ad fidem prædictorum me subscripsi manu propria, festinanter.

Ne

Catonis de Saccis subscriptio.

NE videar incõsultè subscripsisse huic Defensorio tertii ordinis, paucis agam. Nam alioquin sufficere deberet cuique iudicanti summa ac præclara primi Consulentis auctoritas, præter ea, quæ diuinitus tam eleganter quam copiosissimè conscripsit. Sed quando ita contingit, vt sæpe numero optimosquosque parui iudicent peccatores, & laici nil veriti ex terrenis tenebris ora sua impia in cœlum ponere, & iudicare quæ sibi sunt incognita, contra quos iure merito sic inclamatur, quare in iniustitiis tuis enarras iustitias meas? Est enim tẽpus, quo sana doctrina non substinetur, sed ad desideria coaceruantur magistri pruriẽtes auribus. Proinde ego consultè adiiciam pauca huic Defensorio laudatissimo & integerrimo, quasi vadens post terga metẽtis nobilissimi spicas colligendo, ne quid dubii accidat, Fratres pœnitentię, quos vt Bald. inquit l. 1. ff. de postulan. Beatus Franciscus imitatus edictum illud prætoris, tertio ordine collocauit, cum quodam viuendi modo, gaudere debere priuilegio clericali, quo ad forum & immunitates. Nam & si Bart. in l. semp. §. si. ff. de iure immu. consilia quę vidisse refert plurium, quòd sint exempti a muneribus & collectis sæcularium tantum in fratribus gaudentibus facta fuisse confirmet, & quibusdam locis seruari contrarium dicat in fratribus tertii ordinis, qui sub iudicibus sæcularium conueniuntur, & soluunt collectas: tamen si fraus absit, non dicitur negare idem in his esse seruandum de iure, quod plurimi deinde gaudẽtibus consuluerunt. Ideo Io. de Imo. c. nullus, de foro compe. sic scribit. In fratribus autem de pœnitentia tertii ordinis Sancti Francisci, vel in militibus gaudentibus Ecclesiæ sanctæ Mariæ, qui habent certum modum viuendi per sedem Apostolicam approbatum, & certa signa portant, conclude, quòd si per Papam videatur eis concessum priuilegium fori, hoc erit clarum: si de hoc non appareat, sunt opiniones. Lan. dicit quòd non sunt de foro ecclesiæ, Zenzelinus oppositum, & hoc sequitur Ioan. de Lig. cle. cum ex eo. de sen. excommu. Et sic dicit se consuluisse cum pluribus Doct. & sic etiam refert Bar. l. semp. Posset dici, quòd si cõsuetudo super hoc operaretur, illa sit seruanda, ex quo sunt opin. arg. c. cũ dilecti, de consuet. & l. minimè, de ll. sed vbi nõ operaretur vide-

videtur sequenda opi. Io. de Lig. & Bar. 12. q. 1. duo sunt. Nam ta les licitè possunt dici personæ ecclesiasticæ, & de materia hui' ple nè per Butrium. Sic formaliter scribit Imola, vt intelligamus nō aliud Bartol. voluisse, quàm supra relatum est. Amplius ego puto, secundum ea quę proponuntur. Aut standum fore contrariæ con suetudini, quæ esset dicenda potius corruptela, cum Ordo ille ter tius sit per tot summos Pontifices comprobatus expressè, quanquam sufficeret tacita comprobatio eo ipso quòd Papa scribendo illis, tales fratres pœnitentes tertii ordinis appellat, prout inquit Innocen. singulariter in c. cum ab ecclesiarum, de offi. ord. ad med. apparatus. ibi lex vr̄ dare ordi. iurisdi. eo ipso quòd vocat aliquos ordinarios. C. de modo mulct. l. eos. C. de officio rec. pro. l. 2. sic notauit Bald. ff. quod cuiusque vniuers. l. 1. 2. col. eo ipso, inquit, quòd superior scribit societati, vel ciuitati, videtur approbare, &c. est enim societas dicenda licita eo quòd ad honorem Dei constitu ta est. exemplificat Baldus ibi in fraternitate disciplinatorum, licet sint vxorati, & bona possideant, nisi censerentur fictitiæ, vt not. glo. l. 1. de colle. illi. & Arch. 41. dist. si quis fratribus. Nam causa religionis licitam societatem facit, etiam iure paganorū. l. 1. §. sed & religionis, de colle. illi. ff. & gl. dic. l. 1. quod cuiusque vniuer. & Bar. d. §. sed & religionis. dicit collegia Misericordiæ, & alia quæ pietatem respiciunt, approbata esse. Neque enim propterea quia vxores habent, & bona, sunt ab immunitatibus clericorum eximē di, quorum etiam vxores & liberi sunt immunes. C. de episcopis & cle. l. 2. in fi. vbi textus. Ideo ibi Petrus, Bal. & Rapha. Ful. quòd tales si venderent bladum, non debent soluere gabellam. & idem de introitu ciuitatis. limitat tamen ibi Ful. nisi ea gabella esset im posita ad refect. viarum & pontium, de quo c. 1. de cler. coniug. quanquam ea non sint seruanda in bigothis, inquit Bal. & Fulg. l. officiales. de episcop. & cler. Bigothos autem non dicemus, quos sanctus Franciscus inter tres suos ordines instituit tempore Papę Innocentii & Imperator. Federici. Quibus tribus ordinibus institu tis eorum doctrinis, exhortationibus, meritis & exemplis quasi to ta christianitas resurrexit cū Christo, & in nouitate vitæ ambula uit per gratiam, virtutem, conuersationem ac vitam sanctam, quæ prius plena erat erroribus. & actibus turpibus, quā ordinis institu tionem, vt quibusdam placuit, non improbabiliter Ioannes prædi xit in Apoc. ante fi. quintæ visionis. ibi, hæc est prima resurre-

ctio

ctio, vbi prius ſubiicit aduētū Antichriſti. ibi, & cum conſummati fuerint mille anni &c. Non enim eo inficias ſtatum Bighinarum damnari per cle. 1. de reli. domib. & illam ſectantes, vel de nouo aſſumentes: licet nōnulli referant inibi ſe vidiſſe cōſtitutiones duas illi contrarias, editas in Alamania, vbi extat Bighinarum ſemper copia. facit quod not. 12. q. vlt. c. fi. ſed vtcumque ſit, de illarum ſtatu, illa tamen conſtitutio prima de relig. do. non includit, nec reprobat ſorores tertii ordinis Sancti Franciſci, quia promittunt obedientiam, & habent regulam quo ad quendam modum viuendi approbatam per ſedem apoſtolicam, prout ibi dicit gl. ſibi conſtare, licet non habeant regulam propriè quo ad tria ſubſtantialia, facit quod notatur c. ex eo. de ſen. excom. in cle. idem tenet Guil. dicens, tertium ordinem approbatum per Nicol. IIII. vt manifeſtauit Io. XXII. per ſuas patentes litteras, de qua regula poſſunt eſſe viri coniugati & mulieres, licèt non renuncient ſæculo, nec continētiæ & obedientię ſe conſtringant, niſi quod ſeruare promittunt fideliter Dei mandata, & illa quæ continentur in ſua regula. Idem Steph. & Zenz. quos refert & ſequitur poſt alios, Io. de Imo. in d. cle. 1. de relig. dom. quem de verbo ad verbum recitaui, ne exiguæ meæ voci deeſſet auctoritas, quando ratio vndique viuo gurgite exundat, ut ex copia argumentorum primi Conſulentis dicitur. Si enim primum ordinem beatiſſimi Franciſci comprobamus, ſi non improbamus ſecundum ſanctæ. ſ. Claræ virginis, differentem tamen a primò propter ipſum habere in communi, quidem & tertium eiuſdem cordigerati ordinem commendabimus. l. in cauſæ, in prin. ff. de procur. per Bal. in cle. 1. de procur. & glo. 21. q. 1. c. relatio. nam & recipiēs inſtrumentum, videtur approbare omnia in eo contenta. de renunc. c. ſanè. de offic. deleg. coram. 9. diſtin. vt verum. & c. ſi ad ſcripturas. cum ſi. Inn. de excep. cum venerabilis. de cenſi. cum olim. 4. q. 9. cum pura. Si autem improbamus tertium ordinem viri ſanctiſſimi, cur ex primo illius ordine vel ſecūdo orationum, pœnitentiarum, ſepulturæ ſuffragia expetimus? Quid miſſas, prędicationes, exempla vitę frequentamus? Quid ipſi, quid ipſi Seraphico credimus? Quid ab eo ſperamus, cuius regulam paſſim contemnere incipimus? cum iure communi nemo ſperare debeat ex eo, quod impugnat. reg. ex eo, lib. 6. l. cū pater. §. libertis. de leg. 2. l. alia. l. Polla. C. de his, quibus vt indig. l. Pap. §. meminiſſe. ff. de inof. teſt. Quid ſtigmata credimus? Quid vnum

Denm

Deum & trinum? Quid Christum Deum? Cur non omnia euerti mus, poterimusq; quędam probare, quędam arbitrio nostro, quòd imperium habemus in belluas improbare? Neque enim possum mihi persuadere, vt si vir sanctus errauerit in tertio suo Ordine, vt ex hominibus fecerit locustas, vt ille ait, primum aut secundū rectè composuerit, quandoquidem in crebris sermonibus vsurpare solemus, modicum fermenti totam massam corrumpit. Cum autem benefacta in primo & secundo Ordine inficiari non possimus, & tertium iure licet & confirmare atque sequi, in quo tot probatissimi sæculares extiterunt, & viri magnifici, quòd fęcem sæculi his, qui vel actu vel opinione non sunt, reliquisse videntur. Illud autem ridiculosum videtur arg. quòd tempore interdicti certa afficiantur pœna. cle. cum ex eo. de sen. excom. ergo & hac vt locustæ habeantur, quando ibi certa est ratio, ne vilescat censura ecclesiastica. & in pœnis iure prohibeatur extensio. regula, odia, reg. in pœnis, lib. 6. l. præses. l. interpretatione. ff. de pœnis. Neque enim improbatur, vt Bighini, qui fratres vel sorores de pœnitentia nūcupantur, secundum Lapū in quadā extrauaganti Io. XXII. licet enim non habeant potestatē sui corporis, quando coniugati sunt sed habeant vxores illam potestatem, & sint quandoque bigami, non propterea illi regulæ detrahit, q̄ pro singulis vt in cæteris ordinibus binos expiscatur. Nec bene concluditur, celebrare nequeunt, ergo nil boni faciunt, vt nuper egressi de vtero matris. Proindeque in quæstione Perusina rectissimè Io. de Lign. consuluit, eos gaudere priuilegio clericali, quam sententiam dicit Io. de Imola veriorem in locis allegatis, & in c. cum ex eo. allegato. Nam & in simili dicit Inno. c. cum monasterium. de elect. licet eremitæ possint habere proprium, quia non abrenunciarunt, tamen personæ ecclesiasticæ sunt. 27. q. 2. scribit. & Io. An. in Nouel. c. fin. de senten. excom. lib. 6. eiusdem est sententiæ, 3. col. ibi, & sit solutū quod sæpe est quæsitum de istis penitent. tertij Ordinis sancti Francisci, & subiicit. Item quoad pœnitentes, illa sunt priuilegia ordinum &c. Minus obst. l. quidam ignauiæ. C. de decur. lib. 10. quia in illis ignauiæ sectatoribus loquitur, qui ideo captant solitudinem vt fugiāt munera ciuitatum, & specie religionis cętibus cōgregantur in fraudem omnium. Neque enim, vt ibi not. glo. sub prætextu religionis fictæ deseri possunt munera. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanctis eccle. l. in filiis. eo. ti. li. 10. Sed quis fictam

religionem

religionem appellet, quam tam gloriosus sanctus instituit? tot nobilissimi homines induerunt? tot beati decorarunt? tot summi Pontifices dotarunt priuilegiis? Doctores comprobauerunt? rationes confirmant? prout ex allegationibus primi Reuerēdi D. Cōsulentis ostenditur. Si enim de foro ecclesiæ sunt famuli clericorum. c. dilecto. de officio Arch. si vxores legitimæ eorum clericorū veluti in minoribus constitutorum, vt determinat Io. de Imo. c. nullus. de foro cōp. quia vxor sequitur forū viri. l. fi. §. ij. ff. ad municip. l. mulieres. C. de dig li. 12. vnde in partibus Greciæ, quia etiā constituti in sacris clerici vxores habent, quæ ex eodem foro esse censentur, & eorum filii gaudent priuilegio fori, & immunitate. l. 2. de episcopis & cler. licet Butrius c. nullus, all. non aliter sentiat quam Ioan. Andr. cap. 1. de cle. coniug. lib. 6. si etiam rustici clericorum ratione administrationis eodem gaudent. 89. distin. iudicium hospitalarii, qui sunt meri laici, notat Lau. cle. per literas. de præben. fratres gaudentes, vt supra in consilio Doctoris. Quid ni & fratres de pœnitentia eiusdem fori iudicabimus? prout plenè de his omnibus tractat Butrius d. cap. nullus. Non igitur sub colore religionis fictæ vel ignauiæ cuiusdā, priuilegio immunitatis priuabuntur, qui sanctæ religioni & approbatæ adhæserunt, non in fraudem munerum, sed vt Deo sub certa regula seruiant, cui cum vxorati proponantur, melius seruire non possent. Cum igitur regulam profiteantur comprobatam, non sunt numero laicorum ascribendi, licet aliquid de eorum vita participent, iuxta notata per Bart. & alios. l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. Item quia, quando Papa cassauit omnes ordines viuentes de eleemosinis, an cassasse videatur, qui partim &c. Itaque Bar. tertium hunc ordinē reputans religiosum vere, non fictè, primo lib. Minoticarum, cap. fi. professores eius ordinis posse appellatione fratrum sancti Francisci contineri censuit, cuius verba refero. Quid si instituātur fratres sancti Francisci hæredes, &c. dubium, quia fratres tertii ordinis beati Francisci, & sic potest dubitari de quibus intelligatur, videtur quòd debeat intelligi in dubio de fratribus tertii ordinis, vt valeat, &c. Et tandem determinat, quòd si aliquibus coniecturis apparet de his sensisse testatorem, quòd ipsorum fratrum appellatione sancti Francisci, ipsi fratres de pęnitentia tertii ordinis continentur. Non satis igitur intelligo quomodo l. quidam ignauiæ, de his loqui videatur, nisi fortè in fraudem munerum talem regu-

lam profiterent ideo ibi à cœtibus illis reuocantur, quę reuocatio in illis de pœnitentia locum habere non potest. Rectissimè igitur conclusum est, eos gaudere priuilegiis clericorum. Et vt tutius quisque iudex sic iudicet, originalia dicta quorundam de his loquentium subiicio. Primum Specu. de sta. mo. ver. 37. dicit posse esse obedientiam sine castitate & carentia proprii, vt patet in fratribus ordinis sanctæ Mariæ, qui ordo incępit Bononiæ, &c. Io. An. in additionibus, Scias, inquit, quòd Vrbanus IIII. Pontificatus sui anno primo, concessit hanc regulam & modum viuendi, in qua sunt, &c. sunt alii coniugati, qui solum promittunt obedientiam, & certum modum viuēdi, de quibus cle. cum ex eo. de sen. excom. Similiter ibi regula tertii ordinis est approbata per Nicolaū IIII. & hoc constat mihi. Zenzelinus ibi, De tertio, inquit, ordine continentium, qui secundum aliquos non gaudent priuilegiis clericorum. contra videtur dicendum, cum & eremita, qui non est ordinis per Ecclesiam approbati, tali gaudeat priuilegio, secūdum Io. no. 16. quæst. 1. quæ vero.

Guilelmus de Mōte Landuno, cle. 1. de reli. do. sic ait, Status Bighinarum, de quibus Ho. de pę. & re. dicit. c. cum ex eo. dicit quòd earum hosp. &c. & subiicit, non loquitur textus de sororibus sancti Francisci tertii ordinis, quæ promittunt obedientiam, & suas habent obseruantias a sede Apostolica approbatas, & per Nicolaum IIII. & non sunt de Bighinis, &c.

Idem dicit in cle. ex eo. Tertium ordinem esse approbatum per sędem Apostolicam, & per Nicolaū IIII. & non sunr de Bighinis reprobatis, & habent certum modum viuendi, & sunt sub obedientia, & habent suos visitatores, quem non habent illæ, & dicitur tertius ordo respectu primi, & certis diebus septimanæ abstinent à thoro, sicut faciebant Sacerdotes veteris testamenti. 82. di. plurimos. ideo continentes vocantur.

Io. de Lig. cle. 1. de relig. do. sic ait, Potest promitti obedientia sine aliis specialibus regulæ, vt patet in fratribus militiæ, qui vtuntur matrimonio & proprio, quorum regula est approbata per sedem Apostolicam. Status autem quorundam, qui vocantur fratricelli, seu fratres de paupere vita, siue Bighini, improbantur. Idem cle. ex eo. Zenze. de tertio ord. idem quod Io. And. Lau. & Paulus, dicentes istos gaudere priuilegio clericali, & hoc credo verum, vt probaui extensè in quadam quæstione. Perusina, Albericus de Rosate

ſate in auth.ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccle. vltima colũna,ſic ait, licet glo.ſentire videatur,quòd habeat locum illa authentica in omnibus eccleſiaſticis & ſæcularibus,tñ puto contra, quia non habet locum in habentibus in particulari, vt ordo militum ſanctæ Mariæ, & tertius ordo ſancti Franciſci. Non igitur videtur dubitandum,quin hic tertius ordo inſtitutus per hominem ſanctiſſimum comprobatus per ſedem Apoſtolicam,refertus viris ſanctiſſimis, a nullo vnquam reprobatus, pro ſingulari honeſtate profitentium ſæpius à ſede Apoſtolica confirmatus,per tot Doc.commendatus tot annis approbatus,gaudere debet immunitate Clericali, ſcilicet etiam quo ad bona,ſecundum doctrinam Alb.Bal.Ful.& aliorũ in l.2.C.de epiſcopis & cle. Bar.l.1. C. de mulie. & in quo loco, li.10.vt nec fodras,nec collectas ſubire teneantur, & reliqua. Et ita prout ſupra concluſum eſt,per Venerandũ Patrẽ vtriuſq; iuris Doctorem elegantiſſimum diuini ingenii cordigerulum, oratorem probatiſſimum,d.Frat.Io.de Capiſtrano,dico & conſulo ego Cato de Saccis, Doctor & Comes minimè dignus. Ad cuius fidem me ſubſcripſi, & ſigillo ſolito ſigillaui.

Luchini de Curte ſubſcriptio.

VVlgò ſcribitur, quòd plenitudo adiectionem non indiget: eſt etiam tritum verbum, non licere poni falcem in alienam meſſem. quando tamen Dei permiſſione,& humilitate,ac charitate Venerabilis Pr̃is primi Cõſultoris,datum eſt vt humili teſtimonio confirmem & approbem,quæ ſua facundiſſima,& præſtans ſapiẽtia diuino eloquio ſanciuit: & ſi tremens,quaſi velim Solem iuuare facibus, libens tamen quia iuſſus, illud proteſtabor in primis,quòd inter quæ uidiſſe,vel legiſſe meminerim puncta dubitabilia, pace contradictorum dixerim, nullum clarius, vel potentius & in benigniorem partem, quod in determinationibus præſtat mihi vnquam apparuit terminatum,quàm Fratres de pœnitentia tertii ordinis Seraphici Franciſci, Patriarchæ pauperum,huius inſtitutoris & approbatæ regulæ per Eccleſiam generalibus, ſpecialibus,tacitis & expreſſis approbationibus fore priuilegiorum,& immunitatum eccleſiaſticarum munimine confouendos. Et inter cætera illud vrget

quod regula his hominibus instituta & approbata ad honorem Dei, aut ecclesiasticas personas facit, quod puto verius, aut sæculares relinquit, aut saltem ecclesiasticis personis adhærentes & dependentes, facit propositio vera: quia de quolibet est affirmatio aut negatio, vel interdum medium inclinans ad aliquid prædictorum: sæculares autem non sunt, quia obedientiam præstant & mutant habitum, iuxta nota. in cap. consuluit. extra qui cle. vel vouentes. in nouel. Relinquitur ergo quod sint ecclesiasticæ personæ vel his adhærentes, seu ab his dependentes, conclusio vera per locum a sufficienti partium enumeratione. Tunc vltra dependentes & adhærentes obseruant quod obseruat locus vel persona, quæ in hoc dicitur matrix, à qua habetur dependentia. cle. 1. extra de sen. excommu. ibi glo. in verbo matricem. facit cap. ex parte. extra de rescrip. Est enim idem iudiciũ de dependenti & eo à quo est dependentia & adhæsio. ff. nequid in loco pub. l. 2. §. cum quidam. scribitur in l. grege, & in l. si grege. ff. de leg. primo. per Ang. de Perusio, in l. Marcellus. ff. de rei vend. & cõsequitur dependens & adhærens priuilegia eius a quo dependet. 76. dist. ieiunium. & 4. di. ca. denique. hinc alibi dicit Legislator, quæ ex vna radice tollũtur, eadem lege disponuntur. l. fi. C. de nupt. l. 1. in princ. C. de lati. lib. toll. argum. extra de elect. c. fundamenta. §. decet. lib. 6. Fratres ergo tertii ordinis dependentes a fratribus Minoribus ratione inhæsionis, & ab eadem radice dependentes, scilicet vtriusque regulæ institutore, & maximè adhærentes in moribus, in consiliis, in seruitiis, in habitu, gaudent priuilegio clericali, sicut fratres Minores quibus plus adhærent inter cæteros religiosos, vt cle. cum ex eo. de sen. excommu. plus tamen placet quòd iste tertius ordo tanquam personarum ecclesiasticarum tanquam principalis, æquè de per se gaudeat priuilegio clericorum: sed hæc dixi, vt deuincantur potẽtius pertinaces, quia sæculares meros nemo vnquam post professionem, nisi insanus profitebitur. si verò dependentes & adhærentes religiosis & maximè fratribus Minoribus quis confitebitur, iam est expeditum rationibus & exemplis & egregiis auctoritatibus gaudere priuilegio eorum, quorum sunt adhærentes, & dependentes. sunt enim plenæ membranæ iuris ciuilis & canonici, ratione adhæsionis & dependentiæ priuilegia principalium ad dependentes & adhærentes extendi. ff. de Sena. l. fœminæ. C. de dign. l. quotiens. lib. 12. de professo. & medicis. l. 2. lib. 10. & alibi. Idem priui-

Priuilegium habet familia quod.d. extra de Iudæis. c. ad liberandum. & libertus forum patroni sequitur. 12. quæ. 2. ecclesiarum. seruos. facit in simili. l. cum quædam puella. ff. de iur. om. iud. & eodem priuilegio gaudent vxor & filii clerici coniugati. l. 2. C. de episcopis & cle. idem de seruientibus & mancipiis clericorum. 89. dist. iudicatum. facit. 11. quæst. ca. 1. clericum. & ca. continua. cum aliis similib. eiusdem causæ, & quæst. Item conuersi, hospitalarii, templarii gaudent priuilegio clericorum. cap. sciant cuncti. in glo. extra de elect. lib. 6. 17. quæst. 4. ca. quisquis. quanto ergo fortius isti, qui non sunt sæculares, saltem simplices, vt aliquis ex præmissis, qui sunt religiosi, vel saltem religiosis adhærentes, & ab eis dependentes, & regulam approbatam habentes. Nec diffitetur Federicus de Senis consilio. 145. eos gaudere priuilegio, ne vexentur oneribus sæcularium ibi, circa medium consilii sui, licet sint in aliquibus a vexationibus sæcularibus defensati, & priuilegiati, licet in cæteris male dixit, vt supra necessariò terminatum est. Ideo idem quod supra sancitum & consultum ac terminatum est per Reuerendum Patrem d. fratrem Io. de Capistrano, & confirmatum per eximium Doctorem, D. Catonem de Saccis, Comitem celebrandum, dico, consulo, & approbo ego Luchinus de Curte, legum Doctor, etsi inutilis, & indignus, & ad fidem hæc pauca scripsi, & manu propria subscripsi, & sigillaui.

Bartholomæi de Baraterijs Placentini subscriptio.

ITA abundè in superioribus allegatum est & per supra scriptos, Venerabilem Patrem, & famosos Doctores vt facilitatem dicendi ademerint, nisi quis eadem ipsa iam dicta reuoluat. Ex præmissis duæ insurgunt inspectiones, Prima an fratres dicti tertii ordinis beati Francisci, dicantur esse ecclesiasticæ personæ? & indubitanter dicendum est, quod sint: quia saltem dicuntur Deo deuoti. 17. q. 4. quisquis. & in glo. & alia glo. 12. quæst. 1. duo sunt genera. Item appellantur de ordine beati Francisci, in cle. cum ex eo. de senten. excommu. Et licèt glo. ibi dicat quòd non propriè dicatur regula, aduertendum, quòd gl. in cle. prima, de religiosis domib. addit, quod non est propriè regula, quo ad tria substantialia, ordo tamen & re-

gula est. Regula est enim, quæ normam rectè, vel bene viuendi prębet 3. di. regula. Secunda inspectio est, vtrū fratres tertii ordinis tanquam ecclesiasticæ personæ gaudeant priuilegio clericali? & hæc est qō, de qua Bart. in l. semper. §. fi. ff. de iure immu. vbi dicit extare de hoc priuilegia Romanorum Pontificum, & plures Doctores sic consuluisse. Et cum superius asserant extare priuilegium Gregorii, ī quo apertè de istis pęnitentibus dicitur. Qui ipsi pœnitentes, in cle. cum ex eo. fratres tertii ordinis beati Francisci appellantur, siue iidem, siue similes existant. Et cum in dicto priuilegio etiam dicatur, quòd debent in proposito religionis confoueri, nihil dubitationis superesse videtur, quominus priuilegio ecclesiasticarum personarum iuxta formam dicti priuilegij Gregorii, gaudere debeant. Potest enim Ecclesia Romana, & consueuit specialibus fauoribus & priuilegiis, viros religiosos confouere vt in cap. cum piæ. 22. quæst. 5. melius in c. cum & plantare, ext. de priu. cum similibus. Et ita dico, & consulo, ego Bartholomæus de Baratteriis, de Placētia, Iuris vtriusque Doctor, & manu mea scripsi & subscripsi, cum appositione sigilli.

Lucæ de Vernaciis Cremonensis subscriptio.

Ex abundanti ad me ventum est, vt ea quæ superius probè, grauiter ac iustè conscripta sunt, mea tenui auctoritate comprobarem: & ideo quanquam rei satis demōstratæ frustra sit aliud adiicere, iuxta verbum Iurisconsulti in l. 1. in fi. ff. de dote prælegata. vt tamen votis requirentis morem gererem, non absurdum esse putaui, & horum famosissimorum Doctorum numero, me tanquam eorum vestigia sectantem aggregare. Nihil itaque hęsitandum esse videtur, fratres de pęnitentia tertii ordinis quo ad exemptionem onerum & exactionū gaudere priuilegio clericali, de quo habetur in c. ecclesiarum seruos. 12. q. 2. in cap. non minus, de immu. ecclesiarum. & in cap. clericis. eo. tit. lib. 6. cum multis similibus supra allegatis. Cum cōstet tales esse ecclesiasticas personas, & religiosas, vt supra euidentissime, & copiosissimè allegatum, & probatum est. Cui & illud ad comprobationem adiici potest. Nam quemadmodum in domibus propriis loca ad orandum constituta auctoritate episcopali, lo-

li, loca pia & religiosa & ecclesiastica appellantur, vt habetur 42. dist. oratorium. 18. quæst. 2. quidam. de con. dist. 1. ca. vnicuique. & ca. clericos. & ca. si quis etiam .: quare non etiam personas in domibus propriis ad pœnitentiam & orationem se vouentes, & diuinis vacantes obsequiis auctoritate Seraphici Francisci, huius tertii Ordinis conditoris, appellabimus ecclesiasticas & religiosas arguendo de loco ad personam, prout habetur in simili, in l. 3. in princ. ff. de acqui. poss. dum ibi infert gl. ad baptizatum in parte corporis. facit l. vulgaris. ff. de furt. canonizata de pœnitentia, dist. 1. vulgaris? quod cum ita sit, relinquitur æquum esse & iuri consonum, vt ab huiuscemodi molestiis & vexationibus sint immunes. decet enim, vt qui diuinæ militiæ aggregati sunt, à cæteris sint immunes. c. nullus. 53. dist. Sunt enim magis tales ad piũ religionis propositum premiorum exhortatione inuitandi; cum scire debeamus religionibus magis quam labore corporis, vel sudore, vel aliis muneribus rempub. cõtineri. tex. notabilis 23. quęst. vltima. §. quamuis. ibi, gaudere eum &c. propterea sanctissimè Valentinianus & Valens decreuerunt vniuersos religiosis obsequiis deseruientes nullam exactionis molestiam sustinere, vt inquit textus in præallegato. §. quamuis, & ibi gl. Cur enim non facimus differentiam inter personas religiosas & penitus laicas? Et cur non competens prærogatiua cœlesti fauore conseruetur? Ita iubet Imperator in l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. Maximè et me mouet sententia Specul. in titulo, de cle. coniugatis, circa princ. in vers. Et intellige. ibi, qui videlicet: vbi sentit, quòd clerici coniugati, qui tamen non nisi, in quibusdam gaudent priuilegio clericali, vt plenè traditur in ca. 1. de cler. coniuga. lib. 6. si tamen clericaliter quò ad hoc viuant, vt clericatum in habitu & tonsura prætendãt & saltem diebus festiuis officientur, & ab illicitis & inhonestis negotiationibus abstineant, ipsi & eorum bona immunitate gaudeãt. A quibus autem inhonestis negociationibus abstinere debeant, declarat ibidem in vers. sed quam inhonestam dicens. Sic pariter dicendum in fratribus tertii ordinis, qui & habitum ferunt institutum, & ab inhonestis negociationibus abstinent & certis temporibus continent. Et non solum diebus festiuis, sed & diebus singulis officiantur, secundum morem & ordinem, quem illis Franciscus, pauperum Patriarcha, diuino spiritu instituit, & tradidit, vt superioribus eruditissimè comprobatum est per venerabilem Patrem

trem sacrarum scripturarum, iurisque imperatorii doctissimum, fratrem Ioannem de Capistrano, cæterosque Doctores elegantissimos, qui ante me scripserunt. Et ita sentio ego Lucas de Vernaciis, Cremonensis Iuris vtriusque Doctor, atque cum Dei suffragio nunc actu legens iura ciuilia in floréti studio Papiensi, ad quorum confirmationem hæc pauca scripsi, & meo consueto sigillo corroboraui.

Francisci de Folenghis subscriptio.

IAM abundè, tamque subtiliter allegatum & consultũ est per suprascriptos famosissimos Doctores, vt a me non nisi quædam ex prædictis replicari possint, considerans maximè per tot alios scribentes, & nonnullos famosissimos Doctores, vt suprascriptum & consultum reperi, fuisse etiam in Romana curia pro ista sententia iudicatum, vt huiusmodi dubii communis opinio Doctorum dici possit, a qua est minimè recedendũ per vulgatam doctrinam Doctorum i c. ne innitaris, extra de consti. & cap. certificari, extra de sepult. ideo eorum omnium pro ista parte scribentium & consulentium sententiam sequens, dico & consulo, prout supra dictum; & consultum est, ego Franciscus de Folenghis, inter Doctores minimus, & ad idẽ me propria manu subscripsi & sigillo meo sigillaui.

Augustini de Manzariis de Castro Nouo subscriptio.

SIc copiosè & ornatè, quæ referenda fuerunt, discussa sunt per suprascriptos Doctores celeberrimos, præsertim per primum cuius sola auctoritas rem quamlibet ita obnixè comprobatam maximè faceret, vt addere volentem aut dicta in genere aut in specie reperere oporteat: propterea absque allegatione vlla sufficiet, ex quo leuis mea auctoritas requirit prædicta ex scripto manu própria cum solito sigillo comprobare. Cæterũ cum manus calamum tenet, tanti viri probitate, & zelo religionis stimulatus ab incauto fari loquor. Quis negabit magnis auctoritatibus eos, qui tertii

ordinis beati Francisci regulam profitentur, & religiosos esse, & priuilegio clericali gaudere, sese tueri, si scripta præallegata commemoret? præcipuè tanti Patris, primi Cōlultoris, qui ita accuratè cum magno labore per eum scripta comprobauit, cum non sit verisimile virum peritissimum, qui solum animarum salutem gliscit & desiderat, contra iustitiam ita laboriosè quid determinare contra Ro. Pon. in c. cum ex iniuncto, de oper. no. nunc. ibi, quòd cum viri religiosi, &c. iuncta glo. in verbo, fecissent. Sic & multis in locis attestantur Doctores propter auctoritatem Io. An. a sententia ipsius non esse recedendum, quanquam multa in contrarium allegauerit, solius Io. An. auctoritate inducti eosdē tuetur ratio. Sic Christiani a Christo dicuntur. c. decet, de immu. eccl. lib. 6. in glo. in verbo, Iesu Christi. Sic religiosi a religione dicuntur. Tunc sic. Tertius ordo Beati Francisci appellatur religio: nam ordo & religio idem præsupponunt. Sic probat textus rectè intuenti, in cap. vnico, de religiosis dom. in 6. cum promiscuè religionem ordinem appellet, & econtra. idem vult Io. And. in nouella ibidem. vnde si ordo, religio dicitur, & religiosi a religione dicūtur, sequitur, quòd qui de tertio ordine existunt, religiosi dicuntur, cum de primo & secundo ordine existētes religiosos existere nemo neget. Secunda ratio ad religiosi nomen inducendum non exigitur omnia tria substantialia profiteri, sed sufficere vr̄ mutato habitu obedientiam profiteri, hoc probat textus, si rectè intueatur, in cle. prima, de relig. do. sumpto argumento à sensu contrario. ibi, quæ cum nulli permittant obedientiam, nec renuncient propriis, nec aliquam profiteantᷣ regulam approbatam, religiosæ nequaquam existunt, quasi innuat textus quòd si obedientiam præstant, vel regulam approbatam profiteantur, aut renuncient propriis, quod religiosæ essent. Ita etiam intelligit Imola idem, dum colligit notabile, quod non promittens aliquid de tribus substantialibus non potest dici religiosus. quasi dicat, pōt dici religiosus, si aliud de substantialibus promittat. Idem sentit glo. ibidem, in verbo, obedientiam, dum subiungit quod illa constitutio nō includit sorores tertii ordinis, cum obedientiam promittant: modo constat eos qui sunt de tertio ordine sancti Francisci, & obedientiam præstare & in regula approbat[?], ergo sunt religiosi: videmus quòd religiosi cēsentur, qui mutato habitu in manibus episcopi obedientiam à simili multipliciter comprobari posset. Nam profitentur, & sub

episcopo

episcopo viuunt, licet nullam specialem religionem nullumque monasterium ingrediantur. hoc est singulare dictum Io. An. & primo loco Inno. in cap. porrectũ, de regula. circa medium apparatus ibi, sed nunquid episcopus. Cur non magis religiosi censebuntur, qui ordinem a Ro. Pon. approbatum profitentur, & obedientiam præstant? Simile videmus in eremitis, qui licet proprium habere possint, nihilominus sub episcopo sunt. ita notatur vltra supra allegata, in cap. vno. de exces. prælatorum, in 6. Non secus videmus in mulieribus, quæ canonicæ sęculares appellantur de quibus probè primus Consulens allegauit. Sic domos religiosas appellari videmus, si auctoritate episcopi non propria, a laicis construantur. Cle. quia contingit, in glo. in verbo, altaria. de relig. do. facit quod notatur in cap. ad hæc, eo. tit. si religiosas, ecclesiasticas personas iudicamus, nemo negabit priuilegio clericali gaudere vexationibus mundanis exẽptas, vt Christo liberius & quietius deseruire valeant, qui velut pacis auctor non bene colitur, nisi in pacis tempore & quietis. Cle. dudum, de sepult. in proœmio, qua quiete carent si mundanis exactionibus inquietentur. Et sic dico & consulo ego Augustinus de Manzariis de Castro Nouo, Iuris vtriusque, & mea manu propria hæc pauca scripsi & subscripsi et sigillo consueto sigillaui.

Defensorij tertij Ordinis B. Francisci, a B. Joanne à Capistrano compilati, nunc primùm editi,

FINIS.